



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NO. <sup>541</sup>674 OF R. M. DAWKINS' COLLECTION  
OF BOOKS OF USE TO THE HOLDER OF  
THE BYWATER AND SOTHEBY CHAIR  
OF BYZANTINE AND MODERN GREEK  
IN THE UNIVERSITY OF OXFORD

Dawh. DF550: C8. L4








1610  
19

V  
3/2m

96





**CORPUS  
SCRIPTORUM HISTORIAE  
BYZANTINAE.**

**EDITIO EMENDATIO ET COPIOSIOR,**

**CONSILIO**

**B. G. NIEBUHRII C. F.**

**INSTITUTA,**

**OPERA**

**EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET  
L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM  
PARATA.**

---

**PARS XI.**

**LEO DIACONUS.**

**VARIJ LIBELLI QUI NICEPHORI PHOCAE ET IOANNIS  
TZIMISCIS HISTORIAM ILLUSTRANT.**

---

**BONNAE**

**IMPENSIS ED. WEBERI**

**MDCCCXXVIII.**



**LEONIS DIACONI**

**CALOËNSIS**

**HISTORIAE**

**LIBRI DECEM**

**ET LIBER DE VELITATIONE BELLICA  
NICEPHORI AUGUSTI**

**E RECENSIONE**

**CAROLI BENEDICTI HASII**

INSTITUT. FRANCIÆ ACAD. INSCRIPTT. ET HUM. LITT. SOCII GART.

**ADDITA EIUSDEM VERSIONE ATQUE ANNOTATIONIBUS  
AB IPSO RECOGNITIS.**

---

**ACCORDUNT**

**THEODOSII ACROASES DE CRETA CAPTA  
E RECENSIONE FR. IACOBSII  
ET LUITPRANDI LEGATIO  
CUM ALIIS LIBELLIS QUI NICEPHORI PHOCAE  
ET IOANNIS TZIMISCIS HISTORIAM ILLUSTRANT.**

---

**BONNAE**

**IMPENSIS ED. WEBERI**

**MDCCGXXVIII.**





---

## CONSPECTUS

EORUM QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

---

Praefationes . . . . .	vii
Leonis Diaconi Historia . . . . .	1
Liber de velitatione bellica Nicephori Phocae Aug. . . . .	179
Theodosii Acroases de expugnatione Cretae . . . . .	259
Nicephori Phocae Novellae . . . . .	307
Philopatris dialogus . . . . .	324
Luitprandi Legatio ad Nicephorum Phocam . . . . .	343
Excerpta ex Historiis Arabum de expeditionibus Syriacis Nicephori Phocae et Ioannis Tzimiscis . . . . .	374
C. B. Hasii Notae in Leonis Diaconi Historiam et Librum de velitatione bellica, una cum indice editionum, quibus idem in notis scribendis usus est . . . . .	395
N. M. Fogginii Adnotationes in Theodosii Acroases . . . . .	527
Vocabula Theodosio propria, a Fr. Iacobsio collecta . . . . .	563
Index rerum, nominum et verborum . . . . .	565

---



---

P R A E F A T I O.

---

Collegi in hunc codicem quaecunque sive a Graecis, praeterquam a Cedreno et Zonara, sive ab exteris, ad cognitionem rerum a Nicephero Phoca et Ioanne Tzimisce gestarum, quibus viris imperium tenentibus res Byzantina, quae ab ipsa prope pueritia consenuerat, *lacertos mouebat revirescebatque*, tradita inveni. Atque utinam his addere potuissem duo carmina de laudibus Tzimisci, quae in codice Vaticano legi, Hasius, v. ill. auctor est (Notices et extraits VIII. p. 267.)! Versus certe quos ex altero profert, quanquam circa prosodiam vitiosi, poëtam produunt cuius pectus egregiis facinoribus magni imperatoris incaluerat:

— Σκυθῶν Ἄρεα δῆσα μέγα·  
Ἄσσουσι δ' ἔλινα πόλεις, καὶ Φοίνικας ἄρδην·  
Ταρσὸν ἀραιμακίτην εἶλον ὄκοζύγιον.  
Νήσους δ' ἐξανάθηκα — καὶ ἤλασα βάρβαρον αἰχμῆν —  
Ἐδάμειθι Κρήτην, Κύκρον ἀριπρεπία·  
Ἀντολίη τα δόσις τα ἐμὰς ὀπίτρωςσαν ἀκυλάς,  
Ὀλβοδοτῆς Νεῖλος, καὶ κραναὴ Λιβύη.

Principem in hac collectione locum obtinet Leonis Diaconi historia, qua edenda, doctissimoque commentario ornanda Hasius optime de litteris

meritus est. Verum in tam praeclaro opere crudeliter lusit fortuna, quum maiorem exemplorum partem naufragio mare hauserit; ut paucitas superstitum et pretio et raritate librum a plurimis expetitur a privatorum bibliothecis fere excluderet. Itaque compertum habeo multos sibi gratulaturos esse repetitione nostra hanc sublatam esse querelam: verum tanto cumulatius agant Haasio gratias, quod is librum quem ipse tractando expolivit, nobis exscribendum concessit. Praeterea in editione nostra, ut instituta universi operis ratio servaretur, annorum notatio accessit quadruplex: ab origine mundi secundum Graecos, aerae vulgaris Christianae, indictionis, ac denique imperatorum: quam Classenus meus diligentissime digessit, docentem secutus Hasium, qui chronologica quoque rationes accurate in annotationibus tractavit. Omissa esse gemmarum ectypa, quae Parisianam editionem ornant, nemo aequus vituperabit, qui propositum nostrum perspexerit, quo, ut quam plurimis consulatur, solam utilitatem, remota pretiosa elegantia, sectamur: verumtamen hoc dolendum est, iam omitti pariter debuisset quae Hasius elegantissime de iis disputavit.

Librum de velitatione bellica nos quoque, editorem principem secuti, Leoni comitem dedimus: Ioannis Epiphaniensis, Theodosiique monachi fragmenta aliis locis collectioni nostrae inseremus.

Quod vero ad reliqua attinet, magno sane usus sum fortunae munere, quod Iacobsius v. ill. honoris mei causa, insignem divinationis vim, qua pollet, ad emendandas Theodosii acroases convertit, ac ne taedium quidem ad tam putidum scriptorem concinnandi indicis detrectavit: multumque debent instituti nostri fautores Lasseno, viro in diversis litterarum generibus doctissimo, qui ex libris Arabum quae ad hanc historiam pertinent excerptis, vertitque.

Novellas Nicephori Phocae, e quibus una praesertim ad informandam viri notionem multum valet, ex Leunclavio sumpsi; Luitprandi legationem, livore et odio plenam, verum sic quoque ad rerum cognitionem utilissimam, ex Muratorii scriptoribus rerum Italicarum. Nam editione principe carebam: codicemque Trevirensem unicum, ex quo illam expresserat Canisius, non inveniri inter eos quos temporum iniquitate

dispersos collegit cl. Wytttenbachius, vir cui patria litteraeque plurimum debent, ab ipso edoctus sum.

Restat libellus cuius titulum in indice fortasse non sine reprehensione aliquis conspiciet: Philopatris dialogus; quem inter Lucianeos censere solebant maiores: nunc, auctoritatem Gesneri, viri magni, secuti, plerumque ad Iuliani Aug. aetatem referunt. Attamen Solanus in illo agnoverat formulam de Spiritus Sancti processione (c. 12.), quae nono demum saeculo exorta est, — falsus in eo quod sibi persuaserat c. 9. fabulam de S. Ursula, virginumque agmine scriptoris animo esse obversatam: unde colligebat eum ante saeculum XII. non existitiae. Etenim vel maximo pignore contendere ausim fabulam istam ne innotuisse quidem Graecis. Hasius, semper cum honoris praefatione nominandus, de Timarione disserens, id tantum pronunciauit, Philopatrin quoque scriptum esse medio aevo. Quod ubi legebam movit me protinus summa viri in universa philologia, in Byzantinis autem rebus unica auctoritas, ut libellum tunc demum accurate inspicerem; quo facto mox animadverti scriptum esse imperante Nicephoro Phoca, paulo ante eius necem, a. 968 vel 969. Hinc est quod immani quodam et efferato gaudio de virginum caede in Creta insula laetatur (c. 9.), ubi, quam atrociter in mulieres infantesque saevitum sit, ex Theodosio cognoscere licet (V. 85. sqq.): — et nuncius, quem Cleolaus affert, de victoriis imperatoris Syriacis accipiendus est: — spes quidem concepta de capiendi Babylone (Bagdado), et de Aegypti Arabiaeque servitute, licet immodica stulta tamen non erat: Scythae, quorum incursiones finire posse vix audent sperare fidem illi qui de Asia domanda somniant, Bulgari sunt: denique seditiosi coetus, ingrataeque molitiones adversus victorem Augustum, cui libelli scriptor se commendare studet, et moeror prave religiosorum de publica gloria, turbabant imperium Nicephori, donec eum everterent. — Quae omnia Hasium quoque vidisse, intellexi, quam ante annum viri egregii sermonibus fruebar.

Index rerum ita confectus est ut ei quem Hasius dedit inserta sint quae observanda videbantur in reliquis libellis. In qua re neque laus mea ulla est, quippe qui procul abessem, et vix per totam aetatem his terve litteris Weberi edocerer quo se statu res haberet; ac ne

nunc quidem plagulas quae post decimannonam e prelo exierunt conspexerim: neque, si forte in aliqua parte huius voluminis erratum sit, culpa. Iussissem si adessem, numeros paginarum editionis Romanae margini adscribi ad acroases Theodori; verum id non nisi ad aequabilitatem, speciemque operis pertinet, ceterum in libro vernibus distincto nullius est momenti.

Scr. Bonae a. d. V. Id. Octobr.

---

C. B. HASII  
DEDICATIO EDITIONIS PARISINAE.

---

INLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO  
VIRO

N I C O L A O  
COMITI DE ROMANZOFF

IMPERII RUSSICI CANCELLARIO ORDINUM IMPERII  
PEREGRINORUMQUE ALIORR. PLURIMORR. EQUITI  
ETC. ETC. ETC.

QUI  
SINCERAE MAGNAEQUE GLORIAE  
CUPIDITATE INCENSUS  
LITTERARUM ET HONESTARUM ARTIUM  
TUM SUBLIMIORUM OMNIUM SCIENTIARUM STUDIA  
ITA COMPLEXUS EST ET FOVET

UT HISDEM CUM REI PUBLICAE UTILITATIBUS  
ARCTISSIMO VINCULO CONSOCIATIS OMNI EUROPÆ  
TOTIQUE POSTERITATI SUMMO SE CULMINE DIGNISSIMUM  
PRODIDERIT

HISTORIAE BYZANTINAE

NOVUM HOC VOLUMEN

D. N. E.

L. M. Q.

D. D. D.

EDITOR.





C. B. HASII  
P R A E F A T I O.

---

I. Si quis fortasse miratur, quid sit, quod Leonis Diaconi Hi- Ed. Par.  
storia, quam complures ante annos receperam me editurum, nunc P. III  
demum exeat: is, ubi dilationis causam perspexerit, una et mihi  
facile veniam dabit precrastinationis, et eo maiores gratias viro  
amplissimo, cuius munificentia conatui meo subventum est, ha-  
bebit. Quapropter nihil prius exponam, quam qua fortuna scri-  
ptor diu retrusus nunc potissimum extiterit. Deinde dicam de  
vita auctoris, et quae mea quidem sit de ingenio eius, de genere  
dicendi, de fide, existimatio: item de Codice, in quo uno, quan-  
tum scio, Historia est eius conservata. Tum de Tacticis agam  
Nicephori Phocae, postremo rationem et versionis et notarum  
nearum, et omnino editionis, explicabo.

II. Ego, postquam in Bibliotheca Regia esse coepi, ut primum  
penitus eam nosse licitum est, facile intellexi, etiam post Goari,  
Pissini, Ducangii et, qui admodum multa veterum monumenta e-  
sint eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fon-  
te, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzan-  
tinorum cumulatus augendam. E scriptoribus autem ibi servatis  
duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaëlem Psellum,  
quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset iam  
aliquando si minus confecta, concepta certe animo atque affecta.  
Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Graec.  
VII. 684. C. cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque  
evocanda Graecorum scripta, inprimis ecclesiastica et Byzantina,  
Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli

cognitionem, editionemque utriusque adornasse. Quin ipse sic habet notis ad Auctar. noviss. Biblioth. Græcor. Patr. Paris. 1672. p. 545. subhorride (ut plerumque incomtus est in oratione Latina):

P. IV *Photii technas malasque artes cum alii persecuti sunt Græci æquales, aut parum suppare, tum meus Logotheta [hic est Simeon magister et Logotheta, de quo Harles. VII. 471. C.], si quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo Rege semper victore, Regia Lupara, historiae Byzantinae paene necessario supplemento, cum Leone Diacono et Michaële Psello, regium vere multiplici titulo argumentum, iuris publici regia munificentia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, eam gloriam rapiat.* Sed a. 1679. a vita discessit Combefisius, deque duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat, ne priore quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores post Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico de vita Basilii, Continuatore anonymum Theophanis, Joannem Cemeniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685. in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaëlemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaëli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vid. Echard. Scriptorr. ordinis Praedicator. II. 684. C. Nec sequitur is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis iam coeptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian. I. 255. D: *Quae Leo Diaconus refert in Historia, cuius pars typis Regiis iam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaëli Le Quien commissum erat exequendum, iamque typis Regiis ineptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733. vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam iam comparere. Ego certe scrutatus sum quae potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiae Regiae, viros non solum peritissimos artis suae, verum historicos quoque, monumentorumque officinae ipsorum percuriosos: reliquias editionis illius ineptae nullas potui nancisci. Quaspro-

pter suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia praeclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas extincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in aedibus FF. Dominicanorum ad viam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius; multos annos asservatam esse constat, eiusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quo- P. V que inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II. 465. C. 480. D. 481. B. 726. A. 728. D. Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II. 99. D. 103. C. 105. D. 107. A. D. omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III. 873. D. eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad praecipua capita (utor ipsius verbis) descriptam esse asseverans, ad historiam saec. X. vergentis certius illustrandam. Ac profecto eius fragmentis refertur cum extremum tomum tertium Criticor. 873. D. 875. A. 876. A. tum exorsum tomi quarti S. B. — 39. A. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in Nestore s. Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w. V. 125. A. — 177. A. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II. 156. C. nobilissima illa fragmenta, latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guil. Cave Histor. litterar. Scriptorr. ecclesias. II. 106. A. inprimisque I. A. Fabricium Bibl. Gr. VI. [is enim verus est numerus: apud Saxium legitur V.] 353. A. et XIII. 788. B. latere potuerint, cogitatione assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat iam eius reprehensio in Fabricium, cuius volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726. Guil. Caveo certe, qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit, quae Pagius a. 1705. erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisset ea videtur usque ad motum repentinum, quo Gallia tota, vergente saeculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quae viros studiis ac doctrinis exquisitoribus claros partim deiecit de statu omni, partim praecipites perturbavit ex patria;

quo flatu collegia litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta chartis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianaë dissipavit, aut obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque cum post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diribarentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Pselli: quae vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile) omnino hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportuit novam interpretationem eius Latinam: extra pauca quae supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quae ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera iam fere prelo parata, perspicere coepi, quantas eius editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cuiusvis unius suppetere facile copiae, nec

P. VI certe meae. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam Codd. Graec. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de Codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum iudicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mes. de la Bibliothèque du Roi* etc. VIII. 254 — 296. Neque quicquam posthac propius est factum, quam ut cogitationem editionis integrae omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiae Russicae examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Каво, Academiae Imperialis scientiarum Petropolitanae decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commonstravit, quemadmodum rei pridem institutae expediri exitus posset. Nampe imperii Russici Cancellarium, etc. ill. Comitem Nicolaum DE ROMANZOFF, virum ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus eius incidisset specimen

Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur: sumtus necessarios eundem subministratum. Mirifice igitur delectatus hoc nuncio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis: ipsiusque illustr. Comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus Comes DE MONTESQUIOU, Franciae par, Regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redempto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est: quam eius voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. Comes DECAZES, etc. immortalam laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat: et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinae Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro SILVESTER DE SACY, Rector universitatis Parisiensis, institutionis publicae constituendae Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. praefectus, Academiae Reg. Inscriptt. et litterar. human. sodal. etc. interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est: tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris iucundissimum existimans: satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Graecorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quae constant de vita Leonis, pauca P. VII  
sane, nec diversa fere ab iis, quae Notitt. Mss. VIII. 257. C. primum protuli. Vitam Leo adiit Caloë, quae civitas est (εἰς Καλοῦσαν πόλιν Le Quien Orient. Christ. I. 726. C.) Asiae proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2. C): is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat: patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2. B. Ac primam quidem aetatem in patria parentumque disciplina videtur exegisse: inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quandam doctrinae profectus, ibi a. 966. mens. April. sacro solenni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque eius et animi firmita-

tem vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Haec se adolescentulo accidisse scribit 40. B. Ita si statuimus, a. 966. eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973. quo Basilio exauctorato Antonius Patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. A. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981. cum Basilius Imp. magno apparatu Bulgariae bellum inferret, castrisque ad Stoponium positus Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695. C.), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgariae undique provolantium manibus (107. B.) aegre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Moesiae mentionem facit (velut 38. C.), tremere et exalbescere tanquam obiecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod aequae ei formidinem dicas iniecissee. Quem postea tenuerit vitae cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum aetate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisset sese putet, atque in secessum, Historiae condendae causa, se recepisset. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989. quo Bardas Phocas contra Basilium Imp. rebellans oppressus est: quippe eius interitus refertur 108. B. Expugnatio Chersonis, de qua 108. C. et mora Basilii praesidis (106. D.) anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscae mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109. B. mala, per stellam crinitam praemonstrata (quae postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi praebitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumsit, afferens. P. VIII reque lumen voluit rebus sua aetate (959 — 975.) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturae genere prope dicam difficillimum. Sunt unicuique saeculo suae caecitates mentis: ut, quamvis caetera ratione recta iudicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infirmam vim habent religiones, instituta, factiones, sectae: non

nno modo praestringi acies mentis solet saeculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebrososis. Accedit, ut Leonis aetas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poëticae dictionis aemulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quicquam magis historiae officiat, quam fucatus eiusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus praecipue, ubi cumprimis cupiunt disertum videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatae dictionis studium. Cumque a Divo Iulio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem ἀδελφός raro usurpat: creberrime ἀδελφός, δμαίμων, σύναιμος. Πέλω, τελέθω (ut certe scripsi 90. C.), τελέω, ἐπάραχω, πέφηνα (60. D. 93. A.), πέφυκα, χρηματίζω, vel quidvis, potius adhibet quam εἰμι· ἀκουτίζομαι, διενηγέω, διενωτίζω, ἐνωτίζω, potius quam ἀκούω. Passim quoque verbis vetustis e poëtisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. Ἰππώναϊς 22. A. arripuit ex Odyssea E. 404. ubi nunc legimus ἐπιώναϊ. Νέων, vadens, 27. B. e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Graecae proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV. 18.): nisi ibi dicas νεών legendum, eiusque glossam esse ἐκκλησίαν, excidisse autem ἀφικόμενος, vel tale aliquid. Ὀχθος 32. C. significatione ripae, rarum est, vel apud poëtas. Verbum obsoletum προσέπω, unde προσεπειν, habet 99. B. Sed nolo multus videri in re, quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi σοβαφενόμενος scripsit (13. A.), ne parum multa verba sciasse videatur, continuo et γαυρούμενος subiungit, et ἐπαφόμενός τε καὶ βρενθυόμενος. Sic singulis paene paginis. Eiusmodi tautologiis cumlati sunt Byzantini omnes medii aevi: nec nisi tempore Palaeologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cy-

donio, Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi apertum est ac repulsum. Simul iidem primi coeperunt minus serviliter veterum stylum ac scribendi rationem imitari. Nam ante, veluti emortua lingua, sibi ipsi diffidebant fere omnes; et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut praeeunte duce, inambulavit. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et totius structurae concinnitatem numerumque aemulabantur, non (quod caput erat) animos erectos veterum: sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et aequales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX. interpretum (libros novi Foederis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piacatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargens semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum iudicio apteque facere: minusque genus dicendi eius videretur inconcinnum, si, deposito omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetae exemplo vel ad infimae plebis orationem Leo sese deiecisset. Is contra Agathia, cuius grandiloquentiam et cothurnum vix nunc ferimus, videtur praecipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 206. C.) illius locis, non ubique tamen: nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum erat nec conducebat quicquam ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E. Procopio, ieiunioris stylo res tractante, nihil videtur sumsisse praeter sententiolas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo esse pervolutatos. Praeterea reperies in eo plerumque *τοιούτος* positum, ubi Attici *οὗτος* scripsissent. Similiter usum creberrimum praepositionis *κατά*, pro *ἐν* velut, ut hoc utar, 108. C. *τοῖς κατά τὴν Ἀσίαν στασιάζουσι*, *rébellantibus in Asia*. Verum haec ei communia cum caeteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel praesentis expectes, praecipue post *βούλεσθαι*



(ut 23. D. 24. D.): deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interiectis, libenter iterari.

VIII. Dixi, criminiosius fortasse, quae in Leone culpet aliquis: nec profecto ego is sum, qui laudes scriptoris cuiuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc aequum est, quae ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quae ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa demonstravi P. X in notis: a Scylitze autem omnia minima maxima sumsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror: vid. Ducang. ad Zonar. II. 107. B. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non iniucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis, qui eadem tradiderunt. Neque neget quisquam, res post obitum Romani Iunioris in aula gestas (19. B. sq.), rebellionem Leonis Caropalatae (90. A.), bella Tzimiscae per Orientem (99. A. sqq.) commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fusc quoque ac diligenter. De Nicephoro periurii reo 25. D. satis magna libertate, de Tzimiscae huius percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et caecis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronunciatoribus rerum gestarum florente Graecia, qui, curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi, toti terrarum orbi atque omnibus saeculis cognitionis et eloquentiae clarissima lumina accendere potuerunt. Noster iudicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debuit temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea aetate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiae fidem habuisse 104. C. exiguam geographiae notitiam prodere 80. A. historiae veteris 92. D. — Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, praesidiis sapientiae circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quaecumque est, prae-

ditum, conservavit nobis unus omnino Codex Bibliothecae Regiae, signatus prius No. 2561. nunc 1712. olim in supellectilibus litteraria Raphaëlis Tricheti du Fresne: qui caesidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et saepius regnante Ludovico XIII. Rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc Codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. B. Deinde, cum vita excessisset Trichetus, I. B. Colbertus, Ludovico XIV. Magno ab intimis consiliis et generalis aërii moderator, cuius immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, mss. Latini et Italici plus minus C. Graeci XL. Itaque in Bibliotheca

P. XI publica collatus Codex noster, Ducangio, Bandinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens praeter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Graec. Bibl. Reg. II. 391. D.) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetae maxima parte ineditum, a fol. 18 verso ad fol. 272 rectum; 2.) Leonis Diaconi Historiam, quae nunc prodit, a fol. 272 recto ad 322 rectum; 3.) Michaëlis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 recto ad 422 rectum. Exaratum esse si minus xi. at certe xii. saeculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palaeogr. Graec. 291. No. VII. ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II. 391. C. dicere, eum saeculo decimo quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quae in octo foliis chartaceis ad calcem extant. Ipse Codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris saec. xii. peraratis esse solent, ut videlicet *s* et *ai*, *η* *i* et *ei*, *o* et *ω*, *oi* et *υ*, saepius inter se confundantur, neque ita rarum sit, *εις την* fol. 315 recto (ed. 95. C.) scriptum conspici sic, *ης ην*. Eiusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant, quod fidem receptae lectionis labefactare posset, omisi. In summa fateor, non maiorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui Codice ex unico pendent in

scriptore primum edendo. Ubi fere fieri non potest, quin parum mendum Codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, inque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quae possem, coniecturis et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra ix. D. x. A. infra 225. A.): postremo, quae ratio et doctrina praescribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Graeca conatus sum praestare.

X. Libellum *περὶ παραδρομῆς πολέμου*, de *velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio eiusdem iussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Caes. VII. 433. B.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem praefationis 119. A. declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca Imp. mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam eius renovasse, superstiti et imperante percussore eius Ioanne Tzimisce, vix est credendum. Etenim repentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patradi facinoris capiunt, eo vehementius eius commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: *οἱ ἄγιοι ἡμῶν βασιλεῖς* 155. C. *τῶν ἀγίων βασιλέων* 155. A. *τῶν βασιλέων ἡμῶν τῶν ἀγίων* 154. C. quod in geminatum Basilio et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam notitiā, quemadmodum saeculo x. medio aut exeunte a Graecis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocae Tzimiscaeque a Leone expressas habere velis, alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi,

plus quam multa alia eiusdem aetatis, quae editioni parata habeam, lucem commerere. Cavi certe, ut ne quid nimium a nobis in hac parte adiectum esse diceretur. Quatuor erant Codd., in quibus libellum hunc offenderam: I.) Regius 2437 fol. 371 verso — 409 recto; II.) Regius 2445 fol. 320 recto — 335 verso; III.) Codex No. 26 Supplementi nostri, quem in ora modo indicavi littera B, modo siglo hoc, *Cod. suppl.* ibi legitur is libellus fol. 171 recto — 172 verso; IV.) Palatinus No. 393, a. 1797 ex urbe advectus in Bibliothecam, a. 1815 Romam reportatus. E quibus in edendo secutus sum potissimum Cod. Reg. 2437: cuius ut folia in margine editionis annotavi, ita lectiones intelligi oportet, quoties *Cod. A.*, sive etiam *Cod.*, singulari numero, in ora ascriptum legitur. Ubi *Codd.* pluraliter, reliquos tres in subsidium vocavi, idque saepe frustra: quippe erant tam depravati omnes, ut sententiae complures, nisi aliqua magna medicina adhibita, constare omnino non possent. Eiusmodi locos ex coniectura emendare conatus sum: ita tamen ut, quotiescunque fieri posset, transpositis potius verbis quam mutatis, meo more nimium religiosus in exemplaribus sequendis, quam temerarius in corrigendis, esse malle.

XI. Huius autem auctoris, quisquis fuit, dicendi genus caret omnibus ornamentis, horridiusque est ac prae fractus. Sermone vulgarem quem frequentat, saec. x. iam plurimum a syntaxi elegantiore abfuisse demonstrant nominativi absoluti 125. D. Πλήθος γάρ — 130. A. ὄρων — contra quam oportebat positi: genitivi absoluti item 123. A. μανθανόντων — ὁμήσει. 150. B. ἐγγιζόντων. 159. C. διατιθεμένου subiectivus aoristi pro futuro usurpatus, ut 140. A. ἐκφύγων effugient (quod idem in multis praecipitatae Graeciae scriptoribus usu venit: vid. Indic. s. v. P. XIII Coniunctivus): ἐν perpetuo adhibitum pro εἰς 126. A. 127. B. 133. C. 152. D. σὺν constructum cum genitivo 153. B. casuumque omnino crebra confusio. Neque is certe quenquam, ut Leonem fecisse demonstravimus, exprimit dicendo: simplicibus utitur nativisque verbis. Quare fuissem nimius, si in scrutandis fontibus imitationis tantum egissem satis, quantum ad Leonem egi. Notas, praeter oppido paucas, resecuri: postrema undetriginta capita, quae habebat unus Codex Palatinus, quod ab alio

auctore ad hoc opusculum addita existimabam, in praesentia praetermissi. Sunt autem eiusdem prope argumenti quae superiora, ut ex titulis potest intelligi, qui sic se habent: XXVI. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπληκύνειν ἐξ ἑτέρου θέματος λαὸν εἰς ἑτέρου θέματος ἢ τάγματος ἀπλήκτον. XXVII. Περὶ τῶν ἐν νυκτὶ ὀφειλουσῶν γίνεσθαι φυλακῶν, ἧτοι κερκίτων. XXVIII. Περὶ τῶν ὀφειλουσῶν γίνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν. XXIX. Πῶς δεῖ σμικρύνεσθαι τὸ ἀπλήκτον, ὀλοκλήρου τῆς περικῆς στρατιᾶς ὑπαρχούσης, τῆς δὲ γε ἱππικῆς ὀλιγοστῆς. XXX. Περὶ τῶν ἰβ ταξιαρχῶν. XXXI. Ὅτι δεῖ, ἐπισφαλῶν καὶ στενῶν τόπων ἀπάντων\*), εἰς δύο διαιρεῖν ἅπασαν τὴν στρατιάν, καὶ διχῶς ἀπληκύνειν. XXXII. Περὶ τοῦ, ὁπόσον ἀριθμὸν ὀφείλει ἔχειν τὸ ἱππικὸν στράτευμα. XXXIII. Πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐκ τοῦ ἀπλήκτου στρατοπέδου πάντος ἀποκίνησιν. XXXIV. Περὶ ὁδοπορίας. XXXV. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ποιεῖν, ὅτε γνωσθῶσι πολέμιοι ἐν νυκτὶ βούλεσθαι ἐπελθεῖν τῷ χάρακι. XXXVI. Πῶς δεῖ ποιεῖν, εἴπερ ὁδοπορούσης τῆς στρατιᾶς πολέμιοι μετὰ βαρείας δυνάμεως ταύτῃ ἐπέλθωσιν. XXXVII. Περὶ τοῦ, εἰ ἀπαντήσῃ στένωμα, ἢ γεφύρας καὶ ποταμοῦ βαθέως περαιοσις, τί δεῖ ποιεῖν. XXXVIII. Περὶ τοῦ, μὴ ἐπάγεσθαι πλῆθος ἀργῶν ἐν τῇ πολεμίᾳ. XXXIX. Περὶ τῆς ἀρροξούσης πανοπλίας. XL. Περὶ τοῦ, μὴ ἔχειν τοὺς εὐτελεστέρους τῶν ἀρχόντων σκηνάς. XLI. Περὶ δουκατόρων καὶ κατασκόπων. XLII. Περὶ διελεύσεως κλεισούρας μὴ κατεχομένης παρὰ τῶν πολεμίων. XLIII. Περὶ κλεισούρας κατεχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων. XLIV. Περὶ πολιορκίας. XLV. Πῶς δεῖ φυλάττεσθαι τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους, καὶ τοὺς νέμοντας τοὺς ἵππους. XLVI. Πῶς δεῖ τροπώσασθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς ἐνέδρας τιθεμένους κατὰ τῶν εἰς συλλογὴν χρειῶν ἐξερχομένων. XLVII. Περὶ τοῦ, εἰ γνωσθῶσιν οἱ ἀρχηγοὶ τῶν πολεμίων μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῖς δυνάμεως κρύφα μέλλοντες ἐπιβουλεύσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, ἢ τοῖς πρὸς συλλογὴν ἐξιοῦσιν ὑπουργοῖς. XLVIII. Πῶς δεῖ νυκτὸς τῷ ἀπλήκτῳ τῶν πολεμίων ἐπελθεῖν. XLIX. Πῶς δυνατόν ἐστι, μετ' ἐπιτηδεύσεως τοὺς πολιορκουμένους πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι, καὶ τραυματίσαι αὐτούς. L. Περὶ τειχομαχίας. LI. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τὸν στρατηγὸν δικάζεσθαι \*\*). LII. Περὶ ἀδνου-

\*) Fort. ἀπαντώστων.

\*\*) Codex male, γυμνάζεσθαι.

μίωv. LIII. Περὶ τοῦ διδάσκειν τὸν στρατὸν καὶ ἐθίζειν ἔτι ἐν τῇ ἰδίᾳ ὄντα, κατὰ τάξιν ἀπλημεύειν καὶ ὁδοιοπορεῖν. LIV. Περὶ τοῦ ἐπαλλάττεσθαι τὰς ἐκτελούσας τάξεις τὴν τοῦ σάκκα διακονίαν, διὰ τὸν πολὺν κόπον τοῦ ἄρχοντος \*). LV. Περὶ τῶν ὑποκειμένων δουλειῶν, ὅτι χρὴ πρὸ ἡμετέρας ταύτης λελογισμένης [1. ἡμέρας ταύτας λελογισμένως] τυποῦν καὶ διατίθεσθαι. Ea, inquam, capita, qualiacunque sunt, et descripsi iam pridem et Latine converti, ut in subsequenti aliquo volumine facile vulgari queant, si modo tanti videntur eruditis. Quorum iudicium hac de re exquiro, meum nullum interponens.

P. XVI XII. Iam quod ad interpretationem Latinam Historiae Leonis attinet, locus versionis Combesisianaе, in Criticis Pagi (vide supra pag. V. D.) servatos, nisi ubi manifesto lapsus erat, iisdem propemodum verbis in editionem meam retuli. Cuius rei unumquemque admonitum esse velim: ne, si quem in versione aut styli inconstantia, aut quippiam fortasse non satis pure atque emendate dictum offenderit, continuo id in reprehensionem vertendum putet. Nam erat Combesisius homo pius quidem et in rebus sacris singulariter doctus, sed qui nunquam ab orationis asperitate moestitiaque abesse potuit. Nobis quoque in universo volumine linguae atque elocutionis cura (vereor) non tanta fuit, quanta esse poterat, fortasse etiam debebat. Sed veniam eiusmodi facilius dari posse existimo Byzantinae historiae studiosis, omninoque iis qui in scriptoribus medii aevi, nescio quid barbarum et inconcinnum sonantibus, cogitationem per diu ponunt. Praeterea, bonorum scriptorum exemplum consecutus, vel in verbis ad religiones persuasionesque pertinentibus, ubi difficillimum erat, malui interdum aliquid audere potius, quam Latinam orationem multis Graecis vocabulis inquinare. *Nomina rerum Graeca quae convertimus* (ut Cornificii verbis utar, quarto Rhetoricorum), *ea remota sunt a consuetudine: quae enim, res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata.* Designationes dignitatum, Patriarcha, Domesticus, Drungarius, aliaque id genus, necessario retinui, tametsi ex nitidissimo Latinitatis fonte haudquaquam profluxerint. Quas si

\*) Sic Codex: sed lecto capite malim finem tituli mutare sic: — κόπον, τοῦ ἄρχοντος, εἰ δυνατόν, μένοντος αὐτοῦ.

quis aut nimia Romani sermonis religione silentio praeterire, aut per circuitionem explicare voluerit, nae ille mihi imprudens, et cuius sententia minime standum sit, videtur iudicandus. Versioni Leonis ad marginem exteriorem, lectiones Codicis sunt appositae, sicubi vocem, a librariis manifesto corruptam, in textum recepi. Ubi dubitatio suberat, lectionem Codicis in textu servavi, coniecturam meam adieci in ora, si valde probabilem, praefixa littera *l.* hoc est *lege*, sin minus, praefixa *f.* *fortasse* (nam *forte* siquando impressum est, id aequus lector oscitantiae operarum ascribat). In summa id egi, ut de suspicionibus meis, quam quaeque probabilis sit sive vana, penes lectorem iudicium relinqueretur.

XIII. Superest, ut de instituto adnotationis meae, maxime ad Leonem, si qui vagatum me in iis latius atque deflexisse saepenumero de via putent, apud existimatores harum rerum intelligentes et aequos paucis me purgem. Etenim intellexi tripliciter fieri posse, ut editoris in opere exequendo sedulitas fautorum nostrorum benevolentiae aliquatenus responderet. Uno modo, si scriptores ipsos, quales in membranis offendissem, sublatis tantum manifestis mendis, addita Latina versione, arbitrio eruditorum permitterem. Deinde, cum plurima essent nuper in Bibliotheca Regia, multa supersint ad hanc diem, ad res Byzantinas quodammodo pertinentia, neque edita adhuc, neque unquam opinor (ut nunc sunt tempora) integra lucem visura, Vitae Sanctorum, epistolae fratrum devotorum, antistitum, patriarcharum, tractatus dogmatici, ascetici, polemici magno numero, annales quoque inediti, pervolutare ea studiose atque excerpere coepi quicquid lucem afferre poterat annis sedecim, qui a morte Constantini VII. Porphyrogenetae (xv. Novembr. 959.) ad Tzimissem, x. Ianuar. 976. veneno sublatus, effluerunt, quorumque memoriam Leo complexus est. Ubi cum praecipue usui mihi fuerint historiae duae, altera Simeonis Logothetae (vid. Harles. Bibl. Gr. VII. 685. *l.*), altera Iulii Pollucis (de qua infra 179. B.), hic facere non possum, quin Italicorum quoque eruditorum in me animum, quam singulari officio fuerit, gratus commemorem. Nam repentino anni 1815. tempore, cum staturae, tabulae, reliqua civitatum ornamenta Parisios olim con-

vecta undique repeterentur, accidit ut inter Codices in urbem reportandos esset Vaticanus No. 163. illam ipsam Iulii Pollucii historiam complectens. Ibi cum intellexissent procuratores Summi Pontificis, me in conficiendis notis hoc Codice aegre cariturum, perhumaniter negaverunt se commissuros, ut a se studiis meis obesset quicquam, permiseruntque, ut usque ad editionem libri is Codex Parisiis remaneret. Quocirca maximas gratias et ago et habeo Viro reverendo atque ill. Marino Marini, ab intimo cubiculo Summi Pontificis, et archivi Apostolici Vaticani Praefecto, cuius in hoc negotio eximia studiique plena officia erga me exstiterunt. Quod autem eiusmodi notionum historicarum ne sic quidem in hoc Tomo permagna est accessio facta, non hercle penuriae Bibliothecae nostrae, sed paucitati annorum, quorum gesta tradit Leo (vide supra VIII. A.), tribui id velim. Ad Psellum, annorum prope centum (975 - 1060) memoriam persecutum, plurima eiusmodi inedita subiungere me posse spero, quibus vel stabilitur, vel emendatur, vel ratione multiplici amplificatur eius narratio.

XIV. Atenim non me fugiebat, etiam ut cumulate officio meo hoc duplici nomine satisfacerem, tamen fore ut sic neque ad litterarum Graecarum neque ad historiae studiosos ita multos mei officii utilitas pertineret. Nam, cum omnino in studiis nostris, Graecis dico, non sit maxima copia eorum qui, via trita relicta, P. XVIII interiores scrutentur ac reconditas litteras, tum vero ex iis ipsis exquisite doctus quotus quisque est, qui lectionem scriptoris Byzantini ad subtiliorem cognitionem linguae quicquam conferre putet? Historici autem homines paene omnes vel ad veterum illorum prorsus antiquorum divinam memoriam, vel ad res nostra patrumque memoria aut subtilius et temperantius aut splendide ac mirabiliter gestas, vel certe ad origines populorum hodie vigentium illustrandas, cura omni studioque rapiuntur: pauci, sique ipsi invitius aut fastidiosius, annales excutiunt senecentis imperii ac ruituri. Quapropter per notas obtinere volui, ut paulo latius mea operaretur, ad eosque item pertineret, qui alieniores sint a rebus Byzantinis: ideoque de significatione vocum nondum satis definita parumve intellecta uberius passim disputavi in notis et fusius. Qua in re saepius scriptorum Attico-



rum rationem habere potuissem, fortasse etiam debuisssem. Verum ego sic iudico (dicam enim non reverens in re obscura gloriandi suspensionem): quod in quoque plurimum est, hoc ipsum is potissimum conferre debet ad locupletanda communia studia nostra. Iam vero post complurium annorum assiduum laborem, quo Catalogum Codd. Graecorum in Bibliothecam maximam Parisiensem recens illatorum ad finem perduxeram, post pueritiam et primam adolescentiam in hoc studiorum genere positam, neminem esse scriptorem paulo illustriorem arbitror, neque profanum neque sacrum, qui a temporibus Theodosianis usque ad ruinam imperii Orientalis Graecae scripserit, quem non ita tractarim, ut non aliqua eius pars in memoria mea penitus insideret. Scholia, catenas, paraphrases, commentaria, partim minus legi solita, partim omnino nondum edita, fieri non potuit quin ita pertractarem, ut eorum aliquam certe notionem caperem. Quamobrem, si passim ex Patribus, scholiastis, rhetoribus, illustrare quaestiones aliquot, afferre phrases, locupletare Lexica, notare errores quosdam superiore memoria commissos (nam ab aequalium censura, quae mea natura est, omnino abstinui) conatus sum, non ideo id feci, quod hos recentiores scriptores ullo modo comparandos esse cum antiquioribus capitalibusque illis ducebam, quos nemo opinor est quin crebro regustare cupiat, in iisque acquiescat; neque quod meum studiorum genus proponere in exemplum aliis, adolescentibus praecipue, velim: sed quia in eo loco in eoque munere constitutus, ut tractare eiusmodi scripta cum ad voluntatem possim, tum pro officio debeam, id malui, quod alii minus commode possent, agere, quam quod iidem aequae bene atque ego, aut etiam multo me melius.

XV. Accedebat, quod in Britannia novam editionem Theophrasti Stephaniani parari audiebam, ad eamque locupletandam viros doctos editioni praepositos voces nondum in Lexica receptas undique aucupari. Quare vocabula, quibus adhuc, quantum scio, Lexica carent (enotavi autem multiplici lectione complura millia), passim subiunxi, gratificans Lexicographis potius, quam quod in eiusmodi verbis addendis magnum ponendum esse momentum, aut gloriandum putem. Egi id quoque, ut vocabula phrasesque praecipue ex scriptoribus illis sumerem, qui a

saeculo tertio ad Heraclium Aug. floruerunt: nam apud hos potius aliquid integri sanique remansisse credendum est, quam apud illos qui saec. vii. et deinceps fuerunt, usque ad captam urbem. Ab historicis illustrationibus plerumque me continui. Sunt qui materia a nobis parata recte utantur, scriptores probabiles multi, aliquot etiam summi, ut componendae historiae clara ipsi exempla, ita compositarum optimi iudices. Velut in Germania Fredericus Christophorus SCHLOSSERUS, qui libro paucos ante annos edito impetus Imperatorum, Constantinopoli Sanctorum imagines infestantium, non minore acumine quam facundia felicissime exposuit. In Russia Nicolaus KARAMSIN, historiae probatissimae auctor, qua patrias antiquitates rara dicendi facultate mirabiliter illustravit: et cum primis Philippus KRUГ, cui iam superius debitas gratias meritasque egi, cuius in Tentamine critico ad illustrandam chronologiam Byzantinam, Petropoli 1810. (omitto alia eius scripta, quae multa sunt), perfecta rerum tum Slavicarum tum septentrionalium cognitio, summa ratione consideratissimaque prudentia adiuta, eluxit, cuiusque eruditissimis observationibus in hoc quoque opere edendo non mediocriter me adiutum esse nunquam dissimulabo. In Gallia, omni politioris litteraturae et antiquitatis, omni scientiarum genere excellens, Ant. Ioann. LETRONNE, multis mihi nominibus carus, non modo ingenio splendidissimo, sed *κρίτικῃ* quoque singulari atque exquisita praestans. Neque ibi post Ameilhonis, scriptoris politi, neque post lib. Bar. de Sainte - Croix, viri venerandi, obitum, neque in Britannia post Gibbonem vita functum, desunt alii summa doctrina summoque iudicio homines, in exploranda scriptorum medii aevi fide exercitati. His ego, transactis iam meis partibus, Leonem historica ratione illustrandum, si velint, trado. Mihi satis fuit, materiam illis, non indignam facultate et copia ipsorum, subiicere, interimque in opere sic versari, ut quaedam otii mei exstaret ratio, indeque litterae Graecae aliqua ex parte locupletarentur. Id totum consilium factumque meum si a doctis probabitur, nullo alio decorari laborem meum praemio postulo, ad aliosque Byzantinos, simili ratione edendos, minus verecunde cunctanterque, quam adhuc feci, aggrediar. Habeo enim prelo iam pridem parata Michaëlis Paelli Annales, Georgii Hamartoli Chronicon, Nicephori Gregorae libros aliquot adhuc

ineditos, Sanctorum Vitas item ineditas, historiam saeculi decimi et deinceps sequentium illustrantes, Gregorii Palamae libellum de captivitate sua ad Thessalonicenses, aliaque id genus. Quae ut primo quoque tempore in lucem prodeant, rebus Byzantinis, Slavorumque et Turcarum priscae historiae novam lucem allatura, fautorum huius operis singularis munificentia sperare nos iubet. Scribebam Parisiis in Bibliotheca Regia, Kalend. Ianuar. MDCCCXVIII. P. XX

---

---

NICOLAI MARIAE FOGGINII  
M O N I T U M  
DE  
THEODOSII ACROASIBUS.

---

Cretam iasulam *centum* olim, ut Horatius cecinit lib. III. Od. 27. *potentem Oppidis*, quam Agareni ab Hispania profecti Michaële Balbo Imperatore an. Chr. DCCCXXIII. occupaverant, Nicephorus Phocas tunc temporis Magister, et Scholarum Orientalium Domesticus, fuis deletisque bārbaris, Romanorum Imperio restituit, Romano Iuniore Imperatore an. Chr. CMLXI. Hanc expeditionem, Romani Imperatoris iussu, a Nicephoro maxima celeritate feliciter confectam sequentes Acroases quinque celebrant et exornant. Eas edere meditatus est olim Maltretus, sed primum nuper edidit Flaminus Cornelius nobilis Venetus in suo *de Creta sacra* commentario tom. I. pag. 269. Nullus alius, qui eas complectatur, usquedum innotescit vetus Codex, praeter Vaticanum notatum num. 997. litteris paene iam exsolescentibus, et a Notario potius, quam a Librario scriptum, ex quo tum Maltretus, Allatii cura, tum Cornelius acceperat. Itaque easdem recensere ac recudere iussus, hoc solum praestare potui, ut ipsum Codicem Vaticanum iterum consulerem, et cum Cornelianam editionem conferrem, quem laborem non sine fructu exegi, etsi anceps haereo, utrum et ego ipse, tum ob Codicis vitia, tum ob singularem poëtae sequioris aevi stilum, omnia bene assequutus sim. Quare dubitationes quasdam meas ac coniecturas in subiectis adnotationibus indicabo, ubi etiam plura prosequar, quae sensus auctoris ac rerum historiam luculentius exponant.

Quis fuerit Theodosius Diaconus, qui hasce Acroases composuit, obscurum omnino est: sed nullatenus dubitare licet, fuisse eam Ecclesiae Constantinopolitanae Diaconum. Porro ex epistola, qua Acroases suas Nicephoro dedicat, plane liquet, emisisse eas in lucem post praematurum Romani Imperatoris obitum, eo licet vivente compositas. Sic enim Theodosius Nicephorum alloquitur: *Ὡς ἐν προσώπῳ γούν ἡ μὲν ἀρχὴ ἰάμβων δοκεῖ πρὸς τὴν πάλαι Βασιλέα ἡμῶν, τὸ δὲ τῶν ἱερῶν κεφάλαιον πρὸς τίνα, εἰσὴ εὐθύς. Iamborum itaque initium prima fronte ad defunctum nuper Imperatorem nostrum pertinere videtur: verum laudum summa ad quem potissimum spectet, statim intelliges.* Praeterea ex eadem epistola aperte intelligitur, obtulisse eas Nicephoro, postquam ille victoriae Cretensi victoriam etiam addiderat de Agarenis orientalibus, metropoli eorum Chalepe eversa: *Ἀέξαι οὖν, inquit, εἰ καὶ τῆς ἀξίας εἰσὶν ἐνδοῦ Θεοδοσίου ψελλίσματα, καὶ περὶ τῆς τοῦ Χαλέπε γράφειν ἐπίτροπον καταστροφῆς καὶ ἀλώσεως. Accipe igitur, indignas licet maiestate tua, Theodosii nugas, et de eversione et expugnatione Chalepi scribere permitte:* ad quae verba mirari subit, quomodo Cornelius adnotaverit, se prorsus nescire, cur Theodosius de Creta sermonem instituens, Chalepi mentionem ingesserit. Nemo enim veterum recentiorumque Historicorum praeterit, Nicephorum Phocam Creticos primum, deinde vero Chalepenses Saracenos subegisse. Audi Cedrenum Hist. Comp. pag. 645: *Νικηφόρος δὲ ὁ Φωκᾶς, ὡς ἔμπροσθεν εἰρηται, προσταχθεὶς ἐκ Κρήτης ἐπανελθεῖν, οὐ συνεχωρήθη εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐκελεύθη παραγεῖσθαι μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ ἀναλαμβάνων γὰρ ἑαυτὸν ἐκ τῆς προτέρας ἡττης ὁ Χαβδᾶν, ἀναφέρειν ἤρξατο πάλιν, καὶ στρατὸν ἐξιόμεχον ἠθροικῶς, προσδόκιμος ἦν ἐπιθήσεσθαι τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσὶ τε καὶ πράγμασιν· ἀλλ' ἐν Συρίᾳ γενόμενος ὁ Φωκᾶς καὶ σταδαὶ μάχῃ τούτου τρεψάμενος, καὶ κατὰ κράτος ἡττήσας, καὶ εἰς τὰ ἐνδοτερά τῆς Συρίας ἀπελάσας τὴν πόλιν Βέρβουσαν ἐξέπύρθησε δίχα τῆς ἀεροπόλεως. Nicephorus autem Phocas, Creta, uti diximus, iussus decedere ita est, ut non ei liceret Constantinopolim ingredi: sed mandatum est, ut cum omni exercitu in Orientem transiret. Nam ab accepta clade se recolligens Chabdanus iam sese erigebat: coactoque ad pugnam idoneo exercitu videbatur iamiam in Romanos moturus. Eum Phocas, in Sy-*

c

*riam ut venit, praelio superavit, ac fudit, et in Syriam interiorem compulit: urbem Berrhoeam, excepta arce, devastavit. Idem enarrat etiam Michaël Glycas in Annalibus P. IV. p. 304. et uterque hanc asserunt causam adeo sollicitas expeditionis Nicephori in Orientem, quod Iosephus Bringa, qui rerum in aula potiebatur, Romano ob oculos callide posuerit, invaluisse rumorem, victorem Cretae evehendum fore ad Imperium. At vero Cedrenus et Glycas a Leone Diacono scriptore coaevo in hoc dissentire videntur, quod hi Nicephoro e Creta reduci Constantinopolim venire non esse permissum, sed recta via in Syriam ire mandatum scribunt, ille autem contra testatur, Nicephorum e Creta redeuntem non modo Constantinopolim venisse, sed etiam Constantinopoli triumphasse, et hinc postea in Syriam profectum esse. Leonem rem ita enarrasse compertum est ex Latinis excerptis historiae suorum temporum, quam ad obitum usque Ioh. Tzimisicis protraxit, a Pagio in Critica in Annal. Baron. tom. III. pag. 875. et tom. IV. p. 5. relatis, nondum enim in lucem edita est integra et Graeca Leonis Historia, ad prelum licet paratam reliquerit Combefisius. Verum enimvero, ni fallor, facilem ad Cedrenum et Glycam cum Leone Diacono in hoc quoque conciliandos sperit viam Simeon Magister et Logotheta in Annalibus in fine, qui de Nicephori triumpho ob devictam Cretam sic loquitur: 'Ο δὲ Βασιλεὺς μαθὼν τὴν τῆς Κρήτης ἄλωσιν, ἰδόξασε τὸν θεὸν· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ Δομέστικος τῶν Σχολῶν Νικηφόρος κελεύσει τοῦ Βασιλέως πρὸς τὴν πόλιν εἰσῆλθεν, καὶ μετὰ τῶν λαφύρων καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἦλθε πτεξῆ ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ εἰς τὸ ἐπποδρόμιον ἅμα τῷ Ἀμηρᾷ Κρήτης τοῦ λεγομένου Κουρόπα καὶ πάντων τῶν συγγενῶν αὐτοῦ, στολὰς λευκὰς περιβεβλημένων πάντων τῶν Σαρακηνῶν· καὶ ὁ μὲν Μάγιστρος τιμῶν καὶ γερωῶν μεγάλων ἠξιώθη παρὰ τοῦ Ἀντοκράτορος· ὁ Ἀμηρᾶς δὲ πλεῖστα δῶρα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον παρὰ τοῦ Βασιλέως λαβὼν, σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ εἰς χωρία οἰκεῖν συνεχωρήθη, εἰς δὲ τὴν σύγκλητον οὐκ ἀνεβιβάσθη, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς βαπτισθῆναι· ὁ δὲ Βασιλεὺς Ῥωμανὸς Νικηφόρον τὸν Μάγιστρον αὐθις κατὰ τὴν ἐρίαν ἐξαπέστειλεν κατὰ τοῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ· ὁ δὲ ἀπειθῶν, πρῶτον μὲν τὸν Χαλέπι κίστρον παρέβαλε, ἐξ οὗ καὶ λαφύρων πολλὴ γίνεται συναγωγὴ. Imperator, ubi captam esse Cretam cognovit, Deo laudes gratiasque persolvit. Tum brevi*

*etiam Nicephorus Scholarum Domesticus, Imperatoris iussu, urbem ingressus cum multis spoliis atque captivis a suis aedibus ad Circum pedes venit una cum Cretae Amera, Curops nomine, eiusque propinquis omnibus, cum Saraceni omnes albis vestibus induti essent. Ac quidem Magister honores magnaque praemia Imperatoris liberalitate consequutus est; Ameras vero donis plurimis auroque atque argento ab Imperatore donatus, praedia ruri colere atque habitare permissus est: quod tamen baptismo initiari noluit, in Senatum minime cooptatus est. Porro Romanus Imperator Magistrum Nicephorum iterum in Orientem misit, ut Chambdae arrogantiam frangeret. Susceptaque expeditione primum Chalepum urbem munitam cepit, unde etiam spoliolum vim magnam collegit. Videsne quod triumphi genus Nicephorus e Creta redux obivit? A suis aedibus cum multis spoliis et captivis pedes in Circum venit, quo scilicet modo ovantes procedebant, non triumphantes; ita ut, si bene vertit Leonem Combesius, usus sit Leo voce triumphi lato modo; quomodo etiam a Latinis non semel factum esse novimus. Et profecto is erat, qui ob Cretam captam Nicephoro debebatur, honos secundum Romanorum morem, quia bellum Creticum indictum non fuerat, et quia fuerat sine sanguine confectum, de quibus luculenter certos nos faciet Theodosius. Qua de re Cedrenum et Glycam ita esse interpretandos censeo, ut dixerint negatum fuisse Nicephoro e Creta reduci Constantinopolim venire, scilicet ad commorandum, quia hinc statim iussus est in Syriam proficisci; et eos haud meminisse triumphi, quem tunc Nicephorum egisse narrat Leo Diaconus, quia nullatenus triumphans, sed solum ovans in Circum processerit, et solummodo post Chalepensem victoriam solennem triumphum egerit, quem Cedreno visum est satis commemorare, cum in eo praeter Berrhoensia spolia etiam Cretica ostentaverit.*

Verum, ut quis malit hoc contigisse, certum est, quod Nicephorus post victoriam Creticam in Syriam profectus est, ac nova de Chalepensi Sultano reportata victoria eo magis inclaruit; et quod cum interim Romanus, florens licet aetate, voluptatibus fractus die 15. Martii Indictione sexta obiisset, a Theophanone Romani uxore filiorum nomine imperante accersitus est Constantinopolim, ubi solenni pompa de Saracenis tum Creticis, tum

Chalepensis triumphavit. Ἀπριλλίῳ δὲ μηνί, inquit Cedrenus ibid., τῆς αὐτῆς ἑ' ἰνδικτιῶνος, εἴσεισιν ὁ Φοκάς Νισηφόρος τῇ τῆς δεσποίνης κελεύσει (τοῦ Ἰωσήφ καθάπερ καὶ πάλαι κωλύοντος) ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς Κρήτης λαφύρων καὶ τῆς Βεβήλοιας ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ. *Eodem sexta Indictione, mense Aprili, iussu Augustae Nicephorus Phocas Constantinopolim venit, Iosepho, ut ante, ne hoc fieret obstante. Duxit triumphum in Circo, inferens in eo Cretensia et Berrhoeensia spolia.* Eandem rem iisdem fere verbis ita narrat Ioannes Curopalates in Historiae Compendio pag. 66: *Aprili autem mense, eodem sexta Indictione, Phocas iussu Reginae ingreditur Constantinopolim, Iosepho omnino, ut pridem, prohibente, et de captis spoliis et Berrhoea triumphavit in hippodromo.* Attamen neque tunc immorari diu potuit Nicephorus Constantinopoli: comperiens enim, parari sibi iterum insidias a Iosepho Bringa, mature in Cappadociam secessit, ubi ab exercitu Imperatorem se appellari die 2. Iulii passus est, et inde Constantinopolim rediit, coronatusque est a Polieucto Patriarcha die 15. Augusti. Haec est rerum series, et hinc facile intelligi potest quo potissimum tempore Theodosius Acroases suas Nicephoro obtulerit. Cum enim obtulerit iam mortuo Romano, et Chalepe urbe eversa, sed antequam Nicephorus ad Imperium evectus foret, restat obtulisse intermedio quatuor mensium spatio, qui intercesserunt a die 15. Martii ad diem 2. Iulii, atque adeo, ut arbitror, mense Aprili, quo Nicephorus Constantinopoli e Syria redux triumphavit.

---



---

HENRICI CANISII  
P R A E F A T I O  
A D  
LUITPRANDI LEGATIONEM.

---

Legationem hanc Luitprandi Cremonensis Episcopi descripsit ex Codice manuscripto Bibliothecae primariae aedis Trevirensis R. P. Christophorus Browerus, societatis Iesu sacerdos, antiquitatis illustrandae studiosissimus, eamque ad communem illum omnium eruditorum amicum Marcum Velserum VII. virum Augustanum misit; inde huc perlata, nunc tandem post tot saecula ex tenebris in publicum exit. Quis Luitprandus hic fuerit, certo affirmare non ausim. Fuisse Ticinensis Ecclesiae Levitam et Diaconum (cuius extant libri sex rerum ab Europae Imperatoribus et Regibus gestarum), suadent cum alia, tum idem prorsus dicendi genus. Deinde quod opinionem hanc verisimillimam reddit, Luitprandus noster bis se Constantinopoli legationem obiisse asserit; primam, cum adhuc Diaconus esset, auctoritate Berengarii, tempore Constantini Graecorum Imperatoris; postea alteram, mandato Ottonis Magni et filii eius et uxoris Adelheidae ad Nicephorum Phocam, qui mortuo Romano filio praedicti Constantini Imperium Constantinopolitanum invaserat. At Luitprandus Ticinensis Diaconus, et Historicus ab eodem Berengario Italiae tyranno potius quam Rege se Constantinopolim ad Constantinum Imperatorem legati nomine missum testatur lib. VI. Hist. cap. 1. et seq. ubi fuse describit, quomodo a Constantino Constantinopoli exceptus fuerit, et quae spectacula ibidem viderit. Unde conlicere licet, unum et eundem esse hunc nostrum, et qui historiam conscripsit: quum et Historicus sub Ottonibus claruerit, et tem-

XXXVIII H. CANISII PRAEFAT. AD LUITPR. LEGAT.

poris diversitas non obstat. Et forte si Luitprandi libri integri extarent, inveniremus non minus posteriorem sub Ottone legationem, quam illam priorem sub Berengario; nec dubitarem pro certo et explorato affirmare, nisi ipse Luitprandus scrupulum iniiceret, qui lib. VI. cap. 6. mentionem facit Luitprandi Cremonensis Episcopi, eumque ait, cum Landoardo Saxone, Episcopo Numedensi, ab Ottone Magno Romam missum esse ad Ioannem Pontificem: et in Concilio Romae in causa eiusdem Ioannis celebrato, cum Otto Romam occupasset, fugato Ioanne et Adelberto, inter Episcopos Italiae, qui Concilio interfuerunt, numeratur Luitprandus Episcopus Cremonensis, qui et eiusdem Ottonis in eodem conventu interpres fuit: nam quae Otto Saxonica lingua loquebatur, haec Luitprandus Cremonensis Episcopus Latine reddebat ceteris Episcopis. Adeo, ut vix credibile videatur, Luitprandum Historicum de se quasi de alio locuturum fuisse, si ipsemet fuisset: cum longe minutiora de se rebusque a se gestis absque ambagibus commemorare soleat.

---

# ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛΙΑ Ι.



# ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

## ΙΣΤΟΡΙΑ,

ἀρχομένη ἀπὸ τῆς τελευταίας τοῦ αὐτοκράτορος Κωνσταντίνου, μέχρι  
τῆς τελευταίας Ἰωάννου τοῦ αὐτοκράτορος, τοῦ ἐπιλεγομένου Τζιμισκῆ.

### BIBΛION A.

# LEONIS DIACONI

## HISTORIA,

*incipiens ab obitu Constantini Imperatoris, usque ad obitum  
Imperatoris Ioannis cognomento Tzimiscæ.*

### LIBER I.

#### ARGUMENTUM.

*Laus historiae. Leonis Diaconi genus et patria (Cap. 1). Romanus, Constantino mortuo, imperium suscipit. Constantinus Gungyles male pugnat in Creta (2). Nicephori Phocæ expeditio Cretica. Nicephorus Partilæ in mediam insulam emittens (3), a Saracenis caeditur (4). Candia circumvallata (5). Nicephori Phocæ ad exercitum oratio (6). Saraceni, qui suis auxiliis venerant, magna clade fugantur (7). Candia frustra oppugnata (8). Nicephorus in Creta hibernat (9).*

α'. *Εἴπερ ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν τὸν βίον ἐνέησι, τούτου ἐδχέδ. Par. 1  
ἦσον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ ἱστορία, ἐπιφελές τι πρῶγμα πε- Fol. cod. 272  
φνός καὶ λυσιτελής. ποικίλας γὰρ καὶ παντοδαπὰς ἀπαγγελ- verso.  
λοσσα πράξεις, καὶ ὄσας ἢ φορὰ τοῦ χρόνου καὶ τῶν πραγμά-*

1. τοῦτον cod. Fort. τοῦτο.

1. Si quid aliud bonum magno usui in vita est, non minus quam id, imo vero etiam magis prodest historia, res utilis sane ac salutaria. Nuncia enim cum sit variorum et cuiusque modi factorum, quaecumque tum cursus tam-

Βτων κυλίνδριν εἶωθεν, ἢ προαίρεσις δὲ μάλιστα τῶν κεχημένων τοῖς πράγμασι, τὰς μὲν ἀσπάξεσθαι καὶ ζηλοῦν τοῖς ἀνθρώποις νομοθετεῖ, τὰς δὲ ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ ἀποτρέπεσθαι· ὡς μὴ λάθωσιν ἀβουλήτως τὰ μὲν δησιφόρα καὶ λῶνα προηκάμενοι, P. 2 τοῖς δὲ ἀπεκταλοῖς καὶ βλαβεροῖς ἑαυτοὺς περιπειράντες. ἐπεὶ οὖν λυσιτελεῖς ἡ ἱστορία μετὰ τῶν ἄλλων βιωφελῶν χροῖμα τελεῖν ὠμολόγηται, αἶτε τὰ θνητὰ ἀναβιώσκειν ἢ ἀνηβάσκειν παρεχομένη, καὶ μὴ ἐῴσα τοῖς τῆς λήθης βυθοῖς παρασύρεσθαι τε καὶ συγκαλύπτεσθαι· διὰ ταῦτα, πολλῶν ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ πραγμάτων ἐξαισιῶν καὶ ἀλλοκότων καινοτομηθέντων, καὶ φοβερῶν 10 κατ' οὐρανὸν δειμάτων ἐπιφανέντων, καὶ σεισμῶν ἀπίστων κινήθέντων, σκηπτῶν τε κατενεχθέντων, καὶ ὑετῶν λάβρων καταβράχυντων, πολέμων τε συδράχυντων, καὶ στρατευμάτων πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπιδραμόντων, καὶ πόλεων καὶ χώρων μεταναστάντων, ὡς πολλοῖς δοκεῖν, ἀλλοίωσιν ἄρτι τὸν βίον λα- 15 βεῖν, καὶ τὴν προσδοκωμένην δευτέραν κατάβασιν τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἐπὶ θύραις ἐγγίξιν· ἔδοξε μοι, μὴ οὕτω φοιχῆς μεστὰ καὶ θανάματος ἄξια πράγματα σιγῇ παραδραμεῖν, ἀλλ' εἰς τοῦμφρανὲς ἀνειπεῖν, ὡς εἶναι παιδεύματα καὶ τοῖς ὕστερον· εἴ γε μὴ δεδομένον εἴη τῇ προνοίᾳ, αὐτίκα καὶ καταπόδας τὸ βιωτικὸν 20 πορφύρειον ἐν τῷ τῆς συντελείας ὄρμῳ ἐλλιμενίζιν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου παραγαγεῖν. ἀλλὰ μοι εἴη τὸν ὑπερ ἐμὲ τοσοῦτον

1. μάλιστα τῶν κεχημένων cod. 15. Confer infra 104. D. ed. Par. 18. εἰς τοῦ φρανὲς cod. 21. τῷ τοῖς cod. 21. ἐλλιμενίζιν cod., sed infra, 4. C., ἐλλιμενίζιν (sic) διεκλευσάτο.

poris rerumque ferre soleat, tum maxime virorum in negotiis versantium voluntas, docet homines, ut apprehendant et sectentur alia, alia reiiciant a sese et aspurgentur: neque propter inscientiam, neglectis inconsulte utilibus ac praestabilioribus rebus, aversandis se et noxiis implicent. Quapropter, cum in confesso sit, fructuosum quiddam esse inter alia vitae praesidia historiam, eandemque rebus mortalibus vitam aut iuventutem restituere, neque permittere, ut in oblivionis gurgites abreptae obruantur: idcirco, quod multa mea memoria obtigerunt immania ac mira monstra, et religiosa se aperuerunt in coelo terricula, terrae motus item incredibiles facti sunt, fulmina iacta, imbres largi delapsi, bella commissa, exercitus huc illuc per orbem rapti, oppida et gentes alio translatae, adeo ut multi putarent, regenerationem iamiamque subituras res humanas, exspectatumque alterum descensum Servatoris ac Dei ante fores instare; ideo visum mihi est, tam plenas horrois mirationeque dignas res silentio haud transire, sed palam proclamare, ut disciplinae loco sint etiam posteris: si tamen non constitutum a providentia est, statim evestigio in consummationis portum deducere vitae naviculam, speciemque mutare huius mundi. Modo contingat mihi, quandoquidem tantum suscepti, qui supra facultates meas est, la-

ἄθλον ἱπαρηγημένω, μὴ δεύτερον τῆς προθυμίας δραμεῖν, ἀνα-  
 λόγως δὲ τοῦ μεγέθους τῶν συμβεβηκότων ἰκέσθαι, καὶ ταῦτα  
 δέοντως ἐπεξηγήσασθαι. ἡ μὲν οὖν ἱστορία κατὰ τὸ ἐνὸν ἔμοιζο  
 λεχθήσεται κατὰ μέρος· ὁ δὲ ταῦτα συντάξας Λέων ἐμὶ Βασι-  
 5 λέου υἱός· πατὴρ δέ μοι Καλὴ, χωρίον τῆς Ἀσίας τὸ κάλλι-  
 στον, παρὰ τὰς κλιτύς τοῦ Τιμώλου ἀνωκισμένον, ἀμφὶ τὰς  
 πηγὰς τοῦ Καῦστρίου ποταμοῦ, ὃς δὴ, τὸ Κελβιανὸν περὶφ-  
 10 ρέων καὶ ἡδιστον θαῦμα τοῖς ὄρωσι προκειμένος, ἐς τὸν τῆς κλει-  
 τῆς καὶ περιπύστου Ἐφέσου κόλπον πελαγίστων ἰσβάλλει· ἄλλ' Fol. cod. 273  
 10 ἐπὶ τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων ἱεὸν διίγῃσιν, περὶ πλείστον τὸ  
 ἀληθεῖν ποιουμένοις ὡς μάλιστα, ὅτι καὶ τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ τῶν  
 ἄλλων μᾶλλον ἀρμόττει. φασὶ γὰρ καὶ οἱ τὸν λόγον σοφοί, ἤη-  
 15 τοραῖ μὲν προσήκειν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιεῖν, τῇ δὲ ὁ  
 ἱστορίᾳ ἀλήθειαν. ὅσα μὲν οὖν ἐπὶ τὸν χρόνον τοῦ αὐτοκρά- recto.  
 15 τορος Κωνσταντίνου υἱοῦ Λέοντος, ᾧ Πορφυρογέννητος ἡ ἐπί-  
 κλησις, ἐπισυμβέβηκε πράγματα (οὗ καὶ γεννωμένου καὶ τελει-  
 ωτάτος κομήτην λέγεται φανῆναι κατ' οὐρανὸν, τὴν ἐκείνου καὶ  
 γέννησιν προδηλοῦντα καὶ ἀποβίωσιν), παρήσειν μοι δοκῶ· ἀπο-  
 20 χρώτως γὰρ ἄλλοις ἰστόρηται. τὰ δὲ τούτων ἐγόμενα, καὶ ὅσα  
 20 ὀφθαλμοῖς καὶ αὐτὸς τεθέλαμαι (εἴπερ ὀφθαλμοὶ ὧτων πιστότεροι,  
 καθ' Ἡρόδοτον), τὰ δὲ καὶ πρὸς τῶν ἰδόντων ἠκρίβωσα, ταῦ-  
 τα καὶ δώσω γραφῇ.

β'. Ἄρτι κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα, τῆς γ' Ἰνδίκτου, ἐν Ρ. 3

### 8. Fort. θέαμα.

borem, ut pone desiderium meum non relinquar, sed contra convenienter  
 ad magnitudinem rerum gestarum memet efferam, easque quo oportet mo-  
 do tradam. Historia ita, quantum in me est, singulatim explicabitur:  
 quam qui composui Leo sum Basillii filius, patria ortus Caloë, Asiae vico  
 pulcherrimo, ad Timoli clivos sito, circa fontem Caystri fluminis, quod,  
 Celbianum praeterlabens et iucundissimam offerens spectantibus admirabi-  
 litatem, in clarae ac nobilis Ephesi sinum aestuario effecto transit. Sed  
 iam veniamus ad publicarum rerum narrationem, ita ut veritatem plurimi  
 faciamus, quoniam praecipue illa convenit historiae. Perhibent enim di-  
 cendi periti, rhetoricae proprium esse dicendi facultatem, poeticae fabu-  
 lae, historiae veritatem. Igitur quaecunque tempore Constantini Imperato-  
 ris, filii Leonis, evenerunt, cui Porphyrogenneto cognomen fuit (quo na-  
 scente et moriente stellam crinitam in coelo visam esse ferunt, et nativita-  
 tem eius et discessum e vita praemonstrantem), praetermittenda existimo:  
 nam sunt satis copiose ab aliis exposita. At quae deinceps acciderunt,  
 quae partim ipse oculis meis vidi (siquidem oculi fide digniores quam au-  
 res, iuxta Herodotum), partim ab oculatis testibus diligenter exquisivi,  
 haec persequar scriptura.

2. Mense Novembri, indictionis tertiae, anno sexmillesimo quadria-

A. M. 6468 τῷ σωζέῃ ἔτει, τοῦ ῥηθέντος αὐτοκράτορος Κωνσταντίνου τὸν  
 Ind. 8 βίον μεταλλαχότος καὶ πρὸς τὴν ἐκείσε κατάπανσι ἀναλύσαντος,  
 πρὸς αὐτοκρατορίαν διέπειν ἀρχὴν Ῥωμανὸς ὁ ἐκεῖνου υἱὸς ἐγγειρι-  
 ζεται, ἥδη τὴν τῶν μειρακίων παραλλάττων ἡλικίαν καὶ πρὸς  
 ἄνδρα τὸν τέλειον μετασκευαζόμενος· ἀνὴρ τὰλλα μὲν ἐπιεικῆς, 5  
 ἐπρόσωπός τε καὶ εὐόμιλος καὶ τὴν ἄραν ἀριπρεπῆς, καὶ παν-  
 τοδαπῆς καλοκαγαθίας ἀνάπλεως, εὐμενῆς τε καὶ χρηστός πρὸς  
 ἅπαν τὸ ὑπήκοον, ἐπτοημένος δὲ νεωτερικαῖς ἡθυπαθείαις καὶ  
 Βῆπαιδιαῖς, τοὺς δὲ ἐρεθίζοντας πρὸς ταῦτα κατὰ τὴν βουσιλειον  
 ἐστίαν, ὡς οὐκ ἄφελεν, ἐπαγόμενος. τούτῳ τῷ αὐτοκράτορι 10  
 Ῥωμανῷ εἰς ἔννοιαν ἤκε, τὴν τῶν Ἀραβιτῶν Κρητῶν δυναστείαν,  
 τραχηλιῶσαν καὶ κατὰ Ῥωμαίων φονικὸν πνέουσαν, τῇ τοῦ κρεῖτ-  
 τονος ῥοπῇ ἐκποδῶν ποιήσασθαι. καὶ γὰρ τῷ ἔξ ὑπογυῖου τοῖς  
 Ῥωμαίοις συμβεβηκότι ἀτυχήματι ἀμέτρως γανορομένη, τὰ πα-  
 ράκτια τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἐληΐετο μάλιστα. ὅπως δὲ 15  
 τὸ πταῖσμα Ῥωμαίοις συμβέβηκεν, ἐπιτροχάδην ἐραῖ. Κων-  
 στατίνος ὁ αὐτοκράτωρ, μὴ στέγων τὴν τῶν Κρητῶν ἕβρον καὶ

1. Numeri annorum, qui a creatione mundi computantur, Cedreno duce in margine adscripti sunt, quamquam tē ab ipsius Leonis testimonio abscedendum erat. Sed manifesto eius ratio, sive ipsius sive librariorum culpa, mirum in modum conturbata est: nam tam parum ipse sibi constat, ut h. l. et pag. 29 C. v. 12 numerus ab eo notatus uno anno a recepto numero superetur, contra pag. 110 C. Leonis numerus numerum Cedreni uno anno excedat, quarto demique loco pag. 57 A. Leo cum Cedreno consentiat. Haec inconstantia eo magis miranda est, quod indictiones omnibus illis locis accurate et cum Cedreno convenienter a Leone indicatae sunt. Quo factum est, ut omnes res gestae, quae a Leone exponuntur, si indictionum numerum in eas et rerum ordinem persequaris, XVII annis contineantur; sin autem ab anno mundi 6467, quem h. l. commemorat, usque ad annum 6485, quem in fine libri X indicat, rationem ducas, XIX anni praeterfluxisse videantur. CLASS. 2. μεταλλαχότος cod.

gentesimo sexagesimo septimo, cum praedictus Imperator Constantinus relicta vita ad requiem se trans hominem contulisset, filius eius Romanus, qui ex puerili aetate egressus ad virilem iam transibat, principatus administrationem suscepit. Erat is caeteroqui bonus, honesta facie, sermone lepide, specie decorus, plenus omni probitate, erga subditum quemvis benignus ac suavis; sed item voluptatibus iuvenilibus ludisque nimium deditus. Quas ad res qui se sollicitabant, eos, contra atque oportebat, inducebat in palatium. Huic Imperatori Romano in mentem Arabum in Creta potentiam, superbientem illam caedesque adversus Romanos spirantem, cum Dei auxilio evertere. Quippe, clade paulo ante nobis illata in immensum inflati, peroram imperii maritimam populationes maximas faciebant. Quam calamitatem quemadmodum Romani ceperint, summatim dicam. Constantinus Imperator, cum Cretensium arrogantiam incursioneseque repentinas ferre non



τὰς λαθραίους ἐπιδρομὰς, στρατιὰν ἀξιόμαχον συνειλοχῶς καὶ A. C. 959  
 τριήρεις ξηφρούσας πυρφόρους μάλ᾽ ἀσχυρὰς, κατὰ τῆς Κρήτης I. Rom. 1  
 ἔπεμψεν, ὡς αὐτοβελί τὴν τῆσον αἰρήσων. ἀλλ' ἀνανδρῆ καὶ C  
 ἀπειρῆ τοῦ στρατηγού, τομίου θαλαμηπόλου τελοῦντος, καὶ ἀν-  
 5 δραίου σκατραφοῦς ἐν τῆς τῶν Παφλαγονίων ὠρημένον (Κων-  
 σταντίνος ὄνομα τούτω, Γαγγύλης ἐπικλήσις), εἰ καὶ τῶ τῶν Πατρι-  
 κίων ἀρετρειεὶ ἀξιωματι ἐσημνύετο, ἅπαντα ἢ λεχθεῖσα στρατιὰ,  
 πλὴν ὀλίγων ἀνδρῶν, κατεκέπη πρὸς τῶν βαρβάρων καὶ παρακώλετο.  
 γ'. Ταύτην τὴν ἤτταν ὁ αὐτοκράτωρ Ῥωμαῶς ἀνακάλεσα—A. M. 6468  
 10 σθαι προθυμούμενος, Νικηφόρον τὸν Φωκῆν, τοῖς μαγίστροις A. C. 960  
 ἰδιαπρέποντα καὶ τῶν τῆς Ἀνατολῆς στρατευμάτων κατάρχοντα I. Rom. 1  
 (Δομῶστικον τῶν σχολῶν Ῥωμαῖοι ἀρχὴν τὴν τοιαύτην ἐπιφημι- D  
 ζοσαν), ἄνδρα ῥέετην τε καὶ δραστήριον, ἀγαθὸν τε τὰ πολε-  
 μιὰ καὶ τὴν ἰσχὸν ἀνυπόστατον, αὐτοκράτορα στρατηγὸν τῆς  
 15 πρὸς τοὺς Κρήτας μίχης κεχειροτόνηκεν. οὗτος τοίνυν ὁ Νικη-  
 φόρος, τὴν τῆς Ἀσίας στρατιὰν τῷ βασιλικῷ συνειλοχῶς κελεύσματι Fel. 273 v.  
 καὶ ναυσὶν ἐμβιβάσας, καὶ ταχυπλοήσας, πυρφόρους τε τριήρεις  
 πλείστας ἐπαγόμενος (δρόμονας ταύτας Ῥωμαῖοι καλοῦσι), τῇ  
 Κρήτῃ προσώρμισεν. ἐπεὶ δὲ τῆς ἀποβάσεως ἐδόκει καιρὸς,  
 20 ὤδωξε πρακτικῶς, ἣν εἶχεν ἐμπειρίαν ἔργων πολεμικῶν. κλίμα— P. 4  
 κας γὰρ ἐπὶ τῶν πορθμείων ἐπιφερόμενος, ταύτας ἐπὶ τὴν ἡΐονα  
 προσοφαπλῶν, τὴν στρατιὰν ἐνοπλὸν τε καὶ ἔφιππον ἀπὸ τῆς  
 ἠγρᾶς ἐπὶ τὴν ξηρὰν μετεβίβαξε. τῷ δὲ καινῷ καὶ ἀλλοκότῳ

12. Ῥωμαίοις cod., ut sit quasi dativus absolutus ad participium ἐπιφημιζουσιν referendus.

posset, conducto optimo exercitu, triremibus igniferis instructis bene mul-  
 tis, expeditionem in Cretam suscepit, velut prima aggressionem insulam oc-  
 cupaturus. Atenim ignavia atque imperitia ducis, qui erat spado cubicu-  
 laris, homuncio umbraticola Paphlagonia ortus, Constantinus nomine,  
 Gangyles cognomento, tametsi amplissima Patriciorum dignitate gloria-  
 batur, omnis hic exercitus praeter paucos quosdam milites contrucidatus a  
 barbaris ac deletus est.

3. Quod detrimentum sarcire cupiens Romanus Imperator, Nicepho-  
 rum Phocam, inter magistros praefulgentem exercitibusque Orientalibus  
 praefectum (quam dignitatem Domesticatum scholarum Romani vocant),  
 virum strenuum ac navum, bello fortem, vi invicta, ducem gerendo bello  
 Cretico summo cum imperio creavit. Nicephorus, contractis Imperatoris  
 iussu Asiaticis copiis, illisdemque in naves impositis, celeri navigatione  
 usque cum magno igniferarum triremium numero (quas dromonas Romani  
 vocant), ad Cretam appulit. Ibi cum tempus videretur excendendi, quem  
 usum rei bellicae haberet, ipso facto ostendit. Nam scalas in navigiis  
 advexerat: quibus in littus explicatis equites armatos equisque insidentes  
 ex mari in continentem transduxit. Barbari, novo atque insolenti specta-

A. M. 6468 τοῦ δράματος καταπλεγόντες οἱ βάρβαροι κατὰ χάραν ἕμενον  
 Ind. 3 Ἰλαδὸν, ἀδιάσπαστον συντηροῦντες τὸν συνασπισμὸν, καὶ τὴν  
 τῶν Ῥωμαίων ὡς αὐτοὺς ἄφιξιν προσδεχόμενοι. ὁ δὲ τῶν Ῥω-  
 μαιῶν στρατηγὸς Νικηφόρος, τριχῆ τὴν φάλαγγα διατάξας, ἀσπί-  
 σι τε καὶ δόρασι ταύτην καταπυκνώσας, καὶ τὸ ἐνυάλιον παιωνί-5  
 σας, τὸ δὲ σταυρικὸν ἐγκυλευσάμενος προπορεύεσθαι τρόπαιον,  
 Βάντιμέτιπος τοῖς βαρβάροις ἐπήει. δεινῆς δὲ μάχης ἀναφράγι-  
 σης, καὶ δίκην χαλάξης τῶν βελῶν καταφερομένων, οὐκ ἕμελ-  
 λον ἐπὶ πολὺ διακαρτερεῖν οἱ βάρβαροι τὸν τῶν Ῥωμαίων δορα-  
 τισμὸν· ἀλλὰ τὰ νῦτα στρέψαντες καὶ τὴν φάλαγγα διαλύσαν- 10  
 τες, ὡς εἶχον δρόμον, πρὸς τὸ σφῶν ἀπήεσαν ἔρσημα. οἱ δὲ Ῥω-  
 μαῖοι ἐπεπόμενοι, ἀμύθητον τούτων φόνον εἰργάσαντο. τοιοῦ-  
 τον μὲν ἢ πρώτη προσβολὴ καὶ διαμάχη πέρασ αἴσιον τοῖς Ῥω-  
 μαίοις ἀπηνέγκατο. ἐπεὶ δὲ, ἥπερ μοι εἴρηται, τῷ σφετέρῳ τει-  
 χίσματι οἱ βάρβαροι συνεκλείσθησαν, τὰς δυνάμεις συγκαλέσας 15  
 Cὸ στρατηγὸς, χάρακα πρὸ τοῦ ἄστεος ἐπήξατο τῶν Κρητῶν· τὰς  
 δὲ γε τριήρεις καὶ τὰς λοιπὰς φορτίδας εἰς εὐλίμενον ἐπίκειον  
 ἀδρόας ἐλλυμενίζειν διεκελεύσατο, θαλασσοκρυτεῖν τε, καὶ εἴ που  
 βαρβαρικὸν ὄρῳεν πορθμείον ἐκπλουν ποιούμενον, τοῦτό τε ἐκ-  
 διώκειν, καὶ τῷ ὑγρῷ πυρὶ ἐκτεφροῦν. ταῦτα ἐς τὸ ἀκριβὲς 20  
 βουλευσάμενός τε καὶ συμπεράνας, σπειραν λογάδων ἀνδρῶν τῷ  
 στρατηγῷ Νικηφόρῳ, ᾧ τὸ ἐπίκλην Παστιλάς, ἐγγυαίξει, ὃς  
 γενναῖος ὢν πολλοὺς ἀνέτηλθε πολέμους· καὶ πλειστάκις μὲν ἦλω  
 πρὸς τῶν Ἀγαρηνῶν, τσαντύκις δὲ ἐκεῖθεν διέδρα· καὶ πολλὰς

1. ἔρον cod. 9. τῶν τῶν cod. Sed vide infra 82. C.

culo attoniti, caeteratim loco se continebant, indivulsos confertosque ordines servantem, Romanorumque ad se exspectantes adventum. Nostorum dux Nicephorus, tripartita scutisque et hastis condensata acie, bellicum conclamat, et, crucis tropaeo praecire iusso, infestis signis invadit barbaros. Acri commisso praelio, cum grandinis ritu tela caderent, diutius Romanorum phalangem hastis horrentem barbari sustinere non potuerunt, ac terga verterunt: solutis ordinibus quam maximo cursu ad suas munitiones contenderunt. Romani insecuti incredibilem eorum caedem edunt. Tam secundum Romanis exitum habuit primus eorum congressus atque conflictus. Barbari cum in muros, quemadmodum demonstravimus, compulsi essent, dux convocatis copiis pro Cretensium oppido castra munit: triremes reliquasque actuaris naves confertas in statione se tuta continere iubet, simulque mare obsidere, et si quam barbaram navem evectam viderent, eam persequi, et igne humido concremare. Quibus diligenter constituta ac perfectis, manum delectorum militum Nicephoro duci cognomento Pastilae tradit: qui, qua erat virtute, bellis quamplurimis defunctus, quoties a Saracenis captus erat, toties ex eorum manibus aufugerat; neque paucas

οὐδὲς ἐκ τῶν κατὰ πόλεμον χαλκοτυπιῶν ἐπὶ τοῦ προσώπου καὶ A. C. 960  
 τῶν στήθων προὐβάλλετο. τότε δὲ στρατηγὸς τῶν Θρακησίων<sup>1</sup> Rom. 1  
 τελῶν, τὴν σπέிரαν παρεληφώς, ἐπὶ καταδρομὴν καὶ κατασκο- D  
 πὴν τῆς γῆσου ἰστέλλετο, πολλὰ τοῦ Νικηφόρου Φωκῆ ἐπισκῆ-Fol. 274 r.  
 5 ψαντος, γρηγορεῖν τε καὶ νῆφειν, καὶ μὴ πρὸς ῥαστώνην καὶ τρυ-  
 φὴν ἀπιδεῖν, ὡς μὴ τι ἀνήκεστον πρὸς τῶν ἐναντιῶν αὐτοῖς κατ-  
 τοθῆ· καταδραμόντας δὲ τὸν χῶρον καὶ γενναῖον τι δεδρακότας,  
 ἐπὶ τὸ στρατόπεδον θῦττον παλινοστεῖν.

δ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀκραιφνῆ τὰγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις πέφυκε  
 10 παραμένειν αἰεὶ, ἀλλὰ τοῖς κακοῖς ἀναμείκται· καὶ παρέπεται  
 τοῖς μὲν εὐτυχήμασι συμφοραὶ, ἀντὶ δὲ ἡδοναῖς, μὴ ἔῴσαι κα-  
 θαρᾶς τῆς δεδομένης εὐετηρίας ἀπόνασθαι. ὅποιον δὲ καὶ τότε  
 Ῥωμαίοις συμβέβηκεν. ἐπεὶ γὰρ τῇ χώρᾳ προσέβυλον, καὶ τρυ-P. 5  
 φὴν παντοδαπὴν εἶδρον (εὐδαίμων γὰρ ἡ χώρα, καὶ ὠραίων καρ-  
 15 πῶν καὶ χυμῶν ἰδέαις ἐπιεικῶς περιβρίθουσα, εὐβοτός τε καὶ εὐ-  
 μηλος), δέον τὰς ἐπισκῆψεις τοῦ στρατηγοῦ, ὡς τὸ εἰκός, δια-  
 τηρεῖν, οἱ δὲ παρὰ φάυλον θέμενοι καὶ πολλὰ χαίρειν ταύταις  
 εἰπόντες, ἐπὶ ῥαστώνην ἀπέκλιναν καὶ τρυφὴν. τούτων οἱ βάρ-  
 βαροι, τοῖς ἐπικαιροτάτοις καὶ ἀμφιλαφεῖσι τῶν ὁρῶν ἔλλοχῶντες,  
 20 τὸ ἀκόλαστον τεθεαμένοι καὶ ἀφύλακτον, τῶν δρυμῶν καὶ χηρα-  
 μῶν ἐπεκδύντες καὶ ἐς φάλαγγα παραταξάμενοι καὶ συνασπίσαν-  
 τες, κατ' αὐτῶν ἐχώρουν. οἱ δὲ, καίπερ ἀκροσφαλεῖς τῇ μέθῃ B  
 τελοῦντες καὶ ἀπροχάλικες, ὅμως τοῖς βαρβάροις ἀντεπήσαν καὶ

2. Θρακησιῶν cod., sed vide notam. 5. τρυφῆν cod. 8. κά-  
 λιν νοστεῖν cod. 12. εὐητηρίας cod. 15. Vide infra, 86. B.  
 41. A.

circumferebat vulnerum bello acceptorum in facie et pectore notas. Tunc vero Thracensibus praefectus, accepta cohorte ad populandam explorandamque missus insulam est, multum obstante Nicephoro, ut attentus esset ac vigilaret, neque inertiae se ac mollitiei committeret, ne qua ipsius calamitas ab adversariis strueretur: concursarent potius regionem, et luculento aliquo effecto facinore ad castra quam primum revertentur.

4. Atenia non incolumia retinentur ab hominibus semper bona, verum admixta malis sunt: prosperam fortunam adversa, laetitiam luctus subsequitur, neque partis commodis pleno frui sinit. Quale tunc quoque Romanis usu venit. Nam cum, in regionem effusi, omnium rerum affluentes copias invenissent (ut est opima, frugibusque laetis succisque variis miro foeta, pascuis laeta et pecudifera insula), cum ducis praescripta diligenter servare debuissent, his neglectis omnino, postque missis, inertiae se dederunt et ignaviae. Quos insidiantes in opportunissimis latebrisque montium barbari cum animadvertissent, sine disciplina ulla agere, sine custodia, e silvis se latibulisque proferentes manu facta catervatim in eos concurrunt. Nostri, quamvis titubantes ebrietate ac temulentia, nihilominus obviam

A. N. 6468 ῥωμαλέως ἀντικαθίσταντο. ἄρτι δὲ τοῦ στρατηγοῦ Παστιλᾶ εὐ-  
 Ind. 3 ρώστως διαγωνιζομένου, καὶ τὴν τῶν βαρβάρων διακόπτοντος  
 φάλαγγα, ὁ ἵππος, εἰς ὃν ἐνωχέτο, βέλεσι καὶ δορατίοις τὰ  
 στέφρα τυπείς, ὀκλάσας διαπεφωνήκει. ὁ δὲ Παστιλᾶς εὐπειτῶς  
 τοῦ ἵππου ἀναθορῶν, μέχρι μὲν τινος τῷ φασγάνῳ τοὺς ἐπιόν- 5  
 τας ἠμύνητο, καὶ πολλὰ τῶν βαρβάρων φόνον εἰργάσατο. Ἐπεὶ  
 δὲ ἔξαιμός τε καὶ καταβελῆς ἐγεγόνει, λειποθυμήσας παρὰ τὸ με-  
 ταίχιμον ἔπεσε. τούτου πεσόντος εἰς φαγὴν οἱ Ῥωμαῖοι ἀπέκλι-  
 Cταν, καὶ πρὸς τῶν βαρβάρων δίκην βοσκημάτων ἐναπεσφάττον-  
 το, ὡς ἐκ τῆς εἰρημένης σπείρας ὀλιγοστοὺς ἀνασεσῶσθαι εἰς τὰ 10  
 στρατόπεδον. τοῦτο τὸ πάθος ὁ Νικηφόρος Φωκᾶς αἰσθόμενος  
 καὶ πολλὰ τῆς ἀβουλίας καὶ ῥαθυμίας τοὺς πεσόντας μεμφάμε-  
 νος, ἔτι τε τὸ παλιντροπον κατευλαβηθεὶς τῆς τύχης καὶ ἄστα-  
 τον, ἔγνω μηκέτι διαμέλλειν καὶ τὸν καιρὸν κατατρίβειν, κἀν-  
 τεῦθεν ἄδειαν ἐνέειναι τοῖς βαρβάροις, ἐνέδρας καὶ λόχους τίθε- 15  
 σθαι, καὶ εἰς φάλαγγα συστάδην ἀντικαθίστασθαι· ἀλλὰ παντὶ  
 σθένει καὶ πάσαις μηχαναῖς διανύτειν τὸν πόλεμον.

D εἰ. Οὕτω διαλύονται τούτῳ καὶ γνωματεύονται (ἦν γὰρ ἀγγλ-  
 νους τε καὶ δραστήριος, ἐννοῆσαι τε τὸ ξυνοῖσον καὶ εἰς πέρας  
 ἀγαγεῖν πάντων, ὣν ἴσμεν, ἐπηβολώτατος, σώφρων τε καὶ μὴ 20  
 εἰκὼν ἠδοναῖς· καὶ προσέτι δεινὸς τοὺς καιροὺς καὶ τὰ πράγμα-  
 τα εἰς δέον μεταχειρίσασθαι, τὴν μέντοι ἰσχὺν καὶ ῥώμην ἀκατα-  
 γώνιστος· λέγεται γὰρ πρωταγωνιστοῦ τινος τῶν ἀλκιμοτάτων

Fol. 274 v. βαρβάρων ἀντικαταστάντος αὐτῷ ποτε, τὸ δόρυ κατὰ τῶν στέφ-  
 18. Fort. δὴ ἀλύονται.

contra barbaros veniunt, acriter resistunt. At Pastilae duci fortiter pu-  
 guanti, dum barbarorum ordines perrumpit, equus, quo vehebatur, sa-  
 gittis et hastis in pectus percussus, corruens confoditur. Emicat con-  
 festim de equo Pastilas: irruentes gladio aliquantum propellit, magna  
 barbarorum caede facta. Ad extremum exsanguis, telis confixus, exani-  
 matus inter infesta signa concidit. Quo oppresso in fugam se Romani  
 conferunt, et pecudum ritu a barbaris contrucidantur: ut admodum pauci  
 ex praedicta manu incolumes in castra pervenirent. Qua clade cognita,  
 Nicephorus Phocas, temeritatem desidiamque caesorum valde vituperans,  
 fortunaequae mutabilitatem atque inconstantiam veritus, constituit non am-  
 plius cunctari tempusque terere, unde fiduciam inderet barbaris, cum la-  
 trocinia insidiasque faciendi, tum etiam praelio signisque collatis dimican-  
 di: omni vi omnique ratione tollendum esse hoc bellum.

5. Dum ad has se versabat cogitationes, aliud atque aliud subiciente  
 animo (ut erat ingeniosus, strenuus, et in consiliis salutiferis cum inveni-  
 endis tum exequendis omnium, quos novimus, felicissimus; moderatus,  
 minime cedens voluptatibus; admirabilis insuper in temporum rerumque re-  
 cto usu, vi autem ac robore invictus: nam dicitur, cum propugnator ali-  
 quis ex fortissimis barbaris contra illum veniret, in pectus eius lanceam

των τὸν Νικηφόρον ἰθύναντα καὶ ἀμφοτέροις ἀσόμενον, ὅπως A. C. 960  
γενέσθαι σφοδρὰν τὴν ἀντίρρρισην, ὡς καὶ διαμπερές τὸ δόρυ διε- I. Rom. 1  
θεῖν, καὶ ἀμφω διατεμεῖν τὰ μέση τοῦ θύρακος), ἔννοια γούν P. 6  
ἐπῆλθεν αὐτῷ, κύκλῳ τὸ ἄστν περιελθεῖν καὶ ἐς τὸ ἀκρεβές τοῦ-  
5 το κατασκοπῆσαι, ἵνα ὅποι παρείκοι προσαγάγη τὸν πάλμιον.  
περιελθὼν οὖν καὶ τὴν ἄλλως δυσέμβολον περυνκὸς ἰδὼν καὶ δυσ-  
πρόσοδον· ἐκ τοῦ θάτερον μὲν γὰρ πλευροῦ τὴν θάλατταν εἶχε  
φρουρὰν ἀσφαλῆ, κατὰ θάτερον δὲ ἐπ' ἀγχωμάλου καὶ ἰσοπέδου  
λίθου ἠρήριστο, ἐφ' ἣ τὰ γείσα τεθεμελιώτο, τὸ τε δόμημα  
10 καινόν τι προῦβύλλετο καὶ ἀλλόκοτον· ἐκ χοδὸς γὰρ καὶ τριχῶν  
αἰγῶν καὶ ὑέλων συντεθειμένων καὶ ἐπικεικῶς συμπεπιλημένων  
ῥαδομήμητο· εὐρὸς τε τοσοῦτον ἔφερεν, ὅσον ἀμάξας δύο εἰπετῶς  
ἔχειν κατὰ τῶν ἐπάλξεων ἐναλλάξ διοδεύειν περιδρομον, ἐς ὕψος B  
τε ἀποχρώντως ἦτο· καὶ προσέτι ταφρεῖαι δύο ἐς εὐρος ὅτι μᾶ-  
15 λιστα καὶ βύθος ἰκνούμεναι περίξ αὐτοῦ ὠρωρόχατο. τοῦτο ἐχυ-  
ρὸν, ἥπερ εἶρηται, καὶ δυσύλωτον ἀτεχνῶς καταμαθῶν, τοιαῦ-  
τόν τι ἀπτεχνῶζεται. ἀπὸ τῆς πρὸς νότον τετραμμένης ῥηγγί-  
νος ἀρξάμενος οἰκοδομεῖν μέχρι τῆς ἐπὶ θάτερα ἠϊόνος, τὸ δῆκον  
τῆς χέρσου ἐρκῶ διατειχίζει, καὶ πρὸς πόντον τὸ τῶν Κρητῶν  
20 ἄστν καθεργγνυσιν, ὡς μὴ ἔχοιεν εὔπετῶς τῇ χέρσῳ προσεπιβαλ-  
νειν οἱ βύρβαροι, ὅτε καὶ βούλοιντο, ἐπ' αὐτῷ δὲ κεῖσθαι, πο-  
λεμητῆα εἶναι, καὶ μὴ, ὅποτε καὶ τοῦτο δοκεῖ. τὸ τοιοῦτον δὴ C

2. καὶ ὡς cod. 8. ἰσοπεδοῦς cod., hoc est ἰσοπεδοῦς. 19. Κρη-  
τῶν secunda manu ad oram suppletum est.

direxisset Nicephorum; cuius ambabus manibus adactae tam vehementem  
fuisse ictum, ut, per corpus transiecta, utramque partem thoracis per-  
foraret), cogitatio, inquam, eum subit, circumire oppidum ac perspicere  
diligenter, ut qua daretur locus admoveret bellum. Circuitione facta cum  
omnino captu adituque difficile videret: quod ex altera parte pro firmo  
munimento mare habebat, ex altera erat aequali superne ac planae pe-  
trae impositum, qua moenia nitebantur: simul quod novum quoddam et  
inasitatum genus munitionum praetendebat: aggere enim pilisque capri-  
nis ac quillis, mixtis inter sese et probe confertis, instructae erant: la-  
titudinem amplectebantur tantam, ut currus duo per crepidinem sine  
molestia circum commeare possent: altitudo idoneo spatio eminebat: in-  
super fossae duae in latitudinem quam maximam altitudinemque cavatae cir-  
cumductae erant. Oppidum ubi intellexit munitum, quemadmodum demon-  
stravimus, et captu difficile prorsus esse, hanc technam contra commentus  
est. Initio muniendi a littore, quod ad meridiem spectat, facto, usque ad  
alterum litus, spatium, qua mare intermittit, vallo firmat, ad pontumque  
seponit oppidum Cretensium, ut iam non amplius sine periculo barbari in  
terram, quando cuperent, exire possent, e seque penderet praelium com-  
mittere, nec ne, si quando hoc quoque expedire videretur. Ita vallo ce-

A. M. 6468 *τειχίον θῦττον συμπεράνας ὁ Νικηφόρος, ἐφ' ἕτερον ἠπείλετο*  
 Lud. 8 *τρόπαιον, ὅπερ ὁ λόγος αὐτίκα δηλώσει. παρὰ τὴν στρατήγιον*  
*σκηπὴν τοὺς ἐν τέλει συγκαλεσάμενος, καὶ γεωνοτέρᾳ χρῆσάμε-*  
*ρος τῇ φωνῇ, ἔλεξε τοιάδε·*

ς. „Τὸ μὲν ὠμὸν καὶ θηριῶδες τῶν τῆς παιδίσκης ἐκγόνων, 5  
 τῆν τε τούτων καταδρομὴν καὶ τὸν ἀνδραποδισμόν, ὅσα φονιω-  
 δῶς Ῥωμαίοις ἐργάσαντο (καὶ ταῦτα νῆσον παροικοῦντες τὴν ὑπ'  
 D αὐτοῖς τεταγμένην, εἰ καὶ μοχθηρὰ τύχης παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς  
 ἐγρόναι), οἶομαι μηδένα λήσειν ὑμῶν. ἢ γὰρ οὐκ ἀνοίχτος  
 μὲν ἢ παράλιος πᾶσα σχεδὸν ἐκ τῆς τούτων ἀπαγωγῆς; οὐκ ἔρη- 10  
 μοι δὲ τῶν νήσων αἱ πλείους τῇ τούτων καταδρομῇ; δι' ἃ οὐκ  
 ἤνεσχετο πάντως ἢ πρόνοια μέχρι καὶ τοῦ παντός, τοὺς ψεύστας,  
 τὰ θηρία τὰ κάκιστα, τὰς ἄργὰς γαστέρας, καταθοινεῖσθαι λαὸν  
 τὸν Χριστιάνουμον· ἀλλὰ τῇ τοῦ κρατοῦντος ῥοπῇ ἡμᾶς ἐνταῦθα  
 διεπεραιώσατο, ἐπταπλασίως αὐτοῖς ἀποδοῦναι τὸ ἀνταπόδομα, 15  
 ὃ ἀνηλεῶς ἡμῖν ἀνταπέδωκαν. τεκμήριον δὲ τῶν λεγομένων ἢ  
 προβῶσα νίκη. ἔρτι γὰρ διαπόντιοι σχεδὸν τελούντες, καὶ μηδὲ

P. 7 *τὴν ἐκ θαλάττης ναυτίαν ὀλοσχερῶς ἀποκτύσαντες, ἕμα τῷ ἐπι-*  
 Fol. 275 *ρ. βῆναι τῆς νήσου τῇ τοῦ κρείττονος ἀρωγῇ μαχαίρας ἔργον πλεί-*  
*στους τῶν βαρβάρων ἐθίμεθα· τοὺς δὲ περιλειφθέντας αὐτῶν 20*  
*ἀπονητὶ τῷ ὅσπερ περιεκλείσαμεν. ἐκλιπαρῶ οὖν, συστρατιώται,*  
*μὴ πρὸς ῥαστώνῃ ὑμᾶς ἀπιδεῖν καὶ τρυφήν· ἔξ ὑπογυίου γὰρ*  
*ἡμῖν τοῦ πτώματος τὸ παράδειγμα. εἰ γὰρ τὰς ἐμὰς ἐπισκήψεις*  
*οὖν τῷ Παστιλᾷ Νικηφόρῳ οἱ προκατασκοπεῖν σταλέντες τῆς χῶ-*

2. Fort. Παρά τε. 11. πλείαις cod. 13. καταθοινεῖσθαι. Sic cod.

litter perfectæ, Nicephorus ad alteram contendit victoriam, quam evestigio oratio declarabit. Prius vero, convocatis in praetorium praefectis, clariore voce usus, dicere sic est exorsus:

6. „Et crudum ferumque ingenium filiorum ancillae, et incursiones rapinaeque quibus vexaverunt Romanos (idque iniqui in insula a se occupata, tametsi ea propter iniquitatem fortunae ad Saracenos venerit), neminem vestrum ignorare puto. Quid? nonne ora maritima prope tota ob eorum raptus inhabitabilis? nonne insularum pleraeque incursionibus eorum desertae? Quare providentia non tulit, mendaces istos, belluas importunissimas, ventres inertes, perpetuo depasci populum a Christo nuncupatum; sed numinis auxilio nos huc traiecit, septifariam illis persoluturos retributionem eorum quae sine commiseratione ulla in nos commiserunt. Testis eorum quae dico est recens parta victoria. Etenim vixdum e mari emergentes, ne nausea quidem ex navigatione penitus excussa, simul atque insulam ingressi sumus, divini numinis auxilio barbarorum quamplurimos contrucidavimus: qui supererant parvo negotio in oppidum conclusimus. Quae cum ita sint, commilitones, obtestor, ne ad inertiam et molliem inclinatis: ex recenti calamitate nobis adest exemplum. Quod si missi cum Nicephoro Pastila ad explorandam regionem excursores mandata peracti

ρας ἐφύλαξαν, καὶ μὴ ἐς τρυφήν καὶ τὴν ἄλλην ἀπέκλεισαν ἡδο- A. C. 960.  
 τήν, οὐκ ἂν τοιαύτη πανολεθρία ἀπόλωντο. τῶν δέ, τούτων I. Rom. 1  
 ἀλογήσαντες, τῆς σφῶν ἀβελτηρίας ἠνέγκαντο ἐπιχειρεῖν. δὲ οὖν  
 τὸ τῶν ἐταίρων πτώμα εὐλαβηθέντας τήφειν τε καὶ προσέχειν, B  
 5 καὶ ὅλη σπουδῇ καὶ ῥώμῃ ξεφρονῆσαι καὶ ἀνιχνεύσαι τὰ ἔλλοχῶν-  
 τα τῆδε βάρβαρα θηρία, καὶ τῶν χηραμῶν καὶ φωλεῶν ξερού-  
 σαντας ἀπωλεία παραπέμψασθαι. μὴ οὖν νωθεῖα καὶ μέθη προῖ-  
 στάμεθα τὸν καιρὸν, ἀλλὰ Ῥωμαῖοι τελοῦντες τὸ νεανικὸν καὶ  
 γενναῖον τῆς ἡμῶν εὐγενείας παράστημα ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐπιδειξό-  
 10 μεθα.”

ζ. Εἶπεν ὁ στρατηγὸς, καὶ δῆτα τὸ στρατεύμα ἀνευθάρησέ  
 τε, καὶ ἐπεκρότησε, καὶ τῶν κουλεῶν τὰ ξίφη σπασάμενον, ἀν-  
 θόρμητον ἦν ἐπεσθαι τούτῳ, καὶ πειθαρχεῖν, ὅποι καὶ βούλοιο. C  
 ὁ δὲ ἀτρεμεῖν τέως καὶ ἡρεμεῖν διεκέλευεν, ἕως ἂν αὐτὸς ἐπισκή-  
 15 ψῃ ἔργον ἔχουσαι, ὀπηνίκα καὶ δεῖ. ἄρτι δὲ τῶν νυκτῶν ἄωρι  
 τὸ νεανικὸν καὶ ἀκμαῖον διακριδὸν τοῦ στρατοῦ προσεταιρισάμε-  
 νος, ἡσυχῇ ὑπέβηε τοῦ χάρακος, ὡς μὴ αἰσθοντο τὴν τούτων  
 οἱ βάρβαροι ἄπαρσι, καὶ δεινὸν τι τῇ καταλυφθίῳ στραταῖ  
 σκαιορήσοιτο. ἔξελθὼν δὲ τοῦ χάρακος, καὶ μέρος τῆς χώρας  
 20 καταδραμῶν, ἐπεὶ πρὸς τῶν ἐζωγρημένων ἀνέμαθεν, ἐπὶ τι γαῶ-  
 λοφον στρατιῶν βαρβάρων ὡσεὶ μυριάδων τεττάρων ἀθροῖσθαι,  
 ὡς ἂν ἐξ ἐφόδου ἀπροόπτως τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέλθῃ, καὶ τῆς τε D

1. ἀπέκλεισαν. Ita cod. Lege ἀπέκλιαν, ut supra 5. A. et infra 77. D.  
 ἐς ἄφαστήν καὶ πότους, κατὰ τὸ εἶκος, ἀποκλίνατος. 3. ἀμεί-  
 τηρίας cod. 7. προϊστάμεθα. Sic cod. sicut postea ἐπιδειξόμεθα.  
 12. ἀφθόρμητον cod., ut paulo post τοῦτο et βούλοιοτο.

essent mea, neque delectationi dedissent sese voluptatibusque omnibus, num-  
 quam fuissent tam funditus deleti. Verum ii quidem, praeceptis meis post-  
 positis, imprudentiae suae poenas pependerunt. Oportet igitur vos, com-  
 militonum casum reformidantes, vigilare atque attendere, omnique dili-  
 gentia ac vi indagare et investigare istae latitantes belluas barbaras, ut  
 ex cavernis latebrisque protractas ad interitum eas redigamus. Postremo,  
 ne in segnitie et vinolentia teramus tempus, sed Romani simus, et fortem  
 acobilem animum stirpis nostrae in certaminibus ostendamus.”

7. Hac habita oratione a duce, exercitus erecto animo plausum dedit,  
 gladiisque e vagina eductis ad sequendum quo vellet imperataque facienda  
 promptissimus est factus. Tametsi ille tunc quidem monuit, sustinerent se  
 tantisper atque quiescerent, donec ipse tempore idoneo iuberet ad rem ge-  
 rendam accedere. Intempesta autem nocte cum fortissimo atque expeditis-  
 simo quoque, selecto et cohortibus, castris egreditur silentio, ne barbari,  
 discessu eius cognito, aliquid calamitatis relicto exercitui molirentur. Ipse  
 e castris profectus, cum partem regionis percurrisset, ex captivis compe-  
 rit, in loco quendam edito exercitum barbarorum colligi ad quadraginta mil-  
 lia, ut de improvise facto impetu Romanos adoriretur, hisque ex insula

- A. M. 6468 νήσον τούτους ἀπελάσῃ, καὶ τοὺς σφετέρους τῆς τοῦ ἄστειος ἀπαλά-  
 Ind. 3 λάζῃ καθέρξεις. τούτων ἀκηκοὺς ὁ στρατηγὸς καὶ τὸν ἐφετό-  
 μενον τῶν λογάδων στρατὸν πανηγύριον διαναπαύσας, πρὸς ἐσπέ-  
 ραν βαθεῖαν ἀπάρας καὶ ἡγεμόνας τῶν τόπων ἰθαγενεῖς ἀνδρας  
 ἀνεληφώς, ἐπεὶ καὶ τὸ σεληναῖον φῶς ὑπέλαμπε, πεπληρωμένης 5  
 τῆς μῆνης οὕσης, συντέλων ἐσπευδε, μηδὲν τάχους ἀνίσει· καὶ  
 δὴ κυκλόθεν τὸν γεώλοπον περιεστοίχισεν, ἵνα βαθὺν οἱ βάρ-  
 βαροι ὑπνον ἐκάιδον. κᾶπειτα τὰς σάλπιγγας ἐπηχῆσαι καὶ τὰ  
 τύμπανα παταγῆσαι ἐγκελουσάμενος, διὰ τοῦ γεωλόπου ἐχώρει.
- P. 8 οἱ δὲ βάρβαροι, τὸν ψόφον τῶν ὄπλων αἰσθόμενοι, ψιλοὶ καὶ 10  
 ἀπαράσκειοι ὄντες, καὶ τῷ ἀπροόπτῳ τῆς ἐφόδου καταπλαγέ-  
 τες, εἰς φρυγαδεῖαν ἀπέκλιναν. ἀλλ' οὐκ ἦν ἀπαλλάξαι, τῆς  
 ὑπωρείας ἀπίσης κατεχομένης τῇ Ῥωμαϊκῇ φάλαγγι. ἀκοντιτὶ οὖν  
 ἐν μικρῷ χρόνῳ ῥοπή τὸ τῶν τεττάρων κυριάδων τῶν βαρβάρων
- Fol. 275 ἤβηδὸν παραπίωλετο πλήθος, ἔργον γεγονὸς αἰχμῆς Ῥωμαϊκῆς. 15  
 ἀλλὰ τῷ τοιοῦτῳ καινῷ τροπαίῳ ἕτερον ὁ στρατηγὸς ἐξήρτυε τρό-  
 παιον. τοῦ γὰρ πεισόντος πλήθους τὰς κάρας ἐκτεμεῖν διωρίσα-  
 το, καὶ τεύτας ταῖς πήραις ἐνθέντας μετακομίσαι πρὸς τὸ στρα-  
 Βτόπεδον· μισθὸν δὲ τῷ κάραν κομίζοντι δίδοσθαι διεβεβαίουτο  
 ἀργύριον. τοῦτο τὸ δόγμα ἄσμενως δεξάμενος ὁ στρατὸς, καὶ 20  
 μάλιστα τὸ τῶν Ἀρμενίων στίφος, τὰ βαρβαρικὰ ἐναπέτεμε κάρ-  
 ρηνα καὶ ταῖς πήραις ἀπέθεντο. ἐννύχιόν τε ὁ στρατηγὸς ἀφί-  
 κητο κατὰ τὸ στρατόπεδον.

η'. Τῇ δ' ὑστεραία ἄρτι τοῦ φωσφόρου τὸν ὀρζοντα παρα-

2. τοῦτον cod. 6. Leg. ἀνιείρ. 9. τὰ σύμκαυ ἀπαταγῆσαι cod.  
 15. ἤβηδῶν cod. 19. διαβεβαιοῦσθω cod.

eiectis suos obsidione oppidi liberaret. Iis rebus cognitis, dux lectam man-  
 num, quam secum habebat, toto eo die quieti se dare iussit: ad multam  
 vesperam profectus, nactusque indigenas itinerum duces, cum ad haec si-  
 derea claritas a plena luna subluceret, citato itinere contendit, nihilque  
 de celeritate remisit, donec armis cinxisset tumulum, in quo barbari alto  
 somno tenebantur. Tum tabis inflari, tympanis pulsari iussit, montem  
 invadit. Audito armorum strepitu, barbari, nudi, imparati, insperato in-  
 cursa exterriti, fugae se commendant. Verum non erat evadendi facultas,  
 propterea quod montis radices a Romana acie tenebantur. Ita parvo tem-  
 poris momento barbarorum multitudo ad quadraginta millia funditus deleta  
 est, telisque Romanorum contrucidata. Quo novo tropaeo alterum tropaeum  
 dux adornavit. Multitudini caesorum capita praecidi iussit, saccis-  
 que condita in castra deportari, affirmans unicuique, caput sibi afferenti,  
 mercedis loco se numeraturum nummum argenteum. Id edictum cum reliquis  
 exercitus, tum maximo cohortes Armeniae studiose receperunt, hostiumque  
 amputata capita in saccos indiderunt. Dux de nocte in castra rediit.

8. Postridie huius diei, cum ab ora coeli erectus lucifer ad poli for-



μέθοντος καὶ πρὸς τὴν τοῦ πόλεως μεταβαίνοντος ἄντυγα, ἐπὶ A. C. 960  
 τῶν δοράτων περιπέρειν τὰς τῶν βαρβάρων κάρας προσέταττεν, L. Rom. 1  
 ἐπιστιχῶς τε παρὰ τὸ τεῖχος, ὃ αὐτὸς ἰδέματο, καταπηγνύειν  
 αὐτὰ· τὰς δὲ καὶ διὰ τῶν πετροβόλων ὀργάνων ἐπὶ τῷ ἔσπετι ἐκ-  
 5 σφενδονῆν. τοὺς δὲ Κρήτας, τὴν ἐπιστιχὸν τῶν δοράτων τάξιν C  
 καὶ τὰς ἐπ' αὐτῶν ἐμπεταρμένους κάρας ἀθρήσαντας, τὰς δὲ κα-  
 τὰ τὸ ἔσπευ ἐσφενδονωμένας καὶ ταῖς ἐπάλλεσι προσαρασσομένας  
 τοῦ ἔσπετος, καὶ ταύτας τῶν ἠμοειδῶν καὶ συγγενῶν εἶναι ἀκρι-  
 βῶς ἐπιφρασμένους, φρίκη μὲν ἐκ τοῦ εὐθέως καὶ ἀλλοίωσις ἦρει  
 10 φρενῶν, καὶ παρὰ τὴν οἰκτρὰν καὶ ἀπροσδόκητον ἔθιν ἐπεπή-  
 γισαν. ἐντεῦθεν ἀνδρῶν οἰμωγαί, καὶ κωκυτὸς τῶν γυναικῶν  
 ἤκούετο, καὶ σχῆμα τὸ ἔσπευ κατεῖχεν αἰώσεως, ὀλοφυρομένων  
 ἐκπύτων καὶ ἀποκλαιόμενων τὰ φίλατα. ἀλλὰ καὶ ὡς οὐκ ἔμελλ-  
 15 εῖν αὐτοῖς Ῥωμαίοις εἶξαι καὶ σπείσασθαι· τῷ ἔρμηνῳ δὲ πύσνοι  
permanens, metuo ne magnum mihi malum conciliet. Hos igitur omitte, precationemque a patre incipiens, multisque refertum nominibus carmen ad finem superaddena. (XXVIII.) Sed quid istuc? Non iste Cleolaus est, qui magnis, adeo citatisque gressibus huc descendit? Inclamabimusne hominem, Critia? CRIT. Omnino. TRIEPH. Cleolaë, ne praetercurras pedibus nos, praetereasne: accede, salve, si quid apportas novi. CLEOL. Vos vero salveteambo, nobile amicorum par. TRIEPH. Qusenam est ista tua festinatio, multum enim anhelas! Ecquid forte novi factum est?

CLEOL. Cecidit supercilium celebre Persicum:

Cadetque Susa mox, urbs inclyta:

Arabumque tellas tota mox cadet

Valida manu victoris atque robore.

(XXIX.) CRIT. Hoc est illud,

Nunquam bonos piosque negligit Deus,

Sed auget, ornat, in bonisque collocat.

Nos vero, Triepho, in optima incidimus tempora. Angebar enim, quid cum moriendum esset, liberis meis testamento relinquerem (nostri enim mendicitatem meam, ut ego tua). Iam vero hoc satis est liberis, vita Imperatoris: ita enim nec divitiæ nobis deerunt, neque gens ulla ad terrorem nobis incutiendum valebit. TRIEPH. Et ego, Critia, haec relinquo liberis, ut

δλλομένην, Αἴγυπτον δουλομένην, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δού-  
 λειον ἡμῶν ἄγοντα, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένης, εἴτ'  
 οὖν καὶ ἀνακοπτομένης. ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐρευ-  
 P. 618 ρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες  
 τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς καταξιωθέντες τοιοῦτου κράτους ὑπὲρ  
 κοιοι γενέσθαι· τοὺς δὲ λοιποὺς ληρεῖν ἐάσωμεν, ἀρκισθέντες  
 ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν τὸ, Οὐ φροντὶς Ἴπποκλείδῃ, κατὰ τὴν πα-  
 ρομίαν.

2. εἴτ' ] Sic vett. εἴθ' Salm. et Amst. εἴ τ' Flor.

videant Babylona perditam, Aegyptum sub iugum redactam, Persarum gna-  
 tos servili pondere pressos, excursiones Scytharum repressas, utinam  
 omnino praecisas. Nos vero ignotum qui est Athenis Deum a nobis inven-  
 tum adorantes, manibus in caelum sublati eidem gratias agemus cum tam  
 excellenti potestati ut subiecti essemus, digni sumus ab ipso habiti. Re-  
 liquos autem nugari sinamus, satisque habeamus illud de his dicere, quod  
 est in proverbio: non est curae Hippocliidi.



---

LUITPRANDI LEGATIO  
AD  
NICEPHORUM PHOCAM  
IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM  
PRO OTTONIBUS AUGUSTIS  
ET ADELHEIDA.\*

---

Ottones Romanorum invictissimos Imperatores Augustos, glo- P. 479  
riosissimamque Adelheidem Imperatricem Augustam, Luitpran- Col. 1.  
dus Sanctae Cremonensis Ecclesiae Episcopus semper valere, pro-  
sperari, triumphare, anhelat, desiderat, optat. Quid causae  
fuerit, quod prius literas sive nuncium meum non susceperitis,  
ratio subsequens declarabit. Pridie nonas Iunii Constantinopo-  
lim venimus, et ad contumeliam vestram turpiter suscepti, gra-  
viter, turpiterque sumus tractati; palatio quidem satis magno,  
et aperto, quod nec frigus arceret, sicut nec calorem repelleret,  
inclusi sumus: armati milites appositi sunt custodes, qui meis  
omnibus exitium <sup>1)</sup>, caeteris prohiberent ingressum. Domus **B**  
ipsa solis nobis inclusis pervia a palatio adeo sequestrata, ut eo  
nobis non equitantibus, sed ambulantibus anhelitus truncaretur.  
Accessit ad calamitatem nostram, quod Graecorum vinum ob  
picipis taeae gypsi commixtionem nobis impotabile fuit. Domus  
ipsa erat inaquosa, nec sitim saltem aqua extinguere quivimus,  
quam data pecunia emeremus. Huic magno vae, vae aliud ap-  
positum est, homo Sciliorum <sup>2)</sup> custos, qui quotidianos sumptus  
praerberet; cui similem ai requiras, non terra, sed infernus for-

\* Luitprandi Legationem edidimus ex Muratorii Script. Rer. Ital. Tom. II.,  
sed aliquanto emendatiorem, adhibita huius libelli editione principe,  
quae Henrici Canisii cura Ingolstadii 1600. 4. prodiit. Numeri mar-  
ginibus appositi indicant paginas editionis Muratorii. 1) Fort. esi-  
tum. Muratorius. 2) Alias Sciliorum. Canisius.

san dabit: is enim quidquid calamitatis, quidquid rapinae, quidquid dispendii, quidquid luctus, quidquid miseriae excogitare Cpotuit, quasi torrens inundans, in nos effudit. Nec in centum viginti diebus una saltem praeteriit, quae non gemitus nobis praeberet, et luctus. Fridge nonas Iunii, ut superius scripaimus, Constantinopolim ante portam Caream <sup>3)</sup> venimus, et usque ad undecimam horam cum equis, non modica pluvia, expectavimus. Undecima vero hora non ratus Nicephorus nos dignos esse, tam ornatos vestra misericordia equitare, venire iussit, et usque in praefatam domum marmoream, invisam, inaquosam, patulam sumus deducti. Octavo autem, id est <sup>4)</sup> Sabbato primo dierum Pentecostes ante fratris eius Leonis Coroplai <sup>5)</sup>, et Logothetae praesentiam sum deductus, ubi de Imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati. Ipse enim vos, non *Imperatorem*, id est βασιλέα sua lingua, sed ob indignationem ξήγα, id est *Regem* nostra vocabat. Cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum; me, ait, non pacis, sed contentionis causa venisse, sicque iratus surgens, vestras literas, vere indignans, non per se, sed per interpretem suscepit, homo ipse ad personam satis procerus, falso Col. 2. humilis: cui si innisus homo fuerit, manum eius perforabit. Septimo autem id est <sup>6)</sup> ipso videlicet Sancto die Pentecostes in domo, quae dicitur Στεφάνα, id est *Coronaria* ante Nicèphorum sum deductus, hominem satis monstruosum, pygmaeum, capite pinguem, atque oculorum parvitate talpinum, barba curta, lata, spissa, et semicana foedatum, cervice digitali turpatum, prolixitate, et densitate comarum satis Iopam <sup>7)</sup>, colore Aethiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem: ventre extensum, natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam brevem longissimum, cruribus parvum, calcaneis, pedibusque aequalem, villino <sup>8)</sup>, sed nimis veterioso, vel diuturnitate ipsa foetido, et pallido ornamento indutum, Sicyoniis calceamentis calceatum, lingua procacem, ingenio vulpem, periurio, seu mendacio Ulysses. Semper mihi domini mei Imperatores Augusti, formosi quanto hinc formosiores visi estis? semper ornati, quanto hinc ornatiores? sem-

3) Fort. Auream. Can. 4) Fort. Idus. Mur. 5) Cypopalatae. Mur. 6) Idus. Mur. 7) Alias hirtum. Can. 8) Alias byssino. Can.

per potentes, quanto hinc potentiores, semper mites, quanto hinc mitiores? semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? sedebant ad sinistram, non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli Imperatores, eius quondam domini, nunc subiecti, cuius narrationis initium hoc fuit: Debueramus, immo volueramus te benigne, magnificeque suscipere, sed domini tui impietas non permittit, qui tam inimica invasione Romam sibi vindicavit, Berengario, et Adelberto contra ius fasque vitam abstulit, Romanorum alios gladio, alios suspendio interemit, oculis alios privavit, exilio alios relegavit, et Imperii nostri insuper civitates homicidio, aut incendio sibi subdere tentavit: et quia affectus eius pravus effectum habere non potuit, nunc te malitiae huius suggestorem atque impulsorem, simulata pace, quasi ἀσχοπον<sup>9)</sup>, id est exploratorem ad nos direxit. Cui inquam ego: Romanam civitatem Dominus meus non vi, aut tyrannice invasit, sed a tyranni, immo tyraunorum iugo liberavit. Nonne effoeminati dominabantur eius? et quod gravius, sive turpius, nonne meretrices? Dormiebat, ut puto, tunc potestas tua, immo decessorum tuorum, qui nomine solo, non autem re ipsa Imperatores Romanorum vocantur. Si potentes, si Imperatores Romanorum erant, cur Romam in meretricum potestate sinebant? Nonne Sanctissimorum Papatum alii sunt relegati, alii a te afflicti, ut neque quotidianos sumptus, nec eleemosynam habere quirent? nonne Adelbertus contumeliosas literas Romano, et Constantino decessoribus tuis Imperatoribus, misit: nonne Sanctissimorum Apostolorum Ecclesias rapinis expoliavit: quis ex vobis Imperatoribus zelo Dei ductus tam indignum facinus vindicare, et Sanctam Ecclesiam in statum proprium reformare curavit? neglexistis vos, non neglexit Dominus meus, qui a finibus terrae surgens, Romamque veniens impios abstulit, et Sanctorum Apostolorum Vicariis potestatem et honorem omnem contradidit. Postmodum vero insurgentes contra se, et Dominum Apostolicum, quasi iurisiurandi violatores sacrilegos, Dominorum suorum Apostolicorum tortores, raptores, secundum decreta Imperatorum Romanorum Iustiniani, Valentiniani, Theodosii, et caeterorum cecidit, iugulavit, suspendit, et exilio relegavit: quae si non faceret, impius, iniustus, crudelis, tyrannus

P. 480  
Col. 1.

9) Fort. κατάσκοπος. Сас.

esset. Palam est, quod Berengarius, et Adelbertus sui milites effecti, Regnum Italicum sceptro aureo ex eius manu suscepunt, et praesentibus servis tuis, qui nunc usque supersunt, et hac in civitate degunt, iureiurando fidem promiserunt. Et quia, suggerente Diabolo, hanc perfide violarunt, iuste illos quasi desertores, sibi que rebelles, Regno privavit: quod ita subditis tibi et postmodum rebellibus faceres. Sed non, ait, Adelberti hoc profitetur miles. Cui inquam: si secus dixerit, meorum aliquis militum, si iubes, cras ita rem esse duello declarabit. Esto, Cinqvit, fecerit haec, ut ais, iuste. Nunc cur Imperii nostri terminos <sup>10)</sup> bello incendioque aggressus sit, expedi. Amici eramus societatemque indissolubilem, nuptiis interpositis, facere cogitabamus. Terram inquam, quam Imperii tui esse narras, gens, incola, et lingua, Italici Regni esse declarat. Tenueruntque illam potestative Longobardi; quam et Ludovicus Longobardorum, seu Francorum Imperator, de manu Saracenorum, multitudine prostrata, liberavit. Sed et Landolphus Beneventanorum, et Capuanorum Princeps septennio potestative eam sibi subingavit. Nec a servitutis eius, seu successorum suorum iugo, D usque ad praesens exiret, si non immensa data pecunia, Romanus Imperator nostri Regis Hugonis amicitiam emeret. Et haec causa fuit, quod nepoti suo, et aequivoco Regis nostri, eiusdem Hugonis spuriam coniugio copulavit. Et ut considero, Domino meo non gratiam, sed impotentiam adscribis, quod post Italiae, seu Romae acquisitionem, tot annis eam tibi dimiserit. Societatem vero amicitiae, quam te parentela voluisse facere dicis, fraudem nos dolumque tenemus: pausanas <sup>11)</sup> exigis, quas nec te exigere neque nos concedere ratio ipsa compellit. Verum ut fallacia exculpatur, veritas non reticeatur, misit me Dominus meus ad te, ut, si filiam Romani Imperatoris, et Theophanae <sup>12)</sup> Imperatricis, Domino meo, filio suo Ottoni Imperatori Augusto in Econiugium tradere volueris, iuramento mihi affirmes, et ego pro gratiarum recompensatione haec, et haec Dominum meum tibi facturum et observaturum, iureiurando affirmabo. <sup>13)</sup> Sed et optimam <sup>14)</sup> amicitiae arabonam fraternitati tuae nunc Domi-

10) *Alias terram. Can.* 11) *Al. inducias. Can.* 12) *Alii vocant Theophaniam. Can.* 13) *Hic deest aliquid. Can.* 14) *Al. optimum arrabonem. Mur.*

nus meus contulit, cum Apuliam omnem potestati subditam, non meo interventu, cuius hoc suggestione malum factum esse dicis. Cuius rei tot sunt testes, quot sunt totius Apuliae habi- Col. 2  
tatores. Secunda, inquit Nicephorus, hora iam transiit: *προέλευσις*, id est processio nobis est celebranda. Quod nunc instat, agamus. Contra haec, cum opportunum fuerit, respondimus. Non pigeat me *προέλευσιν* ipsam describere, et dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copiosa, ignobiliumque personarum, ea solemnitatem, collecta, ad susceptionem, et laudem Nicephori, a palatio usque ad Sanctam Sophiam, quasi pro muris viae margines tenuit, clypeolis tenuibus satis, et spiculis vilibus dedecorata. Accessit et ad dedecoris huius augmentum, quod vulgi ipsius potior pars, ad laudem ipsius, nudis processerat pedibus. Credo sic eos putasse sanctam ipsam potius exornare *προέλευσιν*. Sed et Optimates sui, qui cum ipso per plebeiam, et discalceatam multitudinem ipsam transierunt, magnis et nimia vetustate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veste induti procederent. Nullus est, cuius atavus hanc novam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, nisi ipse solus Nicephorus, quem Imperialia ornamenta ad maiorum personas sumpta, et composita, foediorum reddiderant. Per salutem vestram, quae mihi mea charior extat, una vestrorum pretiosa vestis procerum, centum horum, et eo amplius pretiosior est. Ductus ergo ad *προέλευσιν* ipsam in eminentiori loco, iuxta psaltas, id est cantores, sum constitutus. Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adlatores psaltae: Ecce venit stella matutina, surgit Eous, reverberat obtutu solis radios: pallida Saracenorum mors, Nicephorus *μέδων*, id est Princeps. Unde et cantabatur: *μέδωντι*, id est Principi Nicephoro, *πολλὰ ἔτη* <sup>15)</sup>, id est plures anni sint. Gentes hunc adore, hunc colite, huic tanto colla subdite. Quanto tunc verius canerent: Carbo extincte veni *μέλις*, anus incessu, silvanus vultu, rustice, lustrivage, capripes, cornute, bimembris, setiger, indocilis, agrestis, barbata, dure, villosa, rebellis, Cappadox. Igitur falsidicis illis inflatus naemiis Sanctam

15) Codinus Curopal. lib. De off. aulae Constantinop. Ἄμα οὖν τῷ τῶν βασιλέα φανῆναι, οἱ ψάλται ἀτύχαι ψάλλουσι τὸ πολυχρόνιον: Simulatque apparet Imperator, cantores statim canunt: Ad multos annos. Cas.

Sophiam ingreditur, dominis suis Imperatoribus se a longe sequentibus, et in pacis osculo ad terram usque adorantibus. Armiger huius sagitta calamo immissa Aeram <sup>17)</sup> in Ecclesia ponit, quae prosequitur, quo nimirum tempore imperare coeperit, et sic Aeram, qui id non viderunt, intelligunt. Hac eadem die convivam me sibi esse iussit. Non ratus autem me dignum esse cuiusdam suorum praeponi Procerum, quintus decimus ab eo absque gausape sedi; meorum nemo comitum non dico solum mensae non assedit, sed neque domum, in qua conviva eram, vidit. Qua in coena temporis satis, et obscoena, ebriorum more, oleo delibuta, alioque quodam deterrimo piscium liquore aspersa, multa super potentia vestra, multa super Regnis et militibus Eme rogavit. Cui cum consequenter et vere responderem: mentiris, ait: domini tui milites equitandi ignari, pedestris pugnae sunt inscii, scutorum magnitudo, loricarum gravitudo, ensium longitudo, galearumque pondus neutra parte eos pugnare sinit, ac subridens, impedit, inquit, eos et gastrimargia, hoc est ventris ingluvies, quorum Deus venter est, quorum audacia, crapula; fortitudo, ebrietas; ieiunium, dissolutio; pavor, sobrietas. Nec est in mari domino tuo classium numerus. Navigantium fortitudo mihi soli inest, qui eum classibus aggrediar bello maritimas eius civitates demoliar, et quae fluminibus sunt vicina, redigam in favillam. Quis, cedo, mihi etiam in terra copiarum paucitate resistere poterit? filius non affuit: uxor non defuit; Saxones, Suevi, Baiocarii, Italici omnes cum eo affuerunt; et cum civitatulam unam sibi resistantem capere nescirent, immo nequirent, quomodo mihi resistant venienti? quem tot copiae prosequuntur, *Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos, Quot Coelum Stellae, quot Mare in flatibus undas.* Cui cum respondere, et Apologeticum dignum inflatione hac Bevomere vellem non permisit; sed adiecit quasi ad contumeliam: vos <sup>17)</sup> non Romani, sed Longobardi estis. Cui adhuc dicere volenti, et manu ut tacerem innuenti, commotus inquam: Romulum fratricidam, ex quo et Romani dicti sunt, porniogeni-

P. 481  
Col. 1

16) Al. *Aram. Can.* 17) *Ex Niceta Choniote, Curopalata, et aliis notum est, Graecos nomen Romanorum sibi proprium fecisse. Hinc factum, ut Graecorum hostibus nomen Romanorum tam hostile fuerit; quippe cum Graeci se solos Romanos, reliquos vero Latinos vicerent. Can.*

tum, hoc est ex adulterio natum chronographia innotuit; asy-  
lumque sibi fecisse, in quo alieni aeris debitores, fugitivos, ser-  
vos, homicidas, ac pro reatibus suis morte dignos suscepit,  
multitudinemque quamdam talium sibi adscivit, quos Romanos  
appellavit: ex qua nobilitate propagati sunt ipsi, quos vos Kosmo-  
cratores, id est Imperatores appellatis, quos nos, Longobardi  
scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Baioarii, Suevi, Burgun- C  
diones tanto dedignamur, ut inimicos nostros commoti, nil aliud  
contumeliarum, nisi, Romane, dicamus: hoc solo id est Roma-  
norum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis,  
quidquid avaritiae, quidquid luxuriae, quidquid mendacii, im-  
mo quidquid vitiorum est, comprehendentes. Imbelles vero nos,  
et equitandi inscios quia dicis si Christianorum peccata prome-  
rentur, ut in hac austeritate perdures, quales vos estis, quamve  
pugnaces nos simus, bella proxima demonstrabunt. Talibus Ni-  
cephorus exacerbatu dictis, manu silentium indixit, mensam-  
que sine latitudine longam auferri, meque in invisam domum, seu  
ut verius fatear, carcerem reverti praecepit. Ubi post biduum  
cum indignatione, tum aestu, et siti, magno sum languore af- D  
fectus, sed et asseclarum meorum nemo extitit, qui non eodem  
ebriatus poculo, diem sibi ultimum imminere formidaret. Cur  
quaeso non aegrotarent, quibus erat potus pro optimo vino sal-  
sugo; pro culcitra, non foenum, non stramen, non saltem  
terra, sed durum marmor, pro cervicali lapis? quibus patula  
domus, non calorem, non imbrem, non frigus arcebat. Ipsa  
si vellet salus his circumfusa, ut vulgo loquimur, eos salvare  
non posset. Proprio ergo, atque meorum debilitatus angore,  
convocato ad me custode, immo persecutore meo, non precibus  
solum, sed pretio obtinui, ut epistolam meam hunc modum con- E  
finentem Nicephori fratri deferret. Leoni Coroplati, et Logo-  
thetae τοῦ δρόμου Luitprandus Episcopus. Si Imperator Sere-  
nissimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fati-  
gant me, quas hic sustineo, passiones: literis solummodo meis  
et nuncio, ut instruatur Dominus meus, me hic moram ab re  
non facere. Quod si secus res sese habet, navis et hic Veneti-  
corum, onerariaque proficisci festinat, hanc me aegrotum in-  
gredi sinat, ut si dissolutionis meae tempus advenerit, cadaver Col. 2  
meum genitale saltem solum suscipiat. Quas cum legisset, se

post quadriduum me iussit adire. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram, secundum eorum traditionem, sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius Parakimomenos,<sup>18)</sup> Proto a secretis, Protovestiarius, et duo magistri, quorum hoc fuit narrationis initium: quid causae sit, quare te huc fatigasti, frater, edissere. Quibus cum parentelae gratia, quae esset occasio infinitae pacis, edicerem, inquiunt: inaudita res est, ut Porphyrogeniti, Porphyrogenita, hoc est, in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus misceatur; verum quia tam excellentem Brem petitis, si datis quod decet, accipietis quod libet; Ravennam scilicet, et Romam cum his omnibus continuatis, quae ab his sunt usque ad nos. Si vero amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse Dominus tuus permittat: Principes autem, Capuanum scilicet, et Beneventanum Sancti nostri Imperii olim servos, nunc rebelles, servituti pristinae tradat. Quibus, Dominum meum, inquam, potentiores habere Schlavos Petro Bulgarorum Rege, qui Christophori Imperatoris filiam in coniugium duxit etiam ipsi non ignoratis. Sed Christophorus, aiunt, non Porphyrogenitus fuit. Roma vero, inquam, quam vos liberam esse velle perstreptis cui servit? cui tributa persolvit? C Nonne prius meretricibus serviebat? et vobis dormientibus, immo non valentibus, Dominus meus Imperator Augustus a tam turpi servitute liberavit? Constantinus Imperator Augustus, qui hanc ex suo nomine condidit civitatem, Sanctae Apostolicae Romanae Ecclesiae, ut erat Kosmocrator, multa donaria contulit non in Italia solum, sed in omnibus pene Occidentalibus Regnis, nec non de Orientalibus atque Meridianis, Graecia scilicet, Iudea, Perside, Mesopotamia, Babylonia, Aegypto, Libya, ut ipsius testantur privilegia, quae penes nos sunt. Sane quidquid in Italia, sed in Saxonia, Baioaria, omnibus Domini mei Regnis Dest, quod ad Apostolorum Beatorum Ecclesiam respicit, Sanctissimorum Apostolorum Vicario contulit. Et si eat, ut Dominus meus ex his omnibus civitates, villas, milites, aut familiam obtineat, Deum negavi. Cur Imperator vero non itidem facit, ut ea, quae suis insunt Regnis, Apostolorum Ecclesiae reddat, et per laborem, atque munificentiam Domini mei ditem,

18. Id est *Cubicularius. Can.*



et liberam, ditiozem ipse, ac liberiozem reddat? Sed hoc, ait Basilius Parakimomenos, faciet, cum ad nutum suum Roma, et Romana Ecclesia ordinabitur. Tum, homo, inquam, quidam, multam ab alio passus iniuriam, his Deum aggressus est verbis: Domine, vindica me de adversario meo. Cui Dominus, faciam, inquit, in die cum reddam unicuique secundum opera sua. At illa, Quam tarde, inquit. Tunc omnes, praeter fratrem, cachinno commoti discrepationem dimiserunt, meque in invisam domum reduci praeceperunt, magnaue custodiri cautela usque in Sanctorum Apostolorum religiosis cunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis aegrotum, nec non et Bulgarorum nuncios, qui pridie venerant, ad Sanctos Apostolos sibi obviare praecepit. Cumque post naeniarum garrulitatem, et Missarum celebrationem, ad mensam invitaremur, in citeriori mensae margine, quae erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuncium, Ungarico more tonsuratum, aenea catena cinctum, et ut mens mihi suggerit, catechumenum, mihi praeponit; ad vestram plane, Domini mei Augusti, contumeliam. In vobis contemptus, in vobis spretus, in vobis abiectus. Sed gratias ago Domino Iesu Christo, cui vos servitis omni spiritu vestro, quod habitus sum pro nomine vestro dignus contumelias pati. Verum, Domini mei, meam non considerans, sed vestram iniuriam, mensam reliqui. Quumque indignans abire vellem, Leo Coroplastes, Imperatoris frater, et Proto a secretis Simeon, pone me sequuntur, haec latrantes: Cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus coniugem duceret, Symphona, id est consonantia scripto iuramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis, id est nunciis, penes nos Bulgarorum apostoli praeponantur, honorentur, diligentur. Bulgarorum ille apostolus, quamquam, ut dicis, et verum est, tonsus, illotus, et catena aenea cinctus sit: Patricius tamen est, cui Episcopum praeponere, Francorum praesertim, nefas decernimus, iudicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoscimus, non te nunc, ut putas, ad hospitium redire sinimus, sed in diversorio quodam cum Imperatoriis servis cibum gustare compellimus. Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil respondi, sed quae iusserant, feci; indignum iudicans mensam <sup>19)</sup>, qua non

P. 482  
Col. 1

19. indignam iudicans causam. Can.

Edico mihi, id est Luitprando Episcopo, sed Bulgarorum nuncius vestro praeponitur nuncio. Sed lenivit dolorem meum Imperator Sanctus munere magno, mittens mihi ex delicatissimis cibis suis, hoedum pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris laute suffarcinatum, garo delibutum; quem vestrae tunc mensae inesse optavi, ut qui delicias Sancti Imperatoris faustas esse non creditis, saltem his perspectis crederetis. Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari iam abessent, putans me mensam magnificere suam, in eodem loco me satis aegrotum secum convivare coëgit. Affuit cum pluribus Episcopis et Patriarcha: quibus praesentibus, plures mihi quaestiones de scripturis sacris proposuit, quas cum Spiritu Sancto afflante eleganter exposui, novissime autem ut de vobis ludum haberet, quas Synodos haberemus, rogavit. Cui cum Nicaenam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem; Ha ha he, ait, Saxoniam dicere es oblitus: quam si rogas, cur nostri codices non habent, rudem esse, et ad nos nec dum venire posse respondeo. Cui inquam: in quo membro regnat infirmitas, illud est cauterio exurendum: haereses omnes a vobis emanarunt, penes vos viguerunt: a nobis, id est Occidentalibus hic sunt iugulatae, hic sunt occisae. Romanam, sive Papiensem Synodum, quamquam essent saepe, his non connumeramus. Romanus enim Clericus, postmodum universalis Papa Gregorius, quia a vobis appellatus est Dialogus, Eutygium Constantinopolitanum Patriarcham haeticum ab eiusmodi haeresi liberavit. Aiebat idem Eutygius, nec solum aiebat, sed etiam docebat, clamabat, scriptitabat, nos in resurrectione non veram, quam hic habemus, sed phantasticam quamdam carnem assumpturos: cuius erroris liber a Gregorio orthodoxe est combustus. Sed Evidius, Papiensis Episcopus, propter aliam quamdam haeresim,

Col. 2 huc, id est Constantinopolim, a Romano est Patriarcha directus; quam compressam, in Catholicam atque Orthodoxam reformavit. Saxonum genus, ex quo Sanctum Lavacrum et Dei accepit notitiam, nulla est haeresi maculatum, ut ibi Synodus fieret, qua errorem, cum nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicit Saxonibus esse fidem, id ipsum et ego affirmo: semper enim apud eos Christi fides rudis est, et non vetus, ubi fidem opera sequuntur. Hic fides non rudis, sed vetus est, ubi fidem opera

non committantur, sed quasi prae vetustate, ut vestis contempta contemnitur. Sed hanc Synodum factam esse in Saxonia certo scio, in qua tractatum est et firmatum, decentius ensibus pugnare, quam calamis; et prius mortem obire, quam hostibus B terga dare: quod vel tuus exercitus experitur, in corde meo dixi, et quam sint pugnaces re ipsa experiatur. Verum hac eadem die post meridiem, adeo impotentem et transfiguratum me revertenti ad palatium sibi praecepit occurrere, ut obviantes mihi, quae prius in stuporem mentis mulieres versae, Mana, mana <sup>20)</sup>, clamabant, miseriam meam pugnis pectora tunsae dicerent *ταπεινὴ καὶ ταλαίπωρῆ*, cui, Nicephoro scilicet venienti, et vobis absentibus, quid tunc manibus in caelum erectis optaverim, proveniant utinam. Sed mihi velim credatis, ad risum me non parum illexit. Impatienti enim atque effraeni insidens equo, satis parvus, satis magno, puppam ipsum mens sibi depinxit mea, quam Schlavi C vestri equino colligantes pullo matrem praecedentem sequi effraenate dimitunt. His expletis ad concives et cohabitatores meos, quinque leones, in praenominatam invisam domum sum deductus; ubi post hebdomadarum spatium trium, nullius, nisi meorum sum colloquio visitatus. Quae ex re Nicephorum numquam me velle dimittere mens sibi depinxit mea, ac tristitia immodica languorem languori adeo superimposuit, ut vita excederem, nisi mihi hanc Dei Genitrix a Creatore et Filio suo precibus obtineret; quemadmodum non fantastica, sed vera est mihi visione monstratum. His ergo tribus hebdomadibus habuit Nicephorus extra Constantinopolim metastasin, id est stationem, D in loco qui dicitur *εἰς πηγὰς*, id est ad fontes, eodemque me venire praecepit. Et cum tamen languidus essem, ut non solum statio, sed ipsa etiam sessio gravis mihi morae videretur, discooperto capite, quod malae valetudini meae nimis contrarium erat, ante se me stare coëgit; cui et ait: Domini tui Regis Ottonis nuncii, qui praeterito te praecesserunt anno, iuramento mihi promiserunt, etiurisiurandi literae inpraesentiarum sunt, numquam illum in aliquo nostrum scandalizare Imperium. Vis maius scandalum, quam quod se Imperatorem vocat, Imperii nostri the-

20) Id est *Mater, mater. Mur.*

*Luitprandi Legatio.*

mata sibi usurpat? utraque non sunt ferenda; etsi utraque importabilia, istud est non ferendum, immo nec audiendum, quod se Imperatorem nominat. Sed si confirmas eadem, quae ipsi fecerunt, fortunatum te atque locupletem Imperii nostri Maiestas cito dimittet. Id autem eo non dixit, ut vos, si mea hoc stultitia faceret, servatos sperarem <sup>21)</sup>, sed voluit habere prae manibus quod in laudem suam et contumeliam nostram ostenderet futuris temporibus. Cui inquam: nuper Sanctissimus Dominus meus, ut est Sapientissimus et Spiritu Dei plenus, haec P. 483 praenoascens, quae asseris, ne terminos, quos constituit mihi, Col. 1 transcenderem *ἐντολήν*, id est praeceptum, conscripsit, quod et sigillo signavit suo, ne secus facerem. Scis Domine mi Auguste, qua id fiducia dixerim? *ἐντολήν* istud in medium profertur, et quidquid iusserit, iuramento a me tibi firmetur. Sed praeteriti nuncii, praeter iussione[m] Domini mei promiserunt, iuraverunt, conscripserunt, ita est, ut Plato ait: Causa penes optantem, Deus extra culpam. His expletis ventum est ad nobilissimos Principes, Capuanum et Beneventanum, quos ipse servos nominat, et ob quos intestinus ipsum agitat dolor. Servos, inquit, meos Dominus tuus in tutelam recipit suam, quos Bsi non dimiserit, et in pristinam servitutem redegerit, nostra amicitia carebit; ipsi in Imperium nostrum ut recipiantur, flagitant; sed recusat eos nostrum Imperium, ut cognoscant et experiantur, quam periculosum sit servos a Dominis declinasse, servitutem effugere. Et est decentius Domino tuo, ut mihi eos tradat amicus, quam mihi dimittat invitus. Experientur plane, vita comite, quid sit herum fallere, quid sit servitutem deserere, et, ut puto, sentiant nunc quod dico, operantibus hoc nostris, qui sunt ultra mare, militibus. Quibus respondere me non permisit, sed abire cupientem, ad mensam suam redire praecepit. Cui pater assedit, homo, ut mihi videbatur, natus centum quinquaginta annis. Cui itidem ut filio, Graeci in laudibus, immo inventis suis, Deus annos ut multiplicet conclamant. Qua in re, quam sint Graeci stulti, quamve huius gloriae amatores, quamve adultores, quam cupidi, hinc colligere possumus: optant soli non sola, sed silicernio, quod naturam ipsam non pati cer-

21) Fort. servaturos speraret. Mur.

to sciunt. gaudet et silicernium ea sibi optari, quae nec Deum facere, nec tibi <sup>22)</sup> prodesse, sed obesse, etiam si faceret, novit. Quod quaeso Nicephorum gaudere pacis . . . . . illum, et phosphorum clamabant. Impotentem, virilem; stultum, sapientem; brevem, magnum; nigrum, album; peccatorem, sanctum dicere, mihi credite, non laus, sed contumelia est. Et qui aliena magis gaudet sibi acclamari, quam propria, avibus omnino est <sup>D</sup> similis, quarum intuitum nox illuminat, dies coecat. Sed redeamus ad rem. Hac in coena, quod prius non fecerat, voce latina <sup>23)</sup> Beati Ioannis Chrysostomi homiliam in Apostolorum Actibus legere iussit. Post cuius lectionis terminum, cum ad vos redeundi licentiam quaererem, capite se ita facturum innuens, recipi me ad concives et cohabitatores meos leones, persecutori meo indixit. Quod cum fieret, non sum ab eo visus usque in tertium decimum Kalend. Augusti; sed diligenter custoditus, ne cuiuspiam fruerer sermone, qui suos mihi actus indicaret. Interea Grimizonem Adelberti nuncium se adire iussit, quem cum navali suo exercitu redire praecepit. Fuerunt chelandia viginti <sup>E</sup> quatuor, Russorum naves duae, Gallicae duae: si plus miserit, quas non viderim, nescio. Vestrorum, Domini mei Imperatores Augusti, militum fortitudo non eget, ut adversariorum impotentia animetur. Quod in his saepe expertum est gentibus, quarum etiam ultimi, et caeterorum comparatione, impotentes Graecam fortitudinem straverunt, tributariam fecerunt. Sicut enim vos non terrerem, si fortissimos illos et Alexandro Macedoni <sup>Col. 2</sup> similes praedicarem; sic et vos instigo, cum impotentiam eorum, quae vera est, narro. Mihi credatis velim, et credetis acio, omnem ipsum exercitum, quadringentis <sup>24)</sup> vestris, si fossa murive non impediant, posse occidere <sup>25)</sup>, cui exercitui, ut puto, ad contumeliam vestram, hominem quamdam, sed quamdam eo dixi, quia mas esse desiit, mulier fieri nequit, praeposuit. Adelbertus octo millia loricorum se habere Nicephoro mandavit, quibus cum Argivo adminiculante exercitu vos fugare, aut sternere dicit; rogavitque aemulum vestrum ut pecunia illi mitteretur, quia illos avidius ad pugnam instigaret. Sed nunc, domini mei, acci-

22) Fort. sibi. Mur. 23) Alias voscelatus, ex quo corrigo voce clata. Can. 24) Fort. a quadringentis vestris. Mur. 25) occidi. Mur.

pite insidias Danaum, et crimine ab uno discite omnes: Nicephorus mancipio illi, cui collectitium atque conductitium commendavit exercitum, pecuniam satis magnam hac ratione dedit, ut, si Adelbertus cum septem millibus loricorum, et eo amplius, sicut mandavit, se adierit, tunc donativum eis illud distribuat. Cona frater suus cum ipso et Argolico exercitu vos impugnet, Adelbertus vero Bareis diligenter custodiat, donec positus victoria frater redeat. Quod si veniens tot hominum millia non duxerit, ut capiatur, vinciatur, vobisque eo venientibus tradatur; insuper et pecunia, quae ei debebatur, vestras in manus conferatur, edixit. O bellatorem, o fidelem! prodere cupit, cui <sup>26)</sup> defensorem parat; defensorem parat, quem perdere cupit: in neutro fides, in utroque infidelitas: fecit, quo non eguit; eguit, quod non fecerat. Sed esto, fecerit, ut Graecos decuit, nos ad propositum redeamus. Quarto decimo Kalendas Augusti collectitium ipsum navalem exercitum, me ab invisâ domo spectante, dimisit. Decimo tertio autem, quo die leves Graeci raptionem Eliae Prophetæ ad caelos ludis scenicis celebrant, me se adire praecepit; cui et ait: Imperium nostrum copias in Assyrios ducere cogitat non super Christicolas, quemadmodum dominus tuus: praeterito quippe anno idipsum facere volui, sed audite, quod dominus tuus Imperii nostri terram invadere vellet, dimis-  
 Dsis Assyriis, illum versus habenas retorsimus: obviavitque nobis in Macedonia Dominicus Venedicus nuncius suus, qui multo labore et sudore nos, ut reverteremur, delusit, iureiurando nobis affirmans, numquam dominum tuum esse id cogitaturum nendum facturum; revertere ergo (quod cum audissem tacitus Deo gratias dixi) et haec, atque haec tuo domino nunciato: si me compotem fecerit, ipse redito. Cui iubeat, inquam Sanctissimum Imperatorem <sup>27)</sup> tuum me in Italiam cito advolare, certa ratione, quod dominus meus, quae vult Imperium tuum, compleat, et laetus ego ad te redeam. Quod qua mente dixeris, E nec ipsum, proh dolor, latuit. Nam subridens, simul capite innuit, meque contra tenus se adorantem, atque abeuntem extra, foris manere, atque ad coenam allio et cepa bene olentem, oleo et garo sordidam venire praecepit, magnisque die illa effeci

26) Alias qui. *Can.* 27) Fort. *imperium. Mur.*

precibus, ut munus meum, quod saepe aspernatus erat, dignaretur accipere. Residentibus itaque nobis ad mensam sine latitudine longam pallingi<sup>23)</sup> latitudine rectam, longitudine seminudam, ex Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teutones comprehendit, ludum habuit: rogavitque me, ut quo in loco Episcopatus mei civitas esset, quoque nomine frueretur, edicerem. Cui Cremona, inquam, Eridano fluviorum Italiae Regi satis vicina; et quia Imperium tuum chelandia eo mittere properat, prosit mihi te vidisse, prosit agnovisse, da pacem loco, ut per te saltem possit subsistere, qui tibi non potest resistere. Sed vafer ille haec εἰρωνικῶς me dixisse cognovit, submissoque vultu se ita facturum promisit, iuravitque mihi per Sancti sui virtutem Imperii, nil me mali passurum, sed prospere suis cum chelandiis usque in Anconitanum portum cito perventurum; et mihi id tuaso digitis pectore iuravit. Verum quam impie peieraverit, animadverte. Haec acta, haec dicta sunt decimo tertio Kalendas Augusti, secunda feria, quo ex die usque in nonum stipendiorum nihil ab eo recepi, cum tanta esset Constantinopoli fames, ut viginti quinque aaeclas meos, et quatuor custodes Graecos tribus aureis una coena nequirem reficere. Quarta feria ipsius hebdomadae Nicephorus Constantinopolim egreditur, in Assyrios profecturus. Quinta feria frater suus me accersivit, quem ita convenit. Sancto Imperatore praemisso, domi hodie dispositionis eiusdem causa substiti; nunc si te Sanctum Imperatorem visendi desiderium obtinet, et si quidquam, quod nec dum prodideris habes, edissere. Cui inquam: Nec Sanctum Imperatorem videnti, nec rei novae narrandae habeo causam, unum-hoc peto, secundum Sancti Imperii promissionem, ut chelandiis in Anconitanum portum usque deducar. Quo audito (ut sunt Graeci per caput alterius semper iurare parati) per Imperatorium caput, per vitam propriam, per liberos, quos Deus ita, ut verum dixit, conservet, se id completurum iurare coepit. Cui cum quando? dicerem; mox discedente, inquit, Imperatore: Delongaris enim, sub cuius manu navium est omnis potestas, recedente Sancto Imperatore, curam tui aget. Hac spe ludificatus, laetus ab eo recessi. Post sequentem vero diem, sabbato scilicet, in Umbriam, D

P. 484  
Col. 1

23) Alias *palli* vel *palmi*. *Can.*

qui est locus decem et octo milliaribus Constantinopoli distans, Nicephorus me accersiri iubet, cui et ait: Putabam te quidem virum magnum et honestum ea gratia huc venisse, ut completa omnimodo voluntate mea perpetuam inter me et dominum tuum constitueres amicitiam. Et quoniam ob cordis tui duritiam id facere nolis, unum saltem, quod facere iusta ratione possis, effcito; scilicet dominum tuum Principibus Capuano et Beneventano, servis meis, quos oppugnare dispono, nullum consilium collaturum. Sua qui non largitur, nostra saltem dimittat. Nova res est, quod eorum patres et avi nostro Imperio tributa dederunt; at id istos brevi tempore facturos Imperii nostri exercitus laborabit. Cui inquam: Principes isti apprime nobiles et domini mei sunt milites; qui si senserint exercitum tuum super eos irruere, eis copias mittet, quibuscum tuos contere, et duo illa themata, quae ultra mare habes, tibi praevalerent auferre. Tunc bufonis in modum tumefactus, et commotus, Discede, inquit. Per me, per qui me talem genere parentes, faciam, ut aliud dominus tuus, quam desertores servos defendere cogitet. Cumque abirem, iussit interpreti, me sibi convivam fieri: accitisque eorumdem Principum fratre et Byzantio Col. 2 Barisiano, magnas in vos, gentemque latinam et Teutonicam contumelias evomere iussit. Verum cum a sordida coena ipse discederem, nunciis interpositis, clam mihi mandaverunt, et iuraverunt, se quae latraverant non sponte, sed Imperatore volente et comminante dixisse. Sed et idem Nicephorus in eadem coena me interrogavit, si vos perivolia, id est brolia vel si parivoliis onagros, vel caetera animalia haberetis. Cui cum vos brolia, et in broliis animalia, onagris exceptis, habere affirmarem: ducam te, inquit, in nostrum perivolium, cuius magnitudinem, et onagros, id est silvestres asinos, te vidisse miraberis. B Ductus itaque in perivolium satis magnum, montuosum, fructuosum, minime amoenum, cum pileatus equitarem, meque Coroplastes a longe prospiceret, filio celeriter directo, mihi mandavit, fas non esse quempiam, ubi Imperator esset, pileatum, sed teristratum incidere. Cui mulieres, inquam, nostrae tiaratae et teristratae, viri equitant pileati. Nec decet vos compellere patrium me hic mutare morem: cum vestros nos adentes patrium morem tenere sinamus: manicati enim, fasciati, fibu-



lati, <sup>29)</sup> criniti, talari tunica induti penes nos equitant, incedunt, mensae assident, et, quod nostris omnibus nimis turpe videtur, ipsi soli capite aperto Imperatores nostros deosculantur. Quod non amplius fieri Deus permittat, tacitus dixi. Revertere C ergo, inquit: quod cum facerem, occurrunt mihi commisti capreis, quos ipsi dicunt, onagri. Sed quaeso quales onagri? quales sunt Cremonae domestici. Color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales similiter cum rudere incipiunt, magnitudo non dispar, velocitas una, dulces lupis aequae; quos cum viderem, coequitanti Graeco inquam: huiusmodi numquam in Saxonia vidi. Si, inquit, Dominus tuus Sancto Imperatori morigeratus fuerit, multos illi huiusmodi dabit, eritque illi non parva gloria, cum ipse possidebit, quod nemo dominorum decessorum suorum vidit. Sed mihi credite Domini mei Augusti, confrater et Coëpiscopus meus Dominus Antonius potest non inferiores D dare, ut commercia testantur, quae fiunt Cremonae: atque ipsi non onagri, sed domestici; non vacui, sed onerati procedunt. Sed cum ea superius scripta verba idem Nicephoro nunciasset, transmissis mihi duabus capreis, ut abirem licentiam dedit. In crastinum autem Syriam versus profectus. Sed cur exercitum nunc in Assyrios duxerit, quaeso advertite. Habent Graeci et Saraceni libros, quos *ὄρασεις*, sive visiones Danielis vocant; ego autem Sibyllinos: in quibus scriptum reperitur, quot annis Imperator quisque vivat: quae sint futura, eo imperitante, tempora, pax, an simulas, secundae Saracenorum res an adversae. Legitur itaque, huius Nicephori temporibus Assyrios Graecis non posse resistere, huncque septennio tantum vivere: post cuius obitum Imperatorem isto deteriorem (sed timeo quod inveniri non possit) et magis imbellem debere surgere; cuius temporibus praevalere debent adeo Assyrii, ut in Chalcedoniam usque, quae distat Constantinopoli haud longe, potestative cuncta debeant obtinere. Considerant enim utrique tempora, una eademque re Graeci animati insequuntur, Saraceni desperati non resistunt: tempus expectantes, cum et ipsi insequantur, Graeci iterum non resistunt <sup>30)</sup>. Sed Hippolytus quidam Siciliensis Episcopus eadem scripsit, et de Imperio vestro, et gente nostra, no-

P. 485  
Col. 1

29) Alias *vipolati*. C a n.

30) Alias *interim non resistunt*. C a n.

stram nunc dico omnem, quae sub vestro Imperio est, gentem: atque utinam verum sit, quod de praesentibus scripsit iste temporibus. Caetera, ut scripsit, sunt usque huc completa, quemadmodum per ipsos, qui horum librorum scientiam habent, audiui: et ex multis eius dictis unum id proferamus in medium. Ait enim nunc completum iri scripturam, quae dicit: *Λέων καὶ σκύμνος ὁμοδιᾶζούσιν ὄναγρον* Graece ita, Latinum autem sic: Leo et Catulus simul exterminabunt onagram, cuius interpretatio secundum Graecos: leo, id est Romanorum sive Graecorum Imperator, et Catulus Francorum scilicet Rex, simul his praesentibus temporibus exterminabunt onagram, id est Saracenorum Regem Africanum. Quae interpretatio eo mihi vera non videtur, quoniam Leo et Catulus, quamvis disparis magnitudinis, unius tamen sunt naturae, et speciei, seu moris: atque, ut mihi mea scientia suggerit, si leo Graecorum Imperator, inconueniens est, ut catulus sit Francorum Rex: quamvis enim utrique hominea sint, sicut leo et catulus uterque animalia; distant tamen moribus tantum, non dico solum quantum species speciebus, sed quantum sensibilia insensibilibus. Catulus a leone nil nisi tempore distat, forma eadem, rabies una, rugitus idem. Graecorum Rex crinitus, tunicatus, manicatus, teristratus, mendax, dolosus, immisericors, vulpinus, superbus, falso humilis, parcus, cupidus, allio, cepe, et porris vescens, balnea bibens: Francorum Rex contra pulchre tonsus, a muliebri vestitu veste diversus, pileatus, verax, nil doli habens, satis ubi competit misericors, severus ubi oportet: semper vere humilis, nunquam parcus, non allio, cepis, porris vescens, ut possit animalibus eo parcere, quatenus non manducatis, sed venundatis pecuniam congreget. Audistis differentiam, nolite hanc interpretationem suscipere: aut enim futura est, aut haec vera non est: impossibile est enim, ut Nicephorus, sicut ipsi mentiuntur, sit Leo, et Otto sit Catulus, qui simul exterminent aliquem. Ante enim pererratis amborum finibus, exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, quam Nicephorus et Otto amicitia coëant et foedera iungant. Audistis Graecorum, audite nunc Luitprandi Cremonensis Episcopi interpretationem: dico autem, et non solum dico, sed affirmo, si scriptura haec praesentibus est implenda temporibus, Leo et Catulus, pater, et filius, Otto, et

Otto in nullo disparēs, tempore distantes tantum, simul hoc praesenti tempore exterminabunt onagram, id est silvestrem asinum Nicephorum: qui non incongrue silvestri asino comparatur, ob vanam et inanem gloriam, incestumque Dominae et Com-matris suae coniugium. Si onager iste nunc a leone et catulo E nostro Ottone, et Ottone, patre scilicet, et filio, Augustis Ro-manorum Imperatoribus exterminatus non fuerit, nec quod Hip-polytus scripsit verum erit: Graecorum enim illa superior abii-cienda interpretatio est. Sed, o Iesu bone, Deus aeternae, Ver-bum Patris, qui nobis indignis loqueris non voce, sed inspira-tione, nullam aliam interpretationem, quam meam in hac senten-tia velis. Iube ut leo et catulus isti hunc exterminent, et hu-milient onagram corpore, quatenus in se reversus, dominisque Col. 2 suis Basilio et Constantino Imperatoribus subditus, in die Do-mini spiritus sit salvus. Sed Astronomi hoc idem de vobis et Nicephoro praenunciant. Res, inquam, mira. Cum quodam sum locutus Astronomo, qui vestram, Domini mei Augusti, aequivo-cique vestri Augusti formam, mores, ut sunt, vere dixit; cun-ctaque mea praeterita quasi praesentia dixit. Nec praeteriit quisquam amicorum, vel inimicorum, de quibus mens mihi sug-gessit ut interrogarem, cuius habitum, formam et mores non diceret. Quidquid calamitatis mihi hoc in itinere accidit, futu-rum esse praedixit. Sit mendacium omen <sup>31)</sup>, quod dixit; B unum, quaeſo, solummodo sit verum, quod vos esse facturos Nicephoro praedixit, fiat utinam, utinam fiat, et tum nil me mali passum esse intelligam. Scribit etiam praefatus Hippolytus, Grae-cos non debere Saracenos, sed Francos conterere: qua lectione Saraceni animati, ante triennium cum Manuele Patricio, Nice-phori nepote, iuxta Scyllam et Charybdim in mari Siculo, bel-lum parant; cuius immensas copias cum prostravissent, ipsum comprehenderunt, capiteque truncum <sup>32)</sup> suspenderunt: cuius socium et commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere sunt dedignati, sed vinctum ac longa custodia mace-ratum tanti vendiderunt, quanti nec ullum huiusmodi mortales C sapi capitis emerent. Nec infirmiori animo, eadem confirmati lectione, haud multo post Magistro Exarchontae occurrunt, quem

31) Fort. omne. Cas.

32) Fort. truncatum. Mur.

dum in fugam verterent, eius copias omnibus modis contriverunt. Est et aliud, quod nunc Nicephorum compulit copias in Assyrios ducere: Argorum enim omnem regionem, instans tempus, Deo iubente; eo usque fames attrivit, ut neque tritici duo Papienses sextarii aureo comparentur, hocque ubi ubertas quasi regnat. Hanc pestem, muribus cooperantibus, ita dilatavit, ut messionis tempore, quidquid ubique terrarum annonae erat, minimo dato pretio, possessoribus eiulantibus, congregarit. Quod cum iuxta Mesopotamiam faceret, ubi frugum copia muribus absentibus creverat, arenae maris multitudini annonae multitudinem coaequavit. Igitur cum vili hoc commercio turpiter fames ubi desaeviret, octoginta millia mortalium, obtentu militiae secum congregavit, quibus per continuum mensem, quod uno emerat aureo, duobus vendidit. Hae sunt, domine mi, res, quae Nicephorum copias in Assyrios nunc ducere compulerunt. Sed quales, quaeso, copias? Vere, inquam, non homines, sed hominibus similes: quibus lingua tantum procax, sed frigida bello dextera. Non inspicit in his Nicephorus qualitatem, sed solam quantitatem: quod quam periculosum illi sit, tum sero poenitebit eum, cum imbelles plurimi, multitudine animati, a nostris perpaucis bella scientibus, immo sitientibus conterentur. Cum obsideritis Bareas, trecenti tantummodo Ungari iuxta Thessalonicam quingentos Graecos comprehenderunt, et in Ungariam duxerunt. Quae res, quia prospere successit, compulit ducentos Ungariorum haud longe Constantinopoli in Macedonia similiter facere: ex quibus, cum incaute per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti; quos nunc Nicephorus de custodia eductos, pretiosissimisque vestibus ornatos, patronos sibi et defensores paravit, secum in Assyrios ducens. Verum qualis sit

P. 486  
Col. 1  
eius exercitus, hinc potestis conicere, quoniam qui caeteris praestant, Venetici sunt et Amalphantani. Nunc, his omissis, quid mihi acciderit animadvertite. Sexto Kalend. Augusti extra Constantinopolim in Umbria a Nicephoro licentiam accepi ad vos redeundi: cumque Constantinopolim venirem, Christophorus Patricius Eunuchus, qui Nicephori vicem eodem gerit, mihi mandavit, non posse me tunc recedere, quia Saraceni tunc occupaverunt mare, et Ungarii terram: expectandum mihi esse, donec ipsi discederent: sed utrumque, proh dolor, fuit mendacium.

Tunc appositi sunt custodes, qui mihi et meis a domo mea exitum prohiberent. Latinae linguae pauperes, qui me eleemosynarum gratia adierunt, comprehendentes ceciderunt, custodiae tradiderunt: Graecolonon meum, id est Graecae linguae gnarum, non permittebant egredi, saltem ut sumptus emeret, sed cocum solum Graecae linguae ignarum: qui non signorum signis, sed digitorum, seu capitis nutibus cum venditore emptor loquebatur; tantique nummis emebat quatuor, quanti Graecolonon obsonium uno. Et cum amicorum quidam aromata, panes, vinum, poma mitteret; solo cuncta fundentes, nuncios colaphis satis oneratos dimiserunt. Et nisi divina pietas parasset in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, una mihi parata mors foret accepta. Sed qui permisit tentari, dedit tunc misericorditer pati. Huiusmodi me periculum secundo Nonarum Iunii usque ad sextum Nonas Octobris, Constantinopoli diebus scilicet centum viginti maceravit. Verum ut auferentur calamitates meae, in Assumptione Sanctae Dei Genitricis et Virginis Mariae, meo omine non bono venerunt Domini Apostolici, et universalis Papae Ioannis nuntii cum literis, quibus rogabant Nicephorum Imperatorem Graecorum, ut parentelam firmamque amicitiam faceret cum dilecto, spiritualique filio suo Ottone Romanorum Imperatore Augusto. Quae vox, quae inscriptio secundum Graecos peccatrix, et temeraria, quomodo latorem non occiderit; cur priusquam laederetur, non oppresserit, qui in aliis rebus saepe videor spermologus et multisonus, in hac, ut piscis, videor insonus. Obiurgabant Graeci mare, imprecabantur aequori, plus iusto mirantes, cur peccatum illud portare potuerit, cur fretum dehiscens navim non absorbuerit. Imperatorem, inquit, universalem Romanorum, Augustum, magnum, solum Nicephorum scripsisse Graecorum, hominem quemdam barbarum, pauperem Romanorum non piguit. O caelum, o terra, o mare! Sed quid, inquit, faciemus hominibus istis sceleratis, criminosis. Pauperes sunt, et si eos occidimus, manus nostras sanguine vili polluimus; pannosi sunt, servi sunt, rustici sunt; si eos flagellamus non ipsos, sed nos dedecoramus, qui nec Romana scutica deaurata, nec huiusmodi sunt crucibus digni. O utinam alter Episcopus, E alter Marchio esset; culeis enim suti post acerbos virgarum ictus, post barbae seu capillorum distractionem, in mare demergen-

tur. Sed servantur, inquit, et quousque Sanctissimus Imperator Romanorum Nicephorus haec resciscat mala, gravi custodia macerentur. Dum haec resciscerem, felices eos, quoniam pauperes; me infelicam, quia divitem, iudicavi. Cum domi essem, mea me voluntas pauperem excusabat; Constantinopoli vero positus, Croesi me habere divitias timor ipse dicebat.

Col. 2 per mihi pauperies gravis, tunc visa est levis, tunc accepta, tunc amplectenda. Amplectenda utique, quae suos perimi, subiectos aibi flagellari non patitur. Et quia haec paupertas Constantinopoli solum suos ita defendit, eodem sit solummodo diligenda. Igitur, Apostolicis nunciis in carcerem traditis, publicana illa epistola Nicephoro in Mesopotamiam mittitur; unde usque ad quintum Idus Septembris non est reversus qui afferret apologeticum nuncium. Qua die cum rediret, et me lateret, post biduum, decimo octavo scilicet Kalend. Octobris, precibus muneribusque effeci, ut vivificum atque salutiferum adorarem lignum: ubi tanto in tumultu populi clam custodibus quidam me adierunt, qui mentem meam lugubrem furtivis sermonibus hilarem reddiderunt. Decimo quinto autem Kal. Octobris, mortis vitaeque medius, ad palatium sum convocatus. Cumque ad Christophori Patricii Eunuchi praesentiam venirem, benigne me suscipiens, mihi cum tribus aliis assurrexit: quorum huiusmodi fuit narrationis initium: Ostendunt pallor in ore sedens, macies in corpore toto, crinitum caput, prolixa contra morem barba, immensum cordi tuo inesse dolorem, eo quod redeundi ad Dominum tuum terminus est dilatatus. Verum ne Sancto Imperatori, neve nobis succenseas, oramus. Reddimus autem tarditatis tuae causam. Papa Romanus (si tamen Papa est vocandus, qui Alberici filio Capostatae, adultero, sacrilego, communicavit, comministravit) literas nostro Sanctissimo Imperatori se dignas, illoque indignas misit, Graecorum illum, et non Romanorum Imperatorem vocans: quod tui domini consilio actum non est ἀμφοτέρων. Quod, inquam mecum, verbum audio? perii: haud dubium est, quia in praetorium recta proficiscar via. Sed Papa, audi, aiunt, omnium hominum stolidior, scinrus dicere vis, nosque id profiteramur. At ego non id aio. Audi ergo: sed Papa fatuus, impulsus, ignorat Constantinum Sanctum Imperialia sceptrā huc transvexisse, Senatū omnem, cunctamque Romanam militiam. Romae vero

vilia mancipia, piscatores scilicet, cupediarios, aucupes, no-  
 thos, plebeios, servos tantummodo dimisisse. Numquam ille  
 hoc nisi tui suggestione scriberet Regis: quod quam periculosum  
 ambobus fuerit, nisi resipuerint, proxima tempora declarabunt.  
 Sed Papa, inquam, simplicitate clarus, ad laudem hoc Imperato-  
 ris, non ad contumeliam scribere putavit. Constantinum Roma-  
 num Imperatorem cum Romana militia huc venisse, ac civitatem  
 istam suo ex nomine condidisse certo scimus; sed quia linguam,  
 mores, vestesque mutastis, putavit Sanctissimus Papa ita vobis  
 displicere Romanorum nomen, sicut et vestem; quod in futuris  
 vita comite ostendetur epistolis; quarum superscriptio haec erit:  
 Ioannes Papa Romanus Nicephoro, Constantino, Basilio, magnis  
 Romanorum Imperatoribus atque Augustis, quod quia nam di-  
 xerim, quaeso, advertite. Nicephorus periurio atque adulle-  
 rio Regni apicem est adeptus; et quoniam Christianorum omnium  
 salus ad Romani Papae pertinet sollicitudinem, mittat Nicephoro  
 Dominus Papa epistolam sepulcris omnino similem, quae foris  
 sunt dealbata, intus plena sunt ossibus mortuorum: impropere  
 illi intrinsecus, qualiter periurio et adulterio acceperit super  
 Dominos suos monarchiam, invitet eum ad Synodum, et, si non  
 venerit, anathemate feriat. Si superscriptio huiusmodi non fue-  
 rit, nec ad ipsum usque feretur. Nunc ad propositum redea-  
 mus. Superscriptam ex superscriptione promissionem a me me-  
 morati Principes cum audissent, nil inesse doli putantes, Grates  
 tibi persolvimus, aiunt, o Episcopo: decet enim sapientiam tuam  
 tantis mediatricem intercedere rebus, solus es ex Francis, quem  
 nunc diligamus; sed cum depravata, te hortante, correxerint,  
 et ipsi diligentur: tuque iterum ad nos cum veneris, non indo-  
 natus abibis. Corona aurea sceproque cum huc ultra rediero,  
 me Nicephorus donabit, tacitus dixi. Sed hic, inquiunt: vult  
 Dominus tuus Sanctissimus cum Imperatore firmare amicitiam foe-  
 dere nuptiarum? Cum huc venire, voluit, inquam; sed quia  
 me diu hic morante literas non recepit *σφάλμα*, id est vitium a B  
 vobis, meque captum putat et vincitum, aestuatque animus eius  
 totus, ut Leenae, catulis raptis, donec vindictam iusta faciat  
 acerbitate, et nuptias abhorreat, atque iram in vos evomat. Si  
 ceperit, inquiunt, non dicimus Italiam, sed nec ipsa capiet eum,  
 in qua ortus est, pauper, et gunnata, id est pellicea Saxonia,

pecunia, qua pollemus, omnes nationes super ipsum invitabimus, et quasi Ceramicum <sup>33)</sup>, id est vas fictile, quod confractum reformari nequit, confringemus. Et quoniam te in decorem suum quaedam pallia emisse putamus, ut in medium proferantur, edicimus, quae sunt vobis digna, plumbea notentur bulla, vobisque sinantur, quae vero *καλυόμενα*, id est nationibus omnibus, prae nobis Romanis, prohibita, pretio reddito, auferantur. Quod cum fieret, quinque mihi pretiosissimas purpuras abstulerunt: indignos vos, omnesque Italos, Saxones, Francos, Bagoarios <sup>34)</sup>, Suevos, immo cunctas nationes huiusmodi veste ornatos incedere iudicantes. Quod quam indecorum, quamque contumeliosum sit, molles, effoeminatos, manicatos, tiaratos, teristratos, mendaces, neutros <sup>35)</sup>, desides, purpuratos incedere; heroes vero, viros scilicet fortes, scientes bellum, fidei, charitatisque plenos, Deo subditos, virtutibus plenos non: quid est, si non haec contumelia est? Sed ubi est, inquam, DImperatorius sermo? ubi Imperialis promissio? cum enim illi valedicerem, rogavi, ut in Ecclesiae honorem quantivis pretii me permitteret pallia emere. Qui ait, qualia vis et quanta? *ποιότητα καὶ ποσότητα*, id est qualitatem et quantitatem ponens differentiam plane non posuit, ut diceret, his, et illis exceptis. Testis est Leo Coroplastes frater eius; testis est et interpres Evodisius, Ioannes, Romanus; testis sum ipse, qui, quod Imperator diceret, etiam si interpres abesset, intellexi; sed *καλυόμενα*, id est prohibita sunt haec, inquit. Et cum, quae asseris, Imperator diceret, de talibus saltem, ut somniores, non potuit cogitare: ut enim divitiis, sapientia; ita et caeteris nationibus Epraestare veste debemus: ut quibus est singularis in virtutibus gratia, sit singularis et in pulcritudine vestis. Haud quaquam singularis, inquam, haec vestis fieri potest, cum penes nos obolariae mulieres et mandrogeruntes his utantur. Unde, inquit, vobis? A Veneticis, et Amalphitanis institoribus, inquam, qui nostris ex victualibus, haec ferendo nobis, vitam nutriunt suam. Sed non amplius hoc facient, aiunt. Scrutabuntur plane, et si quid huiusmodi inventum fuerit, verberibus caesus, crine tonsus poenas dabit. Temporibus, inquam, beatae memoriae Constan-

33) κεραμοῦ. Can. intelligit. Can.

34) Alias *Baioarios*. Mur.

35) Eunuchos



Col. 2  
 tini Imperatoris huc veneram, non Episcopus, sed Diaconus; nec ab Imperatore, aut Rege, sed a Berengario Marchione missus, et multo plura ac pretiosiora pallia emi: quae neque scrutata, nec a Graecis visa, nec plumbo sunt signata. Nunc, Deo miserante, Episcopus, et a Magnificis Imperatoribus Ottone, et Ottone, patre, et filio missus, tanto inhonestior, ut Veneticorum more pallia mea notentur, et quae quantivis pretii videntur, auferantur, cum in Ecclesiae mihi commissae usus ferantur. Non taedet vos contumeliarum mearum, immo dominorum meorum, in quibus contemnor? quod sum custodiae traditus, quod fame sitiue cruciatus, quod non ad ipsos redirem hucusque retentus, nisi etiam ad cumulum dedecoris eorum propriis expolier rebus? auferite saltem, (quae sunt empta, dimittite) quae sunt dono ab amicis donata. Constantinus, inquit, Imperator, homo lenis, in palatio manens perpetuo, huiusmodi rebus amicas sibi nationes effecerat: Nicephorus vero Basileus, homo *ταχύχειρ*, id est militiae deditus, palatium, ceu pestem abhorret; et vocatur a nobis prope simultatis amator, atque argumentosus, qui non pretio sibi gentes amicas, sed terrore et gladio sibi subditas facit. Atque ut cognoscas, quanti dominos tuos Reges habeamus, quae data sunt coloris huiusmodi, et quae empta, via eadem ad nos revertentur. His dictis, atque completis *κρυσσοβούλιον*, id est C epistolam auro scriptam et signatam mihi dederunt, vobis deferendam, sed non vobis dignam, ut mens credit mea. Tulerunt autem et alias literas argento signatas, atque dixerunt: Papam vestrum Imperiales recipere literas indignum esse diiudicamus. Mittit autem illi Coroplates, Imperatoris frater, non per suos pauperes nuncios, sed per te epistolam se satis dignam, ut, nisi resipuerit, funditus se periisse cognoverit. Hanc cum accepissem, vale mihi dicentes, dimiserunt, oscula praebentes satis iucunda, satis amabilia. Sed dum recederem, legationem mihi non me, sed illis satis dirigunt dignam, scilicet quod mihi soli, meisque D equos darent. Sarcinis nullum: sicque nimis, ut res poscebat turbatus, *διασώσθη*, id est ductori meo, quinquaginta aureorum res pretio dedi. Et cum non haberem, quod pro malefactis Nicephoro tunc redderem, hos in pariete invisae domus meae et in mensa lignea versiculos scripsi:

*Argolicum non tuta fides: procul esto Latine.  
 Credere, nec mentem verbis adhibere memento.  
 Vincere dum possit, quam sancte peierat Argos!  
 Marmore quae vario magnis patet alta fenestris  
 Haec inaquosa domus, concluso pervia soli,  
 Frigora suscipiens, aestum nec saeva repellens.  
 Praesul ab Ausonia Luitprandus in urbe Cremona  
 Constantinopolim pacis profectus amore  
 Quattuor aestivis concludor mensibus istis:  
 E Induperator enim Bareas <sup>36)</sup> conscenderat Otto,  
 Caede simul, flammisque sibi loca subdere tentans,  
 Sed precibus remeat Romanas victor ad urbes  
 Inde meis. Nurum promisit Graecia mendax,  
 Quae nec nata foret, nec me venisse doleret,  
 Nec rabiem Nicephore tuam perpendere quirem,  
 Privignam prohibes, qui nato iungere herili.  
 Imminet ecce dies furiis cum pulsus acerbis,  
 Ni Deus avertat, toto Mars saeviet orbe,  
 Crimine, pauxque tuo cunctis optanda silebit.*

P. 488 His conscriptis versibus sexto Nonas Octobris hora decima ex  
 Col. 1 illa quondam opulentissima et florentissima, nunc famelica, per-  
 iura, mendace, dolosa, rapace, cupida, avara, cenodoxa civi-  
 tate cum diasoste meo lintre egressus, diebus quadraginta et no-  
 vem, asinando, ambulando, equitando, ieiunando, sitiendo, su-  
 spirando, flendo, gemendo Naupactum veni, quae est Nicopo-  
 leos civitas: in qua diasostes meus me deserens duabus parvis  
 impositum navibus duobus me mandatoribus, qui Hydrantem me  
 per mare conducerent, commendavit. Verum cum entolin, id  
 est praeceptum ius captionis a Graecorum Principibus non ha-  
 berent, ubiubi spernebantur: nec iam nos ab ipsis, sed ipsi a  
 nobis alebantur. Quam saepe illud Terentianum mecum stoma-  
 chabar: Tutore opus est, quos defensores paras. Igitur Nonis  
 Kalend. Decemb. Naupactum egressus, biduo ad Offidarim <sup>37)</sup>  
 fluvium usque perveni, ut <sup>38)</sup> meis comitibus non in naviculis,  
 quae eos capere non poterant, residentibus, sed secus litus per-  
 gentibus. Positi itaque in Offidaro flumine, Patras alio maris in  
 litore decem et octo miliaribus distare prospeximus: quem Apo-  
 stolicae passionis locum, quia Constantinopolim ascendendo visita-  
 vimus, adoravimus: nunc eum visitare et adorare (confiteor

36) Fort. *Barim*, sive *Barium*. *Mur.* 37) *Alias Ophidarim. Can.*  
 38) *Locus imperfectus. Mur.*

peccatum meum) distulimus. Fecit hoc, Domini mei Augusti, revertendi ad vos, et videndi ineffabile desiderium; et ni hoc solum esset, perpetuo, ut puto, perierim. Pugnavit contra me<sup>O</sup> insensatum Auster mare flatibus ab imis turbans sedibus. Quumque hoc continuis diebus ac noctibus faceret, pridie Kalend. Decembris, ipso scilicet passionis die, intellexi meo mihi hoc accidisse delicto. Sola vexatio intellectum dedit auditui. Fames quippe nos vehementer oppresserat. Terrae incolae ut nostra nobis auferrent, interficere nos cogitabant; mare ne effugeremus, fluctibus aestuabat. Tum conversus ad Ecclesiam, quam videbam, flens et eiulans inquam: Sancte Andrea Apostole, compiscatoris, confratris, et coapostoli tui Simonis Petri sum servus. Passionis tuae locum non abhorruì, nec superbia declinavi: urit me domum redeundi Augustalis visio, Augustalis<sup>D</sup> amor. Si te ad indignationem commovit peccatum meum, eliciat ad misericordiam meorum meritum Augustorum. Non habes, fratri quod conferas; confer diligentibus fratrem Augustis, inhaerendo ei, qui omnia novit. Nosti tu quanto labore et sudore, quantisque vigiliis et impensis Romanam fratris tui Petri Apostoli Ecclesiam ex impiorum manibus ereptam ditaverint, honoraverint, exaltaverint, et in statum proprium reformaverint. Si mea me praecipitant opera, ipsorum saltem liberent merita: quosque vult praedictus, fide et sanguine frater tuus Apostolorum Princeps Apostolus Petrus, in aliis rebus gaudere et prosperari, in hac, id est, in me, quem ipsi direxerant, minime contristari. Non est, Domini mei Augusti Imperatores, verum<sup>E</sup> dico, non est adulatio haec, nec consueo nunc pulvillos sub cubito manus; res, inquam, vera est: post biduum vestris meritis tanta est fretum tranquillitate sedatum, ut, cum nautae a nobis aufugerent, ipsi Leucaten usque navigaremus, milliaribus scilicet centum et quadraginta nihil discriminis aut tristitiae patientes, nisi parum in faucibus fluminis Acheloi; ubi discurrentes velociter fluctus eius maris unda reverberat. Quid ergo, praepotentes Augusti, retribuētis Domino pro omnibus, quae Col. 2 retribuīt in me vobis? dicam quid. Hoc Deus vult, hoc petit; et quamvis sine vobis hoc facere possit, vult tamen huius rei esse hypurgos, id est ministros: ipse enim quod ei offeratur dat; custodit quod exigat, ut possit coronare quod praestat. Adver-

tite igitur quaeso. Nicephorus cum omnibus Ecclesiis homo sit impius, livore, quo in vos abundat, Constantinopolitano Patriarchae praecepit, ut Hydruntinam Ecclesiam in Archiepiscopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia seu Calabria Latine amplius, sed Graece divina Mysteria celebrari. Mercatores dicit fuisse praeteritos Papas, et Spiritum Sanctum vendidisse, quo vivificantur et reguntur omnia, qui replet Orbem terrarum, qui scientiam habet vocis, qui est cum Deo Patre et Filio eius Iesu Christo coaeternus, et consubstantialiter, sine initio, sine fine, permanens verus, qui pretio non aestimatur, sed a mundis corde tanti emitur, quanti habetur. Scripsit itaque Polyeuctus Constantinopolitanus Patriarcha privilegium Hydruntino Episcopo, quatenus sua auctoritate habeat licentiam Episcopos consecrandi in Acirentila, Turcico, Gravina, Maceria, Tricario, qui ad consecrationem Domini Apostolici pertinere videntur. Sed quid hoc memorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostrae Sanctae Catholicae atque Apostolicae Ecclesiae Romanae merito cedit subiecta? Scimus, immo videmus Constantinopolitanum Episcopum pallio non uti, nisi Sancti Patria nostri permissu. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, dominumque Apostolicum quasi servum proprium in conclavi teneret; Romanus Imperator filium suum Theophylactum eunuchum Patriarcham constituit: cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis ei muneribus satis magnis, effecit, ut ex Papae nomine Theophylacto Patriarchae literae mitterentur: qua <sup>89)</sup> auctoritate cum ipse, tum successores eius absque Papatum permissu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarchae, sed etiam Episcopi totius Graeciae palliis utantur. Quod quam absurdum sit, censore opus non est. Est ergo meum consilium, sanctam fieri Synodum, et ad eandem vocari Polyeuctum, quod si venire, et *σφάλματα* sua, id est vitia superius scripta, canonicè emendare noluerit; quod sanctissimi Canones decreverint, fiat. Vos interim, praepotentes Augusti, ut coepistis, laborate: efficite, ut, si nolit vobis Nicephorus, quem canonicè arguere disponi-

89) Fort. *quarum. Mur.*

mus, obedire, audiat vos, quorum copiis non audeat cadaverosus occurrere. Hoc, inquam, est, quod nos Apostolici Domini et commilitones nostri facere volunt. Non est a Graecis Romanus vilis tenendus locus, quia recessit inde Imperator Constantinus; verum eo magis colendus, venerandus, adorandus, quia venerunt illuc Apostoli doctores Sancti, Petrus et Paulus. Ac de his satis me scripsisse sufficiat, donec Deo largiente, Sanctissimorumque Apostolorum orationibus, ex Graecorum ereptus manibus, vos adeam. Et tunc non taebeat dicere, quod hic nunc piguit scribere; nunc ad propositum redeamus. Octavo Idus Decembris Leucatem venimus, ubi ab Episcopo ipsius loci Eunucho, sicut et ubique ab aliis, inhumanissime suscepti et tractati sumus. In omni Graecia, veritatem dico, non mentior, non reperi hospitales Episcopos. Divites sunt, pauperes sunt: divites aureis, quibus plena luditur arca: pauperes ministris, seu utensilibus. Sibi mensulae assident nudae, paximacium<sup>40)</sup> sibi apponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes sed sorbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt; ostia ipsi claudunt, ipsi aperiunt; ipsi dapiferi, ipsi agatones, ipsi capones; sed, ha, capones volui scribere; verum res ipsa, quae vera est, veritatem etiam nolentem compulit scribere: dicimus enim, quia capones sunt, id est eunuchi, quod canonicum non est: sunt et B capones, id est tabernarii, quod contra Canones est: quorum

P. 489  
Col. 1

*Incipit et claudit coenam lactuca tenacem,  
Claudere quae coenas lactuca solebat avorum.*

Felices eos, si paupertatem Christi haec imitaretur, pauperes iudicaret. Facit hoc asper nummus, et auri sacra fames. Verum parcat illis Deus. Hoc eo illos puto facere, quoniam eorum Ecclesiae sunt tributariae. Leucarensis mihi iuravit Episcopus, quotannis Ecclesiam suam debere Nicephoro aureos centum persolvere, similiter et caeteras plus minusve, secundum vires suas. Quod quam iniquum sit, Sanctissimi Patris nostri Ioseph acta demonstrant; quia cum Aegyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, Sacerdotum terram a tributo liberam esse permisit. Igitur decimo nono Kal. Decembris Leucatem exeuntes, ipsique, quoniam, ut superius scripsimus, nautae effuge-

40) Id est panem nauticum. Mur.

rant; navigantes decimo quinto ad Coriphus pervenimus, ubi ante navis egressionem occurrit nobis strategos quidam Michaël nomine, Chersionitis a loco scilicet Chersona: homo ipse canus capite, facie hilaris, sermone bonus, risu semper iucundus, sed, ut post patuit, mente diabolus: quod et Deus apertis mihi monstravit indicibus, si mea tunc mens hoc potuisset conicere; mox enim, ut pacem, quam corde non ferebat, mihi osculo dedit, tota Coriphus magna scilicet insula tremuit: nec solum semel, **D**sed ter eadem die pertremuit. Postque triduum autem, **Col. 2** mo quinto scilicet Kalend. Decembris, dum in mensa positus panem comederem, qui ampliabat super me calcaneum suum, vercundatus sol facinus tam indignum lucis suae radios abscondit, et eclipsin <sup>41)</sup> passus Michaëlem illum terruit sed non immutavit. Dicam ergo, quid illi causa amicitiae fecerim, quidnam ab eo pro recompensatione perceperim. Dum Constantinopolim ascenderem, illud vestrum pretiosissimum scutum miro opere deauratum et fabricatum, quod mihi Domini mei Augusti dedistis, caeteris cum muneribus, ut amicis meis Graecis darem, filio ipsius contuli. Nunc Constantinopolim rediens patrem pallio donavi pretiosissimo; pro quibus omnibus gratias distribuit Beiusmodi. Scripsit Nicephorus, ut quacumque hora se adirem, absque mora chelandio impositum Leoni Kitonitae dirigeret; quod ipse non fecit: verum diebus viginti me retentum non suis, sed propriis me stipendiis aluit, donec a praefato Leone Kitonita nuncius venit, qui illum cur me moraretur, obiurgavit. Verum cum obiurgationes meas, lamenta, et suspiria mea ferre non posset, recessit, meque homini tam iniquo et pessimo commendavit, ut sumptus saltem me emere non permitteret, donec a me cortinam, librae argenti pretio dignam, acciperet: et quum post viginti dies inde discederem, nuncius ipse, cui cortinam dederam, nauclero iussit, ut post acroteria, id est promontorium quoddam, me positum fame perire permitteret. Hoc autem eo fecit, quoniam ne purpuras haberem absconditas, mea pallia regyavit: ex quibus dum unum vellet accipere, non accepit. O Michaëles, Michaëles, ubi vos tot simul talesque reperi! custos meus ille Constantinopolitanus Michaëli suo rivali me

41) Fuisse hoc anno solis eclipsin 22. Decembris Curopalates testatur. *Mur.*

commendavit, malus pessimo, pessimus iniquo. Michaël vocatus est et diasotes meus, homo quidem simplex; cuius sancta simplicitas tantum mihi pene nocuit, quantum et istorum perversitas. Sed ab his parvulis Michaëlibus impegi in te Michaëlem magnum, semieremitam, semimonachum. Dico, et verum dico; non proderit tibi balneum, quo te assidue potas in amore Beati Ioannis Praecursoris. Qui enim fecte Deum quaerunt, numquam invenire merentur. . . . . 42)

42) Caetera desunt in MS. Cas.

---

---

# EXCERPTA EX HISTORIIS ARABUM

## DE EXPEDITIONIBUS SYRIACIS

NICEPHORI PHOCAE ET IOANNIS TZIMISCIS.

---

*Christianus Lassenius Phil. Dr. lectoribus S. P. D.*

Rogavit me Vir illustris, *Niebuhrus*, ut ad novam, quae mox prodibit, Leonis Diaconi editionem adornandam ex Arabicis libris, quorum consulendorum in hac urbe mihi facultas data esset, excernerem quae ad res ab imperatoribus Nicephoro Phoca et Ioanne Tzimisce in oriente gestas illustrandas facerent. Quam occasionem ad istorum temporum historiam perspicendam aliquid ex orientalibus fontibus conferendi propter summi viri apud me auctoritatem et insignem erga me benevolentiam libentissime arripui. Diligenter igitur qui mihi praesto essent historiae orientalis scriptores perlegi, ex quibus quae excerpsti, hoc ordine disposui.

Primo loco exhibui excerpta ex Abulpharagii sive Barhebraei Chronico Syriaco, quod quadraginta abhinc annis publici iuris fecerunt V. V. D. D. *P. I. Bruns*, professor Helmstadiensis, et *G. G. Kirsch*, rector Hofensis. Auctor Chronici medicus fuit Melitenensis, religione Christianus; historiam universalem a creatione mundi usque ad finem saeculi decimi tertii summatim et breviter exposuit libro, qui minime est contemnendus, dum copiosiores et accuratiores Orientalis historiae commentarii, Arabica maximam partem conscripti lingua, scriniis sepulti et curiosorum oculis detracti iacent. In libro, de quo h. l. dicitur, componendo lingua usus est Abulpharagius (in ceteris fere Arabice loquitur) Syriaca, cuius quum prorsus sim ignarus, de in-



terpretatione nullum penes me est iudicium, quanquam compareret, adeo verborum tenaces fuisse interpretes, ut sermone parum Latino usi sint; attamen difficile sane est, ingenio linguarum Orientalium accommodare Latinam et saepenumero vereor, ne idem quod mox in aliis castigabam, alii in me castigaturi sint.

Abulpharagium excipiunt excerpta ex annalibus Abulfedae, a *Reiskio* Latine redditis et post mortem viri doctissimi et linguae Arabicae apprime periti Arabice et Latine editis ab *I. G. C. Adler*, professore Hafniensi. Notus est auctor neque instituta de eo disputatione tempus obsidebo lectoris. Ex notis Reiskianis eas tantum retinui, quae rebus dilucidandis inservirent, ceteris, quae huc non facerent, omissis.

Ex Elmacini historia Saracenicæ quae excerptæram, omnino omisi, quum comparatione facta vidissem, nil fere ab eo memoriae proditum fuisse, quod non copiosius et melius iam traditum sit ab Abulpharagio et Abulfeda.

Ultimo denique loco Latine interpretatus sum partem libelli, ante hos octo annos editi a *V. clariss. G. W. Freitagio*, lingg. Orientt. in hac Academia prof. publ. ordin., quem linguae Arabicae praeceptorem ipse veneror, hoc sub titulo: *Regierung des Saahd-Addaula zu Aleppo. Aus einer Arabischen Handschrift herausgegeben von G. W. Freitag.* Textus Arabicus, qui heic primum typis exscriptus est, excerptus est e codice Arabico Parisiensi, cuius partem iam antea publici iuris fecerat idem vir doctus, hoc indice: *Selecta ex historia Halebi; ed. G. W. Freitag. Lutetiae Parisiorum. 1819.* Praemissa est copiosa et bonae frugis plena editoris praefatio, in qua de auctoris vita et fide libro eius habenda accurate disputatum est; brevibus igitur h. l. rem expedire possum. Natus est auctor anno Arabum 588 Halebi; nomen ei fuit Ohmaro ben-Ahmed, designatur autem plerumque cognomine Cemaleddini (l. l. p. XXXVI). Vir fuit raræ doctrinae, eximiae prudentiae, ad res agendas natus atque aptus, summisque honoribus a principibus suis ornatus; diem obiit supremum anno 660 Mizri, oppido Aegyptiaco. Historiam Halebi inde a primis urbis initiis diligenter et accurate, puro et simplici dicendi genere usus, memoriae mandavit, veritatis prae ceteris studiosus; qua de re iudicent lectores ipsi, si excerpta

ex annalibus eius Halebensibus cum scriptoribus rerum Byzantarum comparare velint.

Excerpta ex quovis auctore separatim exhibui, hoc potissimum consilio, ut facilius intelligeret lector, quas de quaque re gesta quisque tradat. A notis supervacuis addendis manus abstinui; minime enim ratus sum, hunc mihi datum esse locum, ut cognitionem litterarum Orientalium qualemcunque probarem, neque ullam cum scriptoribus historiae Byzantinae comparationem institui, quippe quod fines provinciae mihi demandatae excederet.

Restat, ut tribus verbis dicam de Seifeddaula, domino Halebi, patre Saahd-addaulae, cuius saepius in hisce excerptis mentio facta est. Oriundus is fuit ex nobili familia Hamdanidarum, cui nomen inditum est ab auctore, Hamdano, avo Seifeddaulae. Post varia fata annis denique 333 et 334, qui incidunt in annos p. Chr. n. 944 et 945, Halebi eiusque ditione potitus est Seifeddaula, ibique regnum suum stabilivit. (Cf. Abulf. Tom. II, p. 435. Select. ex hist. Hal. p. 37 seqq. cf. edit. not. ad h. l.) Saepius regiones Graecorum lacesavit susceptis expeditionibus, quas longius persequi ab hoc loco alienum foret. (Abulf. l. l. p. 457; 461; 467. Elmac. p. 275; p. 477 seqq. p. 286 seqq. Abulphar. p. 195 seq.) Mortuus est anno 356. (Abulf. p. 493. Sel. ex hist. Hal. p. 138. Elmac. p. 280.)

Mentionem Seifeddaulae iniecit Leo (libr. II, cap. 1 — 5.) sub nomine Chambdani, i. e. Hamdani, quod non ipsi, sed avo nomen fuit. Ad expeditionem, de qua l. l. dicit Leo, referendum est excerptum ex Abulpharagio, quod statim ab initio exhibui; eandem expeditionem memorant Abulfeda et Cemaleddinus, quorum verba h. l. legere haud gravabitur lector.

Cemaleddinus p. 134: „Anno 348 vel 349 Seifeddaula regiones Graecorum invasit. Quum, multis incolarum occisis, multisque captis, praeda potitus, per angustias Magharas-Alcohol redire animo haberet et versus eas iter flecteret, Leoni filio Phocae domestico, qui ad illas ipsum praecesserat, occurrit. Praelio ibi commisso Seifeddaula vincitur. Hostes Muhammedanis praedam captam eripiunt, thesauro impedimentisque Seifeddaulae potiuntur. Multi in hoc praelio vitam amittunt, et Abu-Ferasus Alharetus ben-Sahid ben-Hamdan captivus factus, ab hostibus Car-

shanam ducitur. Inde Constantinopolin missum anno 354 patriciis, quos captivos fecerat, datis, Seifeddaula eum cum aliis redimit.”

Abulfeda Tom. II, p. 469: „Eodem anno (i. e. anno fugae 349, qui 2 Martii A. C. 960 coepit) impetebat Seifeddaula Hamdanides Romanam ditionem nova incursione, ingente cum exercitu; subiebat urbes et arces, urebat, vastabat, trucidabat homines, pecora et homines abiebat, Charsianum \*) usque procedebat. Sed redituro domum intercipiebant Graeci viam per pylas, eaque ratione non tantum sua recuperabant omnia, etiam hostis potiebantur impedimentis, et quam passi fuerant, iacturam tanta compensabant in Seifeddaulae copias edita strage, ut ipse vix cum treceptis salvus evaderet. Id futurum praeviderant rerum bellicarum istorumque locorum usu periti, suaserantque propterea Hamdanidae, nollet via, qua isset, eadem redire. Ille vero spreverat consilium, vir solus sibi sapiens, monitoribus asper, qui omnia per se, nemine consulto, gerere volebat, ne, si quid rei prospere succederet, id consiliariorum sapientiae, non suae, imputaretur.”

Dabam Bonnae ad Rhenum die 23 Iunii.

---

## I. EX GREGORII ABULPHARAGII CHRONICO SYRIACO.

(Cf. ed. Brunii et Kirschii p. 197 sqq.)

---

Eo anno (Arabum 348) qui Graecorum est 1272, mortuo rege Constantino, regnare coepit filius eius Romanus, qui senatum virosque principes multum honoravit, erga omnes autem magnanimus fuit. Eo anno Iones, qui etiam Schumusichig, dux exercitus, et Nicephorus, domesticus, missi ab eo in Arabum fines, progressi sunt usque ad Abiram, unde, occisis 100 militibus, et incensis frugibus, cum triginta captivis abierunt. Siphoddaula, Halebi Emira, cum 3000 egressus, Carschenam quum pervenisset, permagnam praedam inde abduxit. Redux, pro-

\*) i. e. Charschanam, urbem ditionis Graecae prope Malathiam. *Laas.*

pterea quod Romani omnes angustos exitus interceperant, cum 100 tantum ex servis suis evasit. Reliquos Romani partim occiderunt, partim vinctos cum praeda recuperata reducerunt, multis insuper equis, armis et numis, qui Siphoddaulae, filii Hamdani fuerant, potiti. Nobilium, qui cum eo (militaverant), simul occisi sunt, Hamed, filius Namusi, Mususia Chan et Cadi Abu-Hozain.

Anno 350 Arabum magna Arabum caterva, Antiochia Tarsum profecta, in Romanorum insidias incidit, qui ex iis aliquos occiderunt, reliquos magnam turbam vinctos abduxerunt. Indignati sunt Arabes, ideoque servus Siphoddaulae, Naga, irruptione a latere Miphraetae in Romanorum regionem facta, magnam praedam cum 2000 hominum, et in his 50 catenis vinctos abduxit.

Anno Graecorum 1274, Arabum 351, Nicephorus domesticus, cum 100,000 equitum in Ciliciam profectus, Anazarbam obsedit gravique bello vexavit, donec qui intus erant Arabes, de auxilio desperantes, pacti, ut si arcem traderent, incolumes cum facultatibus exirent, fide a Nicephoro accepta, maxime quod viderent, hostes a montis latere murum brevi perrupturos, portas aperuerunt. Nicephorum, quum ingressus vidiasset, parum abfuisse, quin gladii ope sine molestia aperiret (urbem), poenituit promissum. Itaque edixit, ut in oratorium templum omnis populus congregaretur et quicumque non introiret, sanguine poenas lueret. Insequenti die pedites mane in urbem intromissi, quemcunque invenerunt, viros, mulieres et pueros, trucidarunt. Tum comportari arma in urbe coepta. Inventa sunt 40,000 loricarum praeter gladios et arcuum magnum numerum. Palmarum arborum 40,000 succisa sunt. Exire deinde omnes, qui in templo erant, iussit, et quorsum vellent, abire, mortem minatus omnibus, qui ad vesperam remanerent. Exeuntes adeo se compresserunt, ut multi eorum, viri, mulieres et liberi ea compressione perirent. Multi in via mortui sunt. Qui autem remanserunt, quorsum tenderent, ignorabant. Nicephorus templum evertit et duos urbis muros nec non aulas destruxit. Duobus et viginti diebus, quibus in Cilicia commoratus erat, Nicephorus 55 arces cepit, partim vi, partim deditioe. Quum ex arce quadam, quam domini eius fide accepta tradiderant, mulieres Arabes egrederentur, et in has Armeni quidam irruerent, mariti earum zelo correpti,

gladios strinxerunt. Nicephorus Arabibus, qui gladios strinxerant, iratus, 400 viros et mulieres multas occidit. Quia ieiunium quadragesimale appropinquaverat, Nicephorus cum suis Caesaream abiit, post festos dies rediturus. Tarsensis Arabum dux, coactis 4000, adortus Romanos victus et non ipse tantum, sed omnes etiam Arabes et frater quoque Tarsensis ducis, Bar-Rababi, occisi sunt. Romani, iterum Ciliciam ingressi, expugnauerunt arcem Ziz et praesidio non ei tantum, sed reliquis etiam arcibus imposito, profecti sunt Halebum. Opposuit se Siphoddaula Romanis, sed victus est. Ceciderunt etiam omnes Hamdani filii et ipse Siphoddaula cum paucis tantum caedem effugit. Subegit Domesticus aulam eius, quae extra urbis murum sita erat, ab eaque non tantum 390 argenti talenta, sed etiam 2400 mulos et armorum infinitum numerum exegit. Aula incensa, urbem ipsam oppugnavit, in cuius muro quum aperturam fecisset, Romani transgressi caedi non prius finem fecerunt, quam defatigati erant. Invenerunt in ea 1200 Romanos vincitos, quos in libertatem restituerunt. Plus quam 10,000 puerorum et puellarum abduxerunt et praedae tantum, quanto ferendo pares erant, asportarunt. Quod reliquum erat, combusserunt. Invenerunt lacus oleo olivarum plenos, quos aqua impleverunt, ut oleum omne supernataret et deinde in terram effusum corrumpetur. Tempa evertenterunt, quibus destruendis Romani novem dies absumserunt. Quum in eo essent, ut abirent, obstitit sororis filius regis Romani, Nicephorum in bellum secutus, „Non discedimus,” inquit, „donec arcem aperuerimus.” Nicephorus, qui adversari non posset, „En,” aiebat, „arx ante te est; abi, ut capias.” Hic regis sororis filius vix arcis portae appropinquaverat, quum quia lapis ex apertura super arcis porta contra illum proiectus apud eum deciderat, aversa facie fugit. Tum aperta porta Dailamita quidam, nomine Bascha, fugientem secutus, hastam inter humeros eius ita adegit, ut per pectus exiret, et hoc modo interemit. Reversi eius socii cadaver ad Nicephorum retulerunt, qui mortem filii sororis regis ulturus 1200 Arabibus, qui vincti apud eum custodiebantur, capita abscindi iussit; quo facto in terram Romanorum rediit. In vicis Halebi omnino nihil corruptit, imo agrestes ita commouit: „Ne cessate ab agricolatione; nam nostra est haec terra; brevi ad vos redibimus.” Hoc tempore iterum mille pedites

Armeni, in agrum Edessenum irrumpentes, 1000 oves, 500 tauros et 10 viros Arabes abduxerunt. Hisce temporibus quum Romani Arabibus praevalerent et diripiendo omnia usque ad Armeniam maiorem pervenissent, Armenorum illi, qui metu, ne ab Arabibus, propterea quod Christiani essent, vexarentur, auferant, in fines Romanorum se contulerunt. Romani dederunt illis Sebastiam in Cappadocia, unde, quum numerus eorum valde auctus esset, miserunt, qui arcibus ab Arabibus captis praesidio essent. In omnibus expeditionibus hi quoque Armeni pedites cum Romanis exierunt, prospere plerumque praeliantes. Nicephorum domesticum cum Romanorum copiis a Halebo reversum, quum Simandoam pervenisset, nuncio de morte regis allato, omnes viri principes cum Schumuschchigo unanimi consensu anno Graecorum 1276 pronuntiaverunt regem et servum eius Schumuschchigum domesticum. Hoc ad bellum cum Arabibus gerendum dimisso, ipse Constantinopolin ingressus in regno confirmatus est. Schumuschchig Mopsvestiam per 7 dies obsedit et quamvis plus quam sexaginta locis murum perfodisset, ingredi tamen non potuit. Itaque agrum eius et agros Adanae et Tarsi incendit. Mopsvesteni 5000 virorum Tarso auxilio venerunt, sed Romani obviam facti eos omnes occiderunt; quo facto, relicta urbe, discesserunt. In Cilicia magna fames orta est, quam ob rem permulti Arabes Damascum confugerunt. Etiam Halebi, Haranae et Edessae gravis fames fuit. Anno post Domesticus iterum Ciliciam ingressus Mopsvestiam oppugnavit per tres menses, sed expugnare non potuit; itaque quum morbi et pestilentia copias infestarent, tributo imposito abiit.

Anno Graecorum 1276, Arabum 354, quum rex Nicephorus Constantinopoli Caesaream Cappadociae sedem transtulisset, Tarsenses et Mopsvesteni, misso ad eum legato, deditionem pollicentes, regem ab eo expetierunt. Respondit ille: „Nunc demum quum de regum vestrorum auxilio desperantes canum cadaveribus iam vescimini et pestilentia vos absumit, mihi vos subiicietis (tam diu nempè) donec vires recuperaveritis, ut rebellare possitis. Vobis a me nil nisi gladius expectandus est.” Litteris eorum super legati capite ita combustis, ut huius quoque barba combureretur, legatum eiecit. Tum fama est quotidie 300 mortuorum lectos e Tarso elatos esse. Rex Nicephorus congregato exercitu

Mopsuestiam obsedit et postquam cepit die Saturni, die 13 mensis Radschabi huius anni, magnam caedem in ea edidit. Quum 200,000 virorum, mulierum et liberorum vincata in terram Romanorum misisset, ad Tarsum oppugnandum profectus est. Cuius cives quum supplices incolumitatem ab eo peterent, pollicentes se portas aperturos, miseratus eorum promisit, se vitam illis opesque servaturum. Ingressus urbem principes Arabes multum honoravit, mensae adhibuit et iussos, quidquid opum possent, secum auferre, Antiochiam misit, facta etiam potestate, ut quicumque non Antiochiam, sed in alias Arabum urbes ire mallet, quocumque vellet, abiret. Dedit quoque custodes tres patricios, qui ab omni eos iniuria defenderent. Armenis quibusdam, qui nonnullis Arabibus manus intulerant, manus nasosque amputavit, postquam multum flagellis caegi erant. Legatos in omnes vias cum illis misit et omnem dedit operam, ut bona cum pace ad Arabes, socios suos, pervenirent. Templum Tarsense equorum stabulum fecit. Tarso patricium cum 5000 equitum imposuit praesidium. Etiam Massisae alium patricium reliquit. Restituta Tarsus multum florere coepit. Tanta erat in ea annonae abundantia, ut 14 panis litrae una zuza venderentur. Multi ex Arabibus, priscis eius civibus, reversi sunt, quorum aliqui baptizati et Christiani facti sunt, aliqui, quorum tamen liberi omnes baptizabantur, in fide sua perstiterunt.

Anno post rex Nicephorus Amidam obsedit et, quum capere nequiret, Antiochiam multos dies oppugnavit, sed similiter capere non potuit; itaque incensis vicis hortisque vicinis abiit.

Anno Graecorum 1279, Arabum 357, Chorasani nonnulli cum 3000 Arabum Antiochenorum in Cappadociam irruerunt, sed 40,000 Romanorum, qui occurrerant, permultos Chorasanos et Antiochenorum tum interfecerunt, tum vincatos abduxerunt. Arabes Antiocheni Patriarcham Chalcedonensium occiderunt et ecclesias Antiochiae multas vastarunt. Romani Sarugum profecti 300 Arabes et multas pecudes abduxerunt.

Hoc anno, orto inter Chorasanos, qui Antiochiae erant et Arabes Antiochenos dissidio, Romani ex regione Antiochena 12 hominum millia, viros et mulieres, pueros puellasque, abduxerunt. Anno post, i. e. 1280 Graecorum, Romani-Caphar-

tutam profecti 800 homines cum multa praeda abegerunt. Quum Hamadam habitatoribus vacuum invenissent, igne tectis subiecto, abierunt.

Paullo post Nicephorus, Romanorum rex, Antiochiam obsedit et inde Tripolin perrexit, ubi omnia aedificia extra murum sita combussit. Inde profectus arcem Gazae bene munitam cepit et magnam numerorum vim ex ea egressit. Deinde inter Hamadam et Halebum consedit, ubi duos menses commoratus est. Captivanti et diripienti nemo erat, qui occurreret. Puerorum, puellarumque, qui apud eum vincti erant, 100,000 numerata sunt; inter quos non erat vir senex aut senex femina; nam hos partim occidit, partim liberos dimisit. Nisi mortalitas Romanos invasisset, etiam Halebum et Antiochiam cepisset. Hierosolimam quoque faciem converterat, quorsum tamen, quia milites eius caede patrata defatigati et praeda magna onusti erant, abire non potuit.

Anno 1280, qui est Arabum 359, Romani cum Christianis arcis Lucae prope Antiochiam sitae conspirarunt, convenitque inter eos, ut hi Antiochiam ingrederentur, seque metu Romanorum aufugisse significarent atque, donec exercitus Romanorum veniret, ibi remanerent, deinde ad urbem aperiendam manus intrinsecus praeberent. Quod quum hi fecissent, duorum mensium intervallo frater regis Nicephori cum 40,000 Romanorum murum Antiochiae cinxit et tum habitatores arcis Lucae a parte montis adiutores fuerunt, ut Romani Antiochiam introirent et caperent. Magna ibi caede facta, separarunt viros feminasque senes cum parvis statura eosque, quocunque vellent, discedere iusserunt. Virorum vero feminarumque juvenum et puerorum plus quam 10,000 in terras Romanorum miserunt. Halebum etiam 10,000 equitum quum misissent, Halebenses promiserunt, se quotannis Romanis certum quoddam tributum soluturos esse, in cuius rei fidem 800 obsides dederunt. Eo tempore multum bello inclaruit imperator Nicephorus, qui omnes Ciliciae urbes, Antiochiam et Syriam in potestatem suam redegit, quam ob rem omnes Arabum gentes metu percussae sunt. Itaque animo elatus imperatricem Theophaniam, Imperatoris Romani uxorem, invitam tamen, sibi coniunxit; neque hac re contentus duos huius filios, Basilium et Constantinum castrare voluit,



ut eorum progenie extirpata, ex se tantum regia proles deduceretur. Theophania autem, cognito eius consilio, de filiis suis admodum sollicita domesticum Schumuschkigum, quocum conspiraverat, muliebribus indutum vestibus cum quibusdam aliis iniuriam passis in palatii aedem noctu nativitatis servatoris introduxit et Nicephorum certiore fecit, se stirpis suae feminas quasdam ad se in ecclesiam vocasse, ut earum secum pernoctantium colloquio uteretur. Hac ratione quam primum imperatorem somno gravatum sentiebat, Schumuschkigus et qui cum eo erant, inducti in lecto eum occiderunt, eorumque, qui palatii portas custodiebant, plus quam 70 interfecerunt. Hanc caedis Nicephori causam in libris accurate scriptis invenimus; ea autem, quam beatus Mar-Michaël tanquam ab Ignatio Melitenensi acceptam refert, occisum esse ideo, quod in coniugio parum fidelis fuisset, minime veri similis est, quia, eo occiso, neque cum Schumuschkigo, qui post Nicephorum regnavit, neque cum alio quoquam rem habuit.

Anno 360 Arabum propterea, quod inventi erant duo Arabes noctu in templo iuxta coenobium Michaëlis Nestorianorum Mozalanorum sito occisi, Christianos Mozalanos Abu-Thagleb filius Nazeroddaulae 120,000 zuzarum multavit.

Anno 362 Arabum Domesticus cum Romanorum exercitu Nisibin profectus magnam stragem ibi edidit et per 22 dies nihil aliud egit, quam ut captivaret, diriperet et regionem vastaret. Postea quum Amidam tenderet, huius urbis dux militum impetravit a Mozalae praefecto, Abu-Thaglebo, ut magnas copias cum fratre suo mitteret. Romanos adorti victores Arabes fuerunt et Domesticum captum vinctumque, Romanis fugientibus, Mozalam miserunt. Abu-Thaglebus, quo amorem cum Romanis confirmaret, benignissime habuit Domesticum, qui tamen cancri morbo ibi obiit.

Hoc anno populus Bagdalenensis, qui multos Nisibenos in captivitatem incidisse, multos occisos esse audivisset, ad iram concitatus magnum adversus Chalifam Motium, ludibrio habitum, tumultum excitavit, quod pro Arabibus certare nollet, et in eius anam amicosque tela coniecit. Adierunt etiam nobilium quidam Emiram Azoddaulam, Cufae versantem, sollicitaruntque, ut contra Romanos milites mitteret.

Anno Arabum 364, Graecorum 1286, Romanorum imperator Ivan, idem ille Schumuschkigus, Syriam ingressus, Hamadam et Balbecum cepit et quum Damascum profecturus esset, Bar-Zaccath, nobilis Arabs Syrus, scripta ad Damasci praefectum, Phatganum, epistola, consilium ei dedit, ne, quum imbecillior esset, Romanorum regi obsisteret. Obtemperans ille huic consilio imperatori Schumuschkigo obedientiam et 300,000 zuzarum tributum promisit, quo imperator Schumuschkigus contentus fuit. Huic Damasco appropinquanti Phatganus obviam factus equo descendit et terram aliquoties osculatus est. Laetus hac re imperator equum conscendere eum iussit multumque honoravit. Iussus deinde, ut coram eo decurreret et militiae specimen ederet, quum decurrisset, imperatoris laude motus iterum equo descendit terramque osculatus est. Imperatoris iussu equum conscendit et quum ille unius tantum anni tributum exigeret, denuo descendit, terram osculaturus. Imperatori equum, quo vectus decurrerat, gladium et hastam postulanti non haec tantum, sed vestimenta quoque, aromata et decem equos cum multis hastis obtulit; sed imperator istum tantum equum et istam tantum hastam accepit, reliquis redditis, benevolentia eius contentus; imo amicitiam Phatganum splendidis vestibus et praeterea operibus auro fabrefactis, vestibus argento tectis et mulis donavit. Inde Sidonem profectus est, cuius cives obviam egressi se subiecerunt dona offerentes, quapropter iis relictis Beryton duxit, quam vi aperuit et diripuit. Inde Gabalam venit et quia eius incolae resistebant, vi etiam expugnavit. Direpta ea Tarsos profectus est, ubi imperatricis Theophaniae frater venenum ei potandum praebuit, quapropter in gravem morbum incidit et in urbem regiam reversus mortuus est, postquam quatuor annos regnaverat. Hic in agendo strenuus, corpore validus, animo fortis, bello felix erat. Statim a regni initio erga omnes magnanimum se praebuit, captivosque dimisit. Constantinopoli magnam ecclesiam aedificavit, multas urbes, multasque regiones subegit. Mortuum principes et plebes mirum in modum luxerunt. Post eum imperatoris Romani filii, Basilius et Constantinus, per 85 annos imperium obtinuerunt vero amore se invicem complexi. Basilius, quia bellicosior erat, Constantino fratre in urbe regia relicto, continuo cum Arabibus bella gessit.

---

## II. EX ABULFEDAE ANNALIBUS MUSLEMICIS.

(Cf. Tom. II, p. 477 seqq. ed. Reiak.)

Anno CCCLI (qui die 8 Febr. A. C. 962 coepit) occupabant Romani, duce Domestico \*) (Nicephoro Phoca), Ain-Zarba (v. Anazarbum) pacis pacto, paucisque aliquot ibi peremptis, plurimos inviolatos dimittebant. Iidem, eodem duce, victoriae instabant, vultum tam benigne monstranti. Halebum impetebant, et ipsa urbe, praeter arcem, potiebantur. Quod ita contigit. Domesticus Seifeddaulam securum, omniumque rerum ignarum derepente obruens, copiis per otium contrahendis excludebat. Correptis igitur paucis, qui aderant, iactabat Halebensis belli aleam, sed, amissis longe plurimis, cum exigua manu in fugam ibat. Sic patebat Graecis omnis ager urbi subiectus, patebat ipsius Seifeddaulae regia, cui nomen erat Darán (seu geminae domus) extra urbis ambitum sita, ubi tercentum argenti utres \*\*) inveniebant, quadringentos atque mille mulos, armorumque tantum apparatus, ut modum paene excederet. Urbis moenia tum admotis machinis quatiebant; depulsi tamen oppidanorum fortitudine, suaeque spe deiecti, proximum in montem, Gauschan, concedebant. Interim incidebat in cives et praetorii peditatum, seu praesidia, ob quasdam in urbe rapinas, seditio, quae moenia defensoribus, in forum concurrentibus, nudabat. Quam videntes Graeci solitudinem et intestinum tumultum, subito adorti, effringunt portas, gladioque in virilem aetatem grassantur; plus decem millia puerorum utriusque sexus asportant, et praedam cogunt incredibilem, cui deferendae quum non sufficerent, quae praesto aderant iumenta, igni dant quae auferre nequibant. Decimo ab ea victoria die receptui canebat Domesticus et gravem praeda exercitum deducebat per agrum Halebensem, pagis par-

\*) Ipsi imperatori Nicephoro Phocae tribuit Cedrenus occupationem Anazarbi p. 664, D; e quo patet Abulfedam temporum ordinem turbare; Cedrenus haec anno Nicephori Phocae imperatoris secundo adscribit, qui in A. Chr. 964 incidit. R. Cum Abulfeda tamen consentit Bar-Hebraeus; vid. *supr.* p. 12. L.

\*\*) Uter argenti continet decies mille numos argenteos. A.

cens, iussis tantummodo colonis serere et colere; altero anno se rediturum et fruges comportaturum esse.

I. I. p. 479.

Eodem anno expugnabant Graeci arcem Dalue, aliasque tres circum arces.

Eiusdem anni decimo mense auferabant iidem captivum ex urbe Manbeg, cui praeerat, Abu-Ferasum Haretum, filium Saldi, filii Hamdani. \*)

I. I. p. 481.

Eodem anno (i. e. CCCLII, qui die 29 Ian. A. Chr. 963 coepit) occiderunt Graeci suum imperatorem (Romanum iuniorem) eique alium subrogarunt. Tum filius Schemeschik (Tzimisces) evasit Domesticus. \*\*)

I. I. p. 483.

Anno CCCLIV (qui die 6 Ian. A. Chr. 965 coepit) Romanus imperator (Nicephorus Phocas) corona cinxit et tandem expugnavit Masisam, die Saturni, decimo tertio septimi mensis, et posteaquam gladio in incolas desaeviisset, parcebat reliquis et captivos secum in ditionem suam rapiebat. Ducenta fere millia hominum numerabat urbs. Inde petiti Tarsenses se submittebant et, incolumitate precibus impetrata, emigrare iussi sunt. Terra marique emigrantibus prosecutores, a quibus in tuta loca deducerentur, a Romano usque ad Antiochiam additi. Tarsi fanum tunc in stabulum abiit, suggestus in ignem; urbs aliis incolis et

\*) Cf. Elmacinum p. 223 et 224 (interpret. Lat. p. 278 et p. 280.) qui septennem fuisse captivitatem Abu-Ferasi ait, et anno demum 355 solutam, quum permutatio captivorum Romanos inter et Muslemos institueretur. Memorat Cedrenus p. 637 aliquem Chabdani, vel rectius Chandani, h. e. Hamdanidae Seifeddaulae affinem, quem *Ἀπολασίη* appellat, captum et Constantinopoli productum in triumpho fuisse. Diversus est a nostro Abu-Feraso, de cuius captivitate Graeci, quantum novi, non memorant. Illius, quem laudat Cedrenus, nomen est Abu'l-Aschajer. Genealogiam eius non constituerim. Elmacinus eum appellat Abulassjirim, filium Haseni, vicarium Seifeddaulae, scilicet in arce Tel-Patric eumque in carcere Constantinopoli periisse ait. R. Quadriennem captivitatem Abu-Ferasi fuisse, auctor est Abulfeda p. 497; cf. praeterea de Abu-Feraso quae annotant Cl. Freitag ad *Sel. ex hist. Hal.* p. 138. 139. L.

\*\*) Confundit noster h. I. tempora et homines. Deberat dixisse: anno 360 (Christi 969) peremptus fuit Romanus imperator (Nicephorus Phocas) et qui hactenus Domesticus fuerat, Ioannes Tzimisces, in eius locum successit. Nam Romanus, Nicephori antecessor, iamdudum fato suo decesserat. R.

novis aedificiis atque munimentis instructa. Dein redibant quidam paulatim ad pristinas sedes, alii prorsus non excesserant, Christianam fidem professi. His rebus gestis redibat Romanus Constantinopolin.

I. I. p. 487.

Anno CCCLV (qui die 27 Dec. A. Chr. 965 coepit) excurrebant Graeci in agrum Muslemicum. Primus impetus Amidam perculit, tum missa facta eius obsidione, Nisibinam; inde transgressi e Mesopotamia in Syriam, diu haerebant circa Antiochiam; tandem Tarsum repetebant.

Eodem liberabat Seifeddaula suum affinem, Abu-Ferasum Hamdanidam, e vinculis, facta captivorum permutatione, per quam Muslemorum ingens multitudo libertatem recuperavit.

I. I. p. 503.

Interea dum Mesopotamiae domini hunc in modum intestinis bellis ipsi sese lacerant, via patebat Romanis per Syriam usque ad Tripolin. Arcem Erach expugnabat eorum imperator. Inde tendebat Emessam, quam incolis vacuam facillime nactus (advenientis terrore patriam deseruerant), iniectis ignibus pervastabat. Ab ea excursionem redibat ad tractum maritimum, quem rapinis et populationibus desolabat, et octodecim suggestus (e totidem fanis maioribus) eiiciebat. Postquam duo menses incubisset Syriae, abibat domum praeda gravis et captivis numero haud facile complectendis.

Anno CCCLIX (qui die 13 Nov. A. Chr. 969 coepit) rursus invadebant Romani Syriam, et Antiochia violenter expugnata caedibusque et rapinis pervastata, Halebum petebant, quam Corubeh \*) tunc tenebat, Seifeddaulae mancipium, heri filio, Abu'l-Maaliio Scharifo extortam, ut modo diximus. Hic in arcem se receperat, urbe hosti permissa. Obsidione ad temporis aliquod tolerata, pactus Corubeh certum annum tributum pro Halebo et agro circa, Romanos avertebat, sumtis secum obsidibus abeuntes. Ita locus factus Muslemis ad pristinas sedes revertentibus. Iuris Halebensis autem tum erant hae praeturae, Hamata, Emessa, Cafar-Tab, Maarra, Apamea, Schaizar et his interiecta loca.

\*) In excerptis ex historia Halebi infra exhibendis scribitur hoc nomen Carghujah; quod, nisi fallor, recte se habet; omissis enim punctis diacriticis, quibus distinguuntur litterae Ghain et Ye ab Ain et Be, facile corrumpi potuit nomen illud in Corubeh. L.

In Armenia quoque Graeci Malazcardam \*) oppugnabant. Ut paucis complectar, totus ille tractus Syriae maritimus, et quae circa Euphraten, patebant Graecorum libidini, nemine neque hostem arcente, neque terras tuante, praesidiis et rectoribus nuda s

l. l. p. 507.

Deus tamen afflictis Muslemis praesidium aderat et liberator e tantis angustis. Ille enim ipse Romanus imperator, quem hactenus in Muslemicam ditionem adeo saevientem vidimus, qui spe atque cupidine totam Syriam iam devoraverat, qui orbem fidelem terrore sui compleverat, hoc ipso anno muliebribus insidiis occubuit. Erat ille Nicephorus, qui sublato decessore suo rege, uxorem eius in matrimonium duxerat stirpe ortus non regia, idque animo agitabat, ut superioris thori masculam prolem exsecaret, quo suae regiam dignitatem perpetuam assereret. Sed indignum et intolerabile facinus detestata et impedire nitens puerorum mater conspirabat cum Domesticum in viri caedem, structo in hunc modum dolo. Conscios, Domesticum puta et eius amicos, habitu muliebri deformatos, de nocte in sacellum aliquod, Nicephori cubiculo proximum, introducebat; et tyranno profundum stertente, foribusque obseratis, ipsa surgens per eam portulam intromittebat percussores, per quam e cubiculo aditus ad sacellum patebat. Itaque aggressus dormientem Nicephorum iugulabat Domesticus, deus autem eius ministerio quietem populo suo a molestissimo vexatore praestabat. Domesticus inde unum ex Imperatricis filiis, e priore matrimonio, et genuino sanguine regio creatum, Augustum nuncupabat. De cetero Domesticus is appellatur, qui regionum Byzantinarum cis Hellespontum in orientem porrectarum curam gerit.

l. l. p. 511.

Anno CCCLXI (qui die 23 Oct. A. Chr. 971 coepit) invadebant Graeci Djeziram (i. e. Mesopotamiam) Edessam, Nisibinam, caedibusque grassabantur et rapinis; contra quos auxilium implorantes Bagdadum confluebant extorres Muslemi. Quod in

\*) Malazcardae oppugnationem Elmacinus p. 280 ad annum 353 refert. Nam quod ibi bis legitur *regio Kerdae*, vitiosum est et Malazcarda proponendum. Forte conciliari possint hi duo auctores, si dicas Romanos hanc arcem, quam anno 353 ceperant, deinceps amisisse, et hoc demum rursus recuperasse. R.

tumultum plebem Bagdadica concitabat. Perferuntur miserorum querimoniae ad Bochteiarum, Bagdadi supremum Emirum, venatione tum temporis occupatum; qui promptam quidem operam laturum, et hostes finibus exacturum promittebat; ideoque Chalifae necessarios instruendae expeditioni sumtus rogabat, et invitum multumque obluctantem opibus haud contemnendis emungebat. Vana tamen ista omnia et ad speciem ludibriumque composita. Queri quidem Motius pecuniam sibi nullam esse; mirari, quare numos a se requirant, cui praeter nominis gloriam et dignitatis in publicis precibus speciem, in facultatibus et auctoritate reliquum nihil fecerint. Si tamen inique secum agere decrevisset, malle Chalifatum eiurare. At ridens Bochteiar frigidam excusationem, graviora et necessitatem tergiversanti admovendam minabatur. Quapropter coactus Chalifa vendebat suppellectilem, indeque coactum aes ad quadraginta millia drachmarum mittebat Buidae. Ille autem tantum aberat, ut eo, quo flagitaret, impenderet, ut, qui expeditionem contra Graecos vel fando nominaret, auditus nemo ex eo tempore fuerit, sed in necessitatibus deliciisque suis perdebat. Inde iactatum Bagdadi fuit vulgare illud scomma, multatum Chalifam a Bochteiaro fuisse (tanquam inferiorem a potiore, aut sentem a praetore).

I. l. p. 513.

Anno CCCLXII (qui die 11 Oct. A. Chr. 972 coepit) excurrebat Domesticus in tractum Maiafarekinae, quem depraedabatur. Huic Muslemos contemnti et incauto immittebat Abu-Taglab exercitum cum fratre, Hebatalla, qui praelio congressus fudit Graecos, ipsumque cepit Domesticum; quem in vinculis ad fratrem misit. Ea in custodia incidebat Domesticus in morbum, unde periit, invalida medicina, quam Abu-Taglab ipsi adhibebat.

### III. EX CEMALEDDINI ANNALIBUS HALEBENSIBUS.

Hoc anno (i. e. anno fugae 357) excurrebat agmen Romanorum, tum peditum, tum equitum, ex eis, qui finibus imperii tuendis relictis erant; numero erant V millia. Primum agrum Halebensis petebant. Quos quum aggressus esset Karghnjah cum exercitu Halebensi, captus est; ipse quidem paulo post

evasit, copiae autem eius fugatae sunt, multis ex satellitibus Seifeddaulae a Romanis captis. Deinde Imperator Romanorum Maahrra-Alnohmanam adortus est, oppidoque potitus, fanum maximum et maiorem aedificiorum partem dirui iussit. Eodem modo in Maahrra-Mazrinam saeviebat, vitae tamen incolarum, quorum MCC erant, pepercit, eosque in ditionem Romanam captivos abducendos curavit. Tum aggressus est Caferthabam et Schaizaram, cuius templum combussit, neque aliter Hamatam tractavit; Himza deinde expugnata, omnes qui eo confugerant captivos fecit. Tum Ircatam impugnavit, qua urbe capta incolisque in captivitatem redactis, ad Tripolin usque progressus est; sed quum vidisset, suburbia ab incolis iam fuisse combusta, Djabalalam se convertit, qua potitus, Laodiceam duxit. Convenit eum Abu'l-Hosainus Ali-Ben-Ibrahim-Ben-Iusuf-Alfuzai, quicum pactionem fecit ea conditione, ut obsides ex urbe sibi traderentur; asseruit autem ille, imperatoris se esse cognatum et quum Romanus maiores eius agnovisset, Sardeghum (Strategum) eum creavit; hac itaque ratione incolumes evaserunt Laodiceae incolae. Inde Antiochiam ducens in potestate sua tenuit 100,000 captivorum, puerorum, puellarum, iuvenumque; nam hos solos captivos fecerat, viris et foeminis provectioris aetatis, atque senibus aut interfectis aut dimissis. Dicitur omnino in hac expeditione 18 suggestis \*) potitus esse; vicorum autem quos diripuit et combussit, numerus definiri nequit.

Castris ante Antiochiam positis, neque cum incolis manum conseruit, neque omnino legatum ad eos misit, sed castellum e regione Antiochiae exstruxit, eique praeposuit Michaëlem Albordji (Burtzam), cuius dicto audientes esse iussu sunt duces limitanei. Quum rumor inter homines percrebuisset, id consilii Romano esse, ut totam hiemem Antiochiam obaidione cinctam teneret, aliasque mitteret copias Halebum oppugnatum, Karghujah Saahdaddaulae \*\*) persuasit, ut Halebum relinqueret, ne in urbe obsideretur. (Narrat deinde auctor, Karghujahum, qui Hadjibus, i. e. comes palatii Saahdaddaulae erat, summam rerum Halebensium sibi arrogasse, urbemque Halebum, arce exstructa, murisque refectis, munivisse, socio regni facto Bacdjuro, cui nomen Emiri inditum sit; imperatorem autem Roma-

\*) I. e. urbibus, ubi condita erant templa. L.

\*\*) Filio Seifeddaulae, de quo supra verba fecimus. L.



norum, hoc audito, domum reversum esse; factum esse hoc anno 358 mense Muharrem; deinde Saahdaddaulam, sociorum manu collecta, mense Ramadhano Halebum oppugnasse et manum cum Karghujah et Bacdjuro conservasse; tum pergit:) Scripsit deinde Karghujah ad Romanos et Patricium quendam, qui in finibus ditionis Romanae versabatur, rogavit, ut sibi auxilio veniret. Hic, unus eunuchorum Nicephori, nomine Thorbasi, copias eduxit, tum autem iter Antiochiam versus deflexit propter hanc causam, quod inter imperatorem Romanorum, quum is, secum ducens captivos et praedam, ut supra traditum est, Bukae \*) versaretur, et incolas huius urbis, qui Christiani erant, convenisset, ut hi Antiochiam migrarent, simulantes se metu Romanorum domicilia reliquisse, ita ut istic habitantes Romanis Antiochiam obsidione petentibus ad urbem expugnandam auxilium ferrent. Quo facto consilia cum Christianis Antiochiae incolis coniungere et Thorbasium certiozem fecere, vacuum esse urbem et praefecto destitutam. Incolae autem urbis Muhammedani muros deseruerant et negligetiores erant in urbe custodienda, quum exercitus Romanus ad XL millia, ducibus Thorbasio et Ianiso - ben - Schomeschkik, aggredereetur et Antiochiam obsidione cingeret. Incolae Bukae ab ea quam tenuerunt summi muri parte descenderunt et moenia urbis vacua reliquerunt; tum ascenderunt Romani et urbe potiti sunt. Factum hoc est nocte 13<sup>ma</sup> mensis Daulhidjdae anni 358: Penetrarunt Romani in urbem, combusserunt et captivos fecerunt, fuit autem nox nativitatia. Quum Romani montem urbis ascendissent, prehenderunt custodes et eis dixerunt: „Laudate et praedicate Deum magnum.“ Qui hoc non fecerit, hunc interfecerunt. Custodes itaque proclamaverunt: „Magnus est Deus neque Deus est praeter eum.“ Qua quidem re impediti sunt incolae, quo minus verum rerum statum animadvertent, donec Romani omnibus turribus potiti fuerint et omnes una clamorem ediderint. Omnes, qui ad portam Aldje-nan (hortum) dictam pervenire properabant, captivi facti sunt. Caterva autem, quae ad portam maris se congregaverat, repagula removit et hoc modo incolumis evasit.

Romani in monte urbis arcem extruxerunt et maximum fa-num suile fecerunt, posthac tamen patriarcha eo loco pro horto

\*) Ex hoc loco apparet mendose nomen scriptum esse ap. Abulpharag. p. 205, ubi Luca legitur. L.

usus est. Dein quum Thorbasius Halebum duceret, ut auxilium ferret Karghujah et Bacdjuro, qui ab Abu'lmaahlio (Saahdaddaula) oppugnatione premebantur, Abu'lmaahlius, obaidione relicta, primum Chunazereh, deinde Maahrria Cnohman profectus est; Graecos vero cepit cupido Halebi occupandae; urbem itaque oppugnarunt et a parte septentrionali expugnarunt; quo facto arcem circumsederunt. Tum res ad pactionem venit, hisce conditionibus, ut pro unoquoque locorum, magnorum atque parvorum, quae pacto inclusa essent, solveretur tributum denarii, 16 drachmas Islamicas pretio aequantis; et praeterea e regionibus pactione comprehendendis 700,000 drachmarum quotannis Romanis penderentur. Urbes Himz, Dsusijjah, Salmijjah, Hamah, Schaizar, Caferthab, Afamijjah (Apamea), Maahrria'Inohmân, Halebum, Djeblalsumak, Maahrria-Mazrin, Kennisrin, Atsareb usque ad limitem palatii, quod Atsarebum attingit et firmum vocatur, (tum universa regio, quae porrigitur) usque ad Arhab, Masufân, Cimar,\*) Barzaja et campum, qui prope Ahfas est, a dextera parte limitis: haec omnia permanserunt domino Halebi, cetera Graecis adjudicata sunt, (nimirum tota regio,) quae a Barzaja orientem versus extenditur usque ad fluvium Abu-Solaimân et pylas Sunjab dictas, tum ad Nafudsam, Awanam et Tel-Hamid et dextram Sadjuri ripam et quidem usque ad alveum fluvii, ubi in Euphraten sese exonerat. Ceterae pacis conditiones hae fuere:

Karghujah, duce (Emiro) Muhammedanorum, qui in hac dignitate permanere deberet, mortuo, res tradendas esse Bacdjuro, quo defuncto ab imperatore Romano eligendum esse ducem ex incolis Halebi; Muslemis autem non esse ius cuiusvis ducis constituendi. A Christianis nullum per hancce ditionem tributum esse exigendum, iis tantummodo exceptis, qui ibi domum aut villam possiderent; si adveniret exercitus Muslemicus, expeditionem in nomen Romanum facturum, defendendum esse a Karghujah hisce verbis: „duc per alias regiones ac nostras; ne intres ditionem pactionis”; sin dux harum copiarum haud pareret, armis esse petendum et vi repellendum; cuius rei sin minus potis esset Karghujah ipse, litteris adeundos esse imperatorem Graecorum et Thorbasium, ut copias mitterent hostibus repellendis parës. Si quid comperissent Muslemi de adventu magni exercitus (hosti-

\*) Nomen in codice punctis diacriticis caret, ideoque incertae est scripturae.

lia), scribendum esse ad imperatorem et ducem copiarum, ut hi, de re certiores facti, rebus suis consulere. Sin autem expeditionem in terram Muhammedanorum suscipere in animo haberent imperator et dux copiarum Romanorum, obviam eundum esse a Bacdjuro usque ad locum, ubi imperatum ei fuisset; atque Bacdjuro Romanum per ditionem pacis comitante, non fugiendum esse ab incolis vicorum, ita ut emeret exercitus Romanus quo opus ei esset, praeter stramentum, quod pro more bellico nulla solutione facta suppeditandum esset; a duce Muhammedanorum usque ad fines obviam esse eundum copiis Romanis, ut eis praesto esset; quae quum extra fines egressae essent, licitum esse Emiro in ditionem suam reverti. Si expeditionem facerent Romani contra sectam ab Islamo diversam, coniungendum esse exercitum Emiri cum Romano et consociatis armis dimicandum, utut iussus fuerit Emirus. Si quis ex Muslemis religionem Christianam amplexus fuisset, nil contra eum permissum esse Muslemis, neque Christianis permissum esse quid contra quemlibet Christianorum, qui in Muslemicam transierit sectam. Si servus, Christianus seu Muslemicus, vir sive foemina, in eam quam definivimus regionem ex alia aufugisset, haud celandum esse a Muslemis, sed indicandum; tum solvendum esse a domino pretium 36 denariorum pro eo, si vir esset, pro foemina 20 denarios Romanos, pro puero sive puella 16; sin autem non possideret (dominus) quo solveret pretium liberationis, a domino solvendo esse tres denarios, quibus ab Emiro acceptis, restituendum esse servum. Si baptizatus esset, qui aufugisset, haud licere Muslemis eum retinere, sed pendendum esse Emiro a domino, quod sancitum fuerit, quo facto, restituendum esse servum. Si quid ex ditione Romana fur rapuisset et fuga se subtraxisset, mittendum esse ab Emiro ad ducem exercitus Romani, ut poenas lueret. Si Romanus regiones Muslemicas visitaret, haud impediendum esse a negotio suo. Si speculator ex ditione Muslemica Romanam intrare vellet, arripiendum esse et in vincula coniiciendum. Haud excidendam esse a Muslemis arcem, nec novam exstruendam; quod autem excisum fuisset, restaurandum esse. Nullam Emirum Muslemicum nec recipiendum esse a Muslemis neque ab ullo eorum praeter Bacdjurum et Karghujah litteris esse adeundum. His (Karghujah et Bacdjuro) mortuis haud licere Muslemis Emirum e regione Muslemica arcessere neque ab (aliis) Muslemis auxilium petere,

sed recipiendum esse eum, qui ab imperatore Romano ex ditione pacis electus fuerit. Post mortem Karghujah et Bacdjuri constituendum esse ab imperatore iudicem (Kadhi) e Muslemis, qui secundum leges eorum ius diceret. Graecis licere destructas in his regionibus ecclesias restaurare; patricos et episcopos, qui ad Muslemos pervenirent, pro dignitate esse accipiendos. Quod autem attinet ad portorium ex ditione Romana exigendum, pactione sancitum est, ut portitores imperatoris cum eis, quos constituerent Karghujah et Bacdjurus una sederent, ita quidem, ut pro mercibus, quae constarent ex auro, argento, sericis Graecis, bombyce rudi, lapidibus, gemmis, margaritis et attalicis aulaeis portorium exigendum esset a portitoribus regis Romani; pro vestibus autem, linteis, pecore et aliis rebus a portitoribus Karghujah, et hoc mortuo, Bacdjuri; denique utroque defuncto pro omnibus mercibus portorium exigendum esse a portitoribus Romanis. Denique constitutum est, ut quum comitatus (mercatorum) ex ditione Romana veniret Halebum profecturus, scribendum esset a praefecto regionum limitanearum ad Emirum, qui quum rem comperisset, homines mitteret, qui eum consalutarent et Halebum comitarentur; si posthac in eum impetus factus esset, Emiri esse restituere quod direptum fuisset; idem esse faciendum, si in comitatum impetus factus esset a tribu Arabum Scenitarum aut Muslemis in ditione Emiri.


Iurarunt in hasce conditiones multi urbis senes una cum Karghujah et Bacdjuro, obsides autem Romanis traditi sunt ex incolis Halebi Abu-Alhasan-ben-Abi-Asamah; Kesri-ben-Kosur; filius sororis Ebn-Abi-Ihsa; frater Abu'-Ihasani Alhaschschab; Abu'-Ihasan-ben-Abi-Thaleb; Abu'-Ithajeb Alhaschemi; Abu'-Ifaradj Alahththar (Aromatarius) et Iumn, satelles Karghujah. Conciliator huius pacis fuit vir Haschemita, incola Halebi, nomine Thaher.


Dein Romani Halebo abierunt et retinuit Karghujah praefecturam suam; res administrabant is et satelles eius Bacdjurus. Factum est hoc mense Zafaro anni 359.

(Narrat deinde auctor, Karghujah et Bacdjurum postulasse ab Abu'-Imaahljo (Saahdaddaula), ut partem tributi, quod regionibus Muslemicis impositum fuisset, solveret; quod quum recusasset, Himzam oppressam fuisse a Graecis. Posthac Bacdjurum anno 364 in vincula coniecisse dominum suum, Karghujah, summaque rerum esse potitum; quod quum audivisset Abu'-Imaahljus, Halebum duxisse, urbemque obsidione cinxisse; Bacdjurum autem auxilio vocasse Romanos, qui tamen eum reliquerint, Nicsphoro interempto; anno denique 367 Halebo potitum esse Abu'-Imaahljum; quae omnia ut aliena ab historia Byzantina in transcurso tantum indicare volui. L.)

# ANNOTATIONES.

---





CAR. BEN. HASII  
IN  
LEONIS DIACONI  
HISTORIAM  
NOTAE PHILOLOGICAE ET HISTORICAE.

IN LIBRUM PRIMUM.

*Pag. 3. ad. Bonn. lin. 1. Ἐπίτερον ἄλλο τι]* Celeber scriptorum P. 185 Byzantinorum locus communis, de utilitate historiae. Leo Agathiam ut toto opere item hic imitatur, et sententiis, *Ῥάδιον μὲν οὖν ἤκιστα ἂν εἴη ἅπαντα διεξιέναι καὶ ἀπαριθμείσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν βίον ἐμπλήρησιν* et ipsis vocabulis translatis, usque ad illa praefat. Agathiae, 2. D. *εἰ μὴ τι καὶ μᾶλλον ὀνύνησιν.*

*Pag. 4. lin. 9. πολλῶν ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ]* Agathiae 4. B. *ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυνέβη μεγάλους μὲν πολέμους πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα ξυρράγηται,* et quae sequuntur.

*Ibid. lin. 21. τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου παραγαγεῖν.]* Ex S. Paulo I. ad Corinth. VII. 31. *παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου* ubi tamen, quae apud Leonem active, neutrali significatione B intelligenda. Vide Schleusnerum Lexic. in Nov. Test. II. 392. Meliusque, opinor, Leo vel superiori phrasi scripsisset *ἐλλυμνίσαι,* vel hic, *παράγειν.*

*Ibid. lin. 22. Ἀλλά μοι εἴη — μὴ δεύτερον τῆς προθυμίας δραμεῖν]* Ex Agathia 5. C. ubi cusum, *Ἀλλά μοι ἄξιόν τι δραῖσαι τῆς προθυμίας.* Corrige ex Leone, quod mens omnino postulat, *Ἀλλά μοι εἴη, ἄξιόν τι δρα. τῆς προθυμίας. Modo contingat mihi, ut efficiam aliquid dignum desiderii mei, sive, studii mei.* Locis, ubi *εἴη* sequente infinitivo votum significat, nihil est sane frequentius. Vide Viger. De idiotism. 237. Plutarch. M. Bruto 1002. E. *εἴη μὲν, ὃ Βροῦτε, νικάω.* Iosephus Antiquit. Iud. 645. C. 670. G. Eadem vox, *εἴη,* restituenda loco Concilii Lateranensis. III. 864. A.

Ἄλλ' ἐνθαπερ ἂν ὁ τοῦ πῶς εἶναι τισι ἑτεροφνῆς (sic) εἶναι λόγος. Scribendum, ἑτεροφνῆς εἶη λόγος, ex S. Cyrillo Dialog. de S. Trinitat. V. 1. 468. C. unde haec petita sunt. Simul corrige P. 186 proxime praecedentia Actis eiusd. Concilii, 863. A. mire ab interprete translata: *Quod eandem naturam habet secundum operationem et indissimiliter aequale est, non habebit ex parte quicquam, de qua creata sunt.* Emenda: *Quod eiusdem speciei operationem habet et aequale est sine ulla differentia, id quibusdam in rebus differentiam habere non potest.* Nam sic verti debent Graeca illa: *Τὸ ταυτοειδές κατ' ἐνέργειαν καὶ ἀπαραλλάκτως ἴσον, οὐκ ἂν ἔχοι διαφορὰν ἐπὶ τισι τῶν ὄντων.* Tametsi apud S. Cyrillum, unde haec item translata sunt, paulo aliter se habeant. Adde, eiusdem vocis, εἶη, formam pluralem, εἶεν, vel εἶεν ἂν, interdum sic adhiberi, ut vertenda sit, *significanti, intelligi possunt.* Quod moneo, quia in eo nonnulli suboffenderunt. Velut in loco corrupto Eusebii In Psalm. I. 388. E. *εἶεν ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας; δι' αἷς ἀκολουθῶς τῇ ἐπουρανίῳ Σιών αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ μοναί.* Vertit Montefalconius: *Fuerint Iudaeae civitas? Sed consequenter dicamus, esse caelestem Sion, ubi B mansiones apud Patrem multae.* Legendum, *εἶεν ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας ἀκολουθῶς τῇ ἐπ.* ut sit sensus: *His vocabulis, civitates Iudaeae, consequenter ad caelestem Sion (de qua proxime supra), intelligi possunt multae illae, quae apud Patrem exstant, mansiones.* Itaque non male Gentianus Hervetus reddidit locum S. Gregorii Nysseni In Cantic. Canticor. I. 552. A. *εἶεν δ' ἂν οὗτοι τάχα μὲν αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, αἱ κ. τ. λ. Ἐἰ αὐτὴν forte fuerint angelicae potestates, quae etc.* Eandem significationem habet verbum ἐστὶ, nisi quod magis affirmet. S. Athanasius Orat. II. contra Arian. I. 525. C. *ὅτι δὲ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε . . . τὸ ἤρξατο ποιεῖν ἐστὶ, „quod haec verba, in principio fecit, . . . idem significant ac, coepit facere.”* Ubi iterum Montefalconius paululum erravit. Eodem sensu adhibentur a scholiastis commentatoribusque Graecis verba ἐξακούω, λαμβάνω, μεταλαμβάνω, sicut accipere apud Latinos, ut sint vertenda exponere, interpretari, sensu praesertim allegorico et anagogico. De verbo ἐξακούω posterius. Significationis vocum λαμβάνω et μεταλαμβάνω, quarum utraque in Lexico summi viri Schneideri notata exstat, ponam hic quaedam exempla. S. Basilius Comment. in Esaiam, L. 889. A. *τὸ γὰρ Βασάν εἰς τὴν ἀλοχύνην μεταλαμβάνουσιν. Βασάν enim interpretantur ignominiam.* Eustathius, 1396. 27. *τὸν Ὀδυσσεά μὲν εἰς φιλόσοφον οἱ παλαιοὶ μεταλαμβάνουσιν, philosophum per allegoriam significare aiunt.* Plenior phrasis apud S. Gregorium Nyssenum In Cantic. Canticor. I. 544. *ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα μεταλαμβάνων εἰς τροπικὴν σημασίαν.* Vide quoque Eusebium Praeparat. Evangel. 310. C. 474. B. 516. B. Verbum λαμβάνω sic usurpat Origenes Contra Cels. 318. C. τοῦ



δοῦσθαι λαμβανομένου πνευματικῶς· *cum videre intelligitur spiri-  
 tualiter.* Idem In Matth. I. 484. E. δύνανται οἱ Φαρισαῖοι  
 λαμβάνεσθαι εἰς τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων·  
*Pharisaeorum nomine intelligere possumus doctores traditionum  
 Iudaicarum.* Huetius perperam: *Pharisei docendis Iudaeo-  
 rum traditionibus assumi possunt.* Concil. Ephesinum, 1282.  
 B. ἐπὶ δὲ τῆς Θεότητος ταῦτα καὶ ψευδῆ λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν  
 ὡς σκοφανταῖς δικαίας κατακρίσεως αἴτια. Ubi vulgatus inter-  
 pres omnino nihil vidit, scribens: *In Deitate vero haec menda-  
 cia sunt, cum suscipiuntur, et nobis calumniae blasphemiae  
 condemnationis causa.* Sensus: *Haec autem, si de Divinitate  
 intelliguntur, et falsa sunt, et nobis tanquam calumniatoribus  
 causam iustae condemnationis afferunt.* Eandem vim habere  
 verbum ἔξακούω, iam alii notaverunt: addam exempla Eusebii  
 Praepar. Evang. 675. C. Porphyrii De abinentia 54. A. ἃ δὴ  
 ἡμεῖς ὡς τὴν ὑστέραν πλημμέλειαν ἐκβαλόντα [l. ἐκφαλόντα],  
 οὐκ ὀρθῶς ἔξακούομεν, *non recte interpretamur.* S. Basilii In  
 Hexaëmeron I. 74. B. In Esaiam 839. C. Adversus Eunomium  
 II. 51. D. διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν, ἀνθρωπικῶς ἔξακούον-  
 των τῆς γεννήσεως τοῦ υἱοῦ· *qui generationem filii humanitatis  
 accipiebant: ubi nota, ἔξακούω construi cum genitivo.* Photius  
 Epistola ad episc. Aquileiens. 533. A. οὐτὸ τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, οὐχ  
 ὡς εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἔξακούοντες· *non ita, ac dixit Servator, in-  
 telligentes.* Nolo alias auctoritates congerere, quae magno numero P. 187  
 occurrunt. Quo magis mirandum, Frontonem Ducaem et Har-  
 duinum in hac voce lapsos, epistola Dionysii Alexandr. ad Ba-  
 silidem Concil. I. 187. A. οἱ δὲ σοφώτερον ἔξακούοντες, *qui au-  
 tem [hoc vocabulum ὀψὲ] saniori sensu, seu diotiore sensu, in-  
 telligunt.* Illi verterunt, *sapientiores autem id audientes.* Ab  
 ἔξακούω, hac significatione, fit ἔξακουστέον, *intelligendum est:*  
 quo cum alii sunt usi, tum in primis S. Clemens Alexandrinus.  
 Velut Paedagogo 89. C. ὅπερ καὶ μᾶλλον ἔξακουστέον· Stromati-  
 bus 356. A. ibid. 614. D. Altera significatio verbi ἔξακούω, ra-  
 rior illa quidem, et in Lexicis, quantum memini, omissa, est  
*subaudio, subintelligo.* Quo sensu Latini quoque nonnunquam  
 dicunt *audio*, velut Quintilianus Instit. rhet. IX. 3. 58. Graeci  
 vulgo ἔννοῶ. Eusebius Demonstr. Evang. 383. B. τὸ, σοῦ, πά-  
 λιν ἔξακουόντων ἡμῶν, *ubi illud, tuam, rursus subintelligi-  
 mus.* Etymol. Magn. 211. lin. 55, loco corrupto, τὰ ἐπὶ τῶν  
 εὐθειῶν ἐνεργητικὰ ἔξακουόμενα δῆματα, πρῶτα καὶ δεῦτερα πρό-  
 σπα οὐκ ἔχει. Corrige, τὰ ἐπὶ τῶν θεῶν ἐνεργητικὰ ἔξακουό-  
 μενα· *activa, ubi subintelligitur vocabulum, Deus.* Agitur  
 enim de impersonalibus βρέχει, χιονίζει, ἀστράπτει et similibus,  
 ubi grammatici Graeci vocem Θεός subaudiri volunt. Neque alio  
 significatu invenies προσπακούω, *subintelligo.* Philo De mi-  
 gratione Abrahami 309. G. Clemens Alexandrinus Stromatibus,

753. A. Paulus Alexandrinus Apotelesm. 54. A. Ioannes Philo-  
 nus De creatione mundi, 208. B. Polychronius In Iesaiam, II.  
 358. A. *ἵνα τοῦτο προσυπακούηται, ut hoc subaudiatur.* Euse-  
 bius Commentar. in Psalmos, I. 48. A. *προσυπακούοντων ἡμῶν,  
 τὸν Κύριον, καὶ κατὰ κοινοῦ πάλιν λαμβανόντων τὰ ἐξῆς* quae  
 Montefalconius vocabulorum technicorum inciticia mire sic reddi-  
 dit: *Cui nos respondemus, Dominum non invocaverunt, et quae  
 sequuntur in communi accipimus*: notamque addidit: *Προσυπα-  
 κούειν, id est, respondere.* Atenim sensus loci est: *adeo ut  
 subaudiatur Dominum, et per figuram quam vocant a com-  
 muni resumamus quae sequuntur.* Haec dixi longius fortasse  
 quam attinebat, quod interpretes caeteroqui doctos minus intel-  
 lexisse verba ea vidi: opportunior huiusmodi res persequendi lo-  
 cus erit in Glossario vocum a scholiastis commentatoribusque  
 Graecis peculiari sensu usurparatarum, quod iam pridem inceptum,  
 quando res meae siverint editurus, ut ab eruditis probetur valde  
 opto.

*Pag. 5. lin. 1. ἀναλόγως δὲ τοῦ μεγέθους τῶν συμβεβηκότων  
 ἐκείσθαι]* Ad verbum fere ex Agathia, 5. C. *τοῦ μεγέθους τῶν ἔργων  
 ὡς ἐγγυτάτω ἐκείσθαι* unde similiter Xiphilinus In adorationem cru-  
 cis 469. A. *ἀναλόγως τοῦ μεγέθους τῆς ὑποθέσεως ἐκείσθω.* *Ἀναλό-  
 γως* melius construitur cum dativo, ut apud Plutarchum De pla-  
 citis philosoph. 896. B. *ἀναλόγως τῇ τοῦ παντός οὐρανοῦ σφαίρῃ  
 διηρησθαι.* De animae procreat. 1022. A. Item S. Eriphanus  
 Adversus haeres. I. 951. 955. C. 970. B. Antiochus Homil. XXI.  
 D de virginitate, 1061. C. Apud quosdam tamen recentiores cum  
 genitivo, velut hic in Leone, in Xiphilinoque modo laudato.  
 Ipse Eriphanus, 953. D. *ἀναλόγως τῆς αὐτοῦ ἀξίας.* Idem Phi-  
 lopatris Luciani III. 609. 10. *τὰ χρέα πληθυνθήσεται, ἀναλόγως  
 τῆς ἀποδόσεως*: ubi sine causa, opinor, Gesnerus suspicatur le-  
 gendum *ἀνά λόγον τῆς ἀπ.* Plerumque tamen *ἀναλόγως* adver-  
 bialiter ponitur, absque casu: velut apud S. Marcum Eremitam  
 De lege spirituali, 873. A. *οἱ πνευματικῶς αὐτὸν [nempe τὸν νό-  
 μον] ἐκτελοῦντες καὶ ἀναλόγως τῆς χάριτος μετέχοντες.* Quae ipsa,  
 et quae sequuntur, S. Macarius Aegyptius ad verbum exscripsit,  
 Homil. XXXVII. De paradiso, 433. A. Item sine casu *ἀναλό-  
 γως* est apud Stephanum Byzant. De urb. B. 381. sub v. *Ἡλις*.  
*Ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς Ἡλίδος γενικῆς ἀναλόγως Ἡλίδειος.* Ubi nes-  
 cio quid in mentem venerit Berkelio, interpretanti: *civis a ge-  
 nitivo Ἡλίδος praeter rationem Ἡλίδειος.* Traducendum, *secun-  
 dum analogiae rationem.* Addam porro hic, data occasione, sy-  
 nonymas aliquot loquendi formulas, quae viris eximia Graecae  
 linguae peritia instructis passim fraudi fuerunt. Pro *ἀναλόγως*  
 P. 188 igitur Graeci dicunt: 1. *Ἀνάλογον* adverbialiter, quod est in  
 vulgus notum, aequae Stephano iam in Thesauro illustratum. Quo  
 magis mirari licet in eo vertendo errasse Huetium in Origane

Commentar. in S. Mattheum, I. 244. C. *ῥοντο, . . . καθαρὰς . . . γεγόνεαι τὰς τῶν ἀποπλευνομένων ὕδατι [nimir, χείρας], οὐ συμβολικῶς, ἀνάλογον τῷ κατὰ τὸ γράμμα Μωσῆος νόμῳ existimabant puras factas esse [manus] eorum qui aqua eas abluissent, cum id per proportionem non respondeat Mosis iuxta litteram legi.* Sed insectatur ibi Origenes Phariseos, traditiones modo nimis litterali exponentes: ut sit sensus: [manus] *arbitrabantur puras factas esse eorum qui aqua eas abluissent, non symbolice, sed secundum legem Mosaicam litterali sensu intellectam.* Subintelligitur autem praepositio *κατά*. 2. *Ἐκ τοῦ ἀναλόγου.* Origenes Homilia XIX. in Ieremiam, I. 187. B. *τοιούτον τι ποιεῖ ἐκ τοῦ ἀναλόγου πατρὶ καὶ λατρῷ ὁ Θεός.* Quo in loco Balthasar Corderius lapsus, reddens, *istiusmodi quid facit respectu patris ac medici Deus*, quasi quid patris cuiusdam causa medicivae nomen faciat. Sensus: *Istiusmodi quid facit Deus ex quadam similitudine quam habet cum patre et medico.* Neque hunc Corderii errorem Huetius emendavit: a Carolo Delarue novissima Origenis edit. III. 265. D. paulo melius versum: *Idem, proportione servata, ac pater et medicus, facit Deus.* Qua cum forma aliam similem, *ἐξ ἀναλογίας*, coniungere possumus, quam cum multi alii adhibuerunt, tum Nemesianus De natura hom. 73. B. *δύο στοιχεῖα ἐξ ἀναλογίας εἰλημμένα.* 3. *Ἀναλογικῶς, per analogiam s. proportionem, analogice:* in summi viri Schneideri Lexico omissum adverbium, aequae S. Gregorio Nysseno inprimis frequentatum. Contra Eunom. II. 211. C. *ἀναλογικῶς ἡμῶν δι' ἑκάστου τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων πρὸς τινὰ ἀναγομένων ὑψηλοτέρων ἐννοίαν.* Oratione catechet. 420. A. De perfecta Christiani form. 717. D. De iis qui praemature abripiuntur 763. A. Varias constructiones *δι' ἀναλογίας, ἐπ' ἀναλογία, κατ' ἀναλογίαν*, ipsiusque vocis *ἀναλογία* diversas significationes, in quibus interpretandis eruditi complures offenderunt, ut iam a Stephano in Thesaurο commode expositas, hic, ne longus fiam, non attingam.

*Pag. 6. lin. 5. πατὴρ δὲ μοι Καλόη, χωρὶον τῆς Ἀσίας τὸ κάλλιστον]* Haec iam in Notitiis Mss. VIII. 258. monui ex Agathia esse, 5. C. De Celbiano tractu Ducangius ad Alexiad. 407. et ad Ioann. Ginnamum, 437. *Gilbrianum* Plinius vocat *Histor. Nat. V. 29. et XXXIII. 7.* In nomine Caystri nihil mutavi: *Hommerus, Iliad. B. 461. Καῦστρον ἀμφὶ ῥέεθρα.* Herodotus *Terpsichore, 100. Hesychius, II, 211.* Apud reliquos est *Caystrus*, ita tamen, ut partim *Καῦστρος*, partim *Καύστρος* scribant.

*Ibid. lin. 10. ἰτέον διήγησιν.] Agathias 6. A.*

*Ibid. ead. lin. περὶ πλείστον τὸ ἀληθίζειν ποιουμένοις ὡς μάλιστα.] Agathias 7. B. ἔμοι δὲ τὸ ἀληθίζεσθαι περὶ πλείστον ἐκτέον κ. τ. λ.* Quae subiungit Leo, *ῥητορικῇ μὲν προσήκειν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιεῖν κ. τ. λ.* sumsit ex Procopio De bell. Per-

sico, 6. B. sequentia 2. D. ἀποχρώντως γὰρ ἄλλοις ἰσότηται, ex Agathia 56. B.

*Ibid.* lin. 20. εἶπερ ὀφθαλμοὶ ὧτων πιστότεροι, καθ' Ἡρόδοτον.] Herodotus Clione, 8. p. 7. Ὡτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἕντα ἀπιστώτερα ὀφθαλμῶν. Imitationes Luciani De saltatione, 813. De conscrib. hist. 622. De domo, 461. et Iuliani Imp. Epist. ad Leont. 140. A. partim laudat Borheckius Apparatu ad Herodot. II. 455.

*Ibid.* lin. 23. κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα, τῆς γ' Ἰνδίκτου] Hoc est anno Chr. 959. In Codice hic per siglam, *ινδ.*, sed inferius 29. C. et 110. C. per singulas litteras, *ινδίκτου*. 57. A. *ινδικτον*. Ac profecto vel ex Ducangio Glossar. 517. A. constat, formam ἢ *ινδικτος* non minus frequentem esse quam ἢ *ινδικτιων*. Neque fere dubito eandem vocem restituendam inscriptioni non ignobili, a Montefalconio relatae Palaeograph. Graec. 174. C:

ΕΠΙΘΕΟΔΩΡΟΤΤΟΤΑΓΙΩ<sup>✓</sup> ΑΡΧΙΕΠΙΣΚ<sup>✓</sup> ΚΑΠΙΛΙΟΥ  
 ΤΟΥ ΠΕΡΙΒΛΑ<sup>✓</sup> ΑΝΘΗΠΑΤΟΥ ΤΕΥΤΤΧΩ<sup>✓</sup> ΚΑΝΕ<sup>✓</sup> ΝΕΩΘΗ  
 ΚΟΥ... ΟΤΟΙΧΟ<sup>✓</sup> Τ<sup>✓</sup> Φ<sup>✓</sup> Α<sup>✓</sup> ΑΠΠΙΛΩ<sup>✓</sup> ΝΟ<sup>✓</sup> ΣΤΟ<sup>✓</sup> ΤΑ<sup>✓</sup> ΛΑΜΠΡ<sup>✓</sup> ΙΝ<sup>✓</sup> Α<sup>✓</sup> Β<sup>✓</sup> †

P. 189 Legit et interpretatur Montefalconius 173. D: 'Επὶ Θεοδώρου τοῦ ἀγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ Α. Πιλίου τοῦ περιβλήπτου ἀνθυπάτου, εὐτυχῶς ἀνευρέθη κου . . . ὁ τοίχος, ὑπάτειας [vel ὑπάτου] Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου Ἰνλουστρίου β. *Sub Theodoro sanctissimo archiepiscopo, et A. Pilio conspicuo proconsule, feliciter restauratus est murus, consule Fl. Appione splendidissimo Illustri 2. vel, post consulatum eius anno 2. Eadem inscriptione Relandus in Fastis usus, legit Καπίλλου, Capilio, viro spectabili proconsule, non male opinor: vix enim credendum, Iustinianeis temporibus praenomen Auli, ut vult Montefalconius, antiquo Romanorum more appellationibus praefixum fuisse. Deinde Montefalconium suspicor errasse, quod inscriptionem ad annum alterum post Appionem Cos. retulerit, qui est a. Chr. 541. Etenim extrema lineae tertiae sic potius legenda, ὑπάτου Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου, Ἰνδίκτου δευτέρας, Fl. Appione V. Cl. Cos. indictione II. Quippe Bannus 539, qui est Fl. Appionis, profecto incidit in alterum indictionis: annus autem 541 nomine potius Fl. Basilii Iunioris, tunc fasces habentis, insignitus fuisset. In sigla *ινδ.*, quae fere ut λ in codicibus efformatur, alii quoque offenderunt: velut Labbe Michaël. Glyca 308. A. λόγου *ιγ'* lege, *ινδ.* *ιγ'*.*

*Pag.* 6. lin. 1. τὸν βίον μετελλαχότος] Codex μετελλαχότος, errore librarii. Phrasis Leonis petita esse potest ex II. Maccab. γ'. 5. μετελλαχότος τὸν βίον Ἀντιόχου. Locutione μεταλλάττειν τὸν βίον vel μεταλλάττειν simpliciter, nihil usitatius: nota μετα-

λάττειν τὴν ζωὴν apud Eusebium 115. A. Item μεταλλάττεσθαι τὸν βίον, per medium, Iosephus Contra Apion. 1045. D. Sed in Concilio Ephesino I. 1306. C. solito more de S. Paulo dictum, ἀπὸ διώκτου εἰς κήρυκα μεταλλάγη, e persecutore in praedicatorem mutatus est. Minus commode versio vulgaris, persecutorem in praedicatorem mutavit. Participium μεταλλάξοντας, in qua voce interpretanda nonnulli lapsi sunt, saepe defunctos significare, etiamsi Lexica non monerent, constaret ex Salmasio De usuris 391. A.

*Ibid.* lin. 3. τὴν αὐτοκρατορίαν διέπειν ἀρχὴν] Malim, C τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν, vel, τὴν αὐτοκρατορίαν, vel, τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν. Αὐτοκράτωρ ut adiectivum habet ipse Leo 18. D. τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς Philo De plantatione Noë, 176. G. ἡ αὐτοκράτωρ δυναστεία Leo 14. A. Αὐτοκρατορία substantivum Iosephus Antiq. Iudaic. 679. E. Petrus Siculus Historia Manichaeorum 2. B. Adiectivum αὐτοκρατορικῶς Philo Legatione ad Caium 786. E. 802. F. Clemens Alexandrinus Stromat. 363. D. 705. D. S. Gregorius Nyssenus In Canticum Canticor. I. 618. D. Contra Eunomium II. 42. D. In Christi resurrectionem 821. C. Eusebius Vita Constantini 611. A. Contra Hieroclem 516. A. S. Basilius In Hexaëmer. I. 77. C. Regulis fusius disputatis II. 467. B.

*Ibid.* lin. 7. εὐμενῆς τε καὶ χρηστός πρὸς ἅπαν τὸ ὑπήκοον] Cedrenus Compend. Histor. II. 645. C. τὸ ἦθος ἡμερον ἔχων καὶ πρῶτον, καὶ τὸ φρόνημα μέτριον, hoc est, et ingenium modestum, non, et mediocriter animatus, ut reddidit Xylander: cuius summam utriusque linguae peritiam, quam non immerito tribuit illi D Huetius De claris interpret. 227. C., in hac quidem Cedreni versione vix agnoscas.

*Ibid.* lin. 10. Quae a verbis: *Huic Imperatori* cett. in versione Latina sequuntur, a Combesio conversa leguntur in Pagii Criticis in Annales Baronii III, 875. Quae nos hic retractavimus.

*Pag.* 7. lin. 4. τοῦ τοῦ θαλαμηπόλου] Praeivit Agathias 19. B. Vide de hoc bello Cedrenum II. 640. D.

*Ibid.* lin. 10. Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν] Plura de expeditione Cretica Nicephori Phocae Continuator Theophanis, 296. B. — 300. D. Ad Gongylae navigationem fortasse referenda notitia ampla de apparatu navali apud Constant. Porphyrogen. Caerimon. aul. Byzant. II. 383. C. sed vide et quae de Gongylianæ expeditionis tempore acute disputat summus chronologiae Byzantinae arbiter Ph. Krug, *Chronologie der Byzantier* 292. B. et quae de Candiae sub Romano expugnatione 306. C. Inde probatur, Nicephorum appulisse ad Cretam a. Chr. 960 (contra Contin. Theoph. 297. C. ad a. 962 id referentem), Candiam cepisse anno sequenti 961, fratre eius Leone bellum interim adversus Chambdanum administrante.

*Ibid.* lin. 21. ταύτας ἐπὶ τὴν ἡλιόνα προσεφακλῶν] Verbum

- P. 190 προσυφαπλώω, *subter explico*, in Lexicis desideratur, neque ipse offendi extra vitam S. Chrysostomi ab anonymo scriptam Opp. VIII. 136. 33. ζώση φωνῆ τὰς τῆς ἀληθείας ἀκτῖνας προσυφαπλῶν. Iterat inferius Leo 58. C. Τραπλουμένων habet 25. A. ἐφήπλουν 49. D. primitivum ἤπλωται 51. B. et 99. A.

Pag. 8. lin. 16. χάρακα πρὸ τοῦ ἄστεος ἐπήξατο τῶν Κρητῶν· τὰς δὲ γε τριήρεις] Cedrenus haec iisdem fere verbis II. 643. A. ubi pro, πάσαις μηχαναῖς πολιορκητικαῖς χρῆσάμενος ὀργάνων, ex bono admodum Scylitzae codice inter Coislin. nostros No. 136. sensu item postulante scr. πολιορκητικῶν χρ. ὁ.

Pag. 9. lin. 1. ἐκ τῶν κατὰ πόλεμον χαλκοντυπιῶν] Χαλκοντυπία apud Suidam III. 652. unde habet Schneiderus. Pauca Balia composita cum voce χαλκός, in Lexica nondum recepta, nota haec: 1. Χαλκέντονον, *tormenti bellici genus*, per fibulas aeneas tela propellentis. Bis apud Philonem De telorum constructione 56. C. et 78. B. Sed quinquies alibi, 67. F. 72. A. C. F. 73. C. eadem machina vocatur χαλκότονον, quam lectionem Schneiderus praetulit. Est tamen ἐντόνιον, instrumentum ad tendendas catapultas, vocabulum item exulans e Lexicis. Philo De telor. constr. 57. F. 58. A. 61. B. Hero Belopoeicis, 135. A. 139. A. ubi docetur quo pacto construi debeat. Unde defendi fortasse possit scriptura χαλκέντονον. 2. Χάλκινος, i. q. χάλκεος et χάλκειος, *aereus*. S. Epiphanius De mensuris et ponder. II. 183. D. παρὰ Ἀλεξανδρῶσι τὰ ἀργύρια καλοῦνται χάλκινα. Idem adiectivum in editione Rover. Iosephi Antiq. Iud. 261. A. δίκτυον ἐλάτῃ χάλκινον περιπεπλεγμένον. Sed edit. Havercamp. emendatius I. 424. D. ἐλάτῃ χαλκείῃ. Ita χάλκινος sola nititur S. Epiphaniū auctoritate, quae ne ipsa quidem per magna est in hoc certe opusculo, a librariis mirifice depravato. 3. Χαλκοτύπανος, *aere sonans*, apud Palladium Vita S. Ioannis Chrysost. 106. A. in loco ubi laudatur Abraham patriarcha, quod in deserto abditus neque Consules hospitio exceperit, neque duces neque alios magnis honoribus fungentes, παρ' οἷς ἔπκοι κημῶ ἢ χαλινῶ ἀποστέλλοντες, ἢ σαράβαρα χαλκοτύπανα, πόρρωθεν τῆς ὑπερηφανείας τὸν πτύον ἀπερευγόμενα. Quo loco σαράβαρα, si modo lectio vera, non *braccas* dixeris significare, sicut alibi, sed potius instrumentum musicum, haud absimile, opinor, cymbalis. Qui si est verus sensus, indè videtur sequi, saeculo sexto magistratus Romanos cymbalis aeribusque crepantibus iter aut omnino proditionem in publicum fecisse, quod nunc de Turcarum potestatibus scribitur.

Ad haec vocabula, omnino, opinor, nova, addam formas Drariores iam notarum vocum explicationesque a vulgatis diversas. In quas tamen non refero vocem χάλκαννα, saepius in glossariis chemicis medicisque mss. Bibliothecae Reg. occurrentem: eam

corrupte scriptam pro ἄλχαννα sive ἀλχάνα, herbamque *henne* significare, qua per Orientem mulieres se inficiunt, iam Salmasius vidit Exercitat. in Solin. 1324. B. et 1353. C. Sed revocare eo possumus vocem *χαλκεία*, eo sensu ut sit i. q. *χαλκείον*, *χαλκευτήριον*, *χαλκοτυπείον*, *officina aeraria*. Philo De telor. construct. 60. C. iuncturas ferreas frangi ait, *ἐὰν τὸ τυχὸν σίνος ἐν τῇ χαλκείᾳ λάβωσι*, *si vel minimam noxam in officina acciperunt*, Tametsi commodius fortasse hic verti possit, *inter cuedendum*. Magis extra controversiam *χαλκεία officina fabri ferrarii* apud Heronem Belop. 134. E. de epizygide: *αὕτη δὲ ἐστὶν ἐν τῇ χαλκείᾳ καλῶς τετελειωμένη*. Sed in Antiquit. Iud. Iosephi 7. E. *χαλκείαν τε πρώτος ἐπένοησε*, de arte fabrilis exponendum est, *aerariam primus est commentus*. Eodem sensu in Prolegomenis rhetor. a Montefalconio Biblioth. Coislin. editis legitur 590. D. *Ἡρακλεῖος τὴν χαλκευτικὴν* *Vulcanus aerariam artem*: ubi Montefalconius nimis generatim, *fabrilem artem*. De vocabulo *χαλκίτις*, quando alumen aut petram significat, alii docte exposuerunt. Adde hic tertiam significationem, qua est apud Nonum medicum De omnium particularium morborum curatione 313. B. *Τοῖς δὲ ὑπὸ τῆς χαλκίτιδος σάυρας πληγεῖσι*. Vertit Hieremias Martius, *ab ictu lacertae viridis*: videtur esse lacerta venenata ex genere salamandrarum. In titulo tamen capitis eiusd. apud Nonum 313. B. eadem lacerta appellatur *χαλκῆ σαῦρα*, non *χαλκίτις*, errore fortasse librarii. Nota porro vocem *χαλκός* quandoque exponendam esse *assem*, hoc est, *aereum*, *numum minimum*. Plutarchus Apophth. Lac. 226. D. *δυνάμει δὲ χαλκοὶ τέσσαρες*. De animi tranquillit. 470. F. *δοῦν χαλκοῖν ἢ χοῖνιξ*. Artemidorus Onirocrit. 267. B. *αὐτὸς δὲ λέγει, ὡς τὸν χαλκὸν οὐκ ἔχω*. Rigaltius parum accurate, *ego certe aes non habeo*: sensus, *h. ne assem quidem*. *Χαλκοτυπείον*, *officina fabri ferrarii*, affert Schneiderus ex Nicomacho De musica. Adde Philonem De Cherubim 94. A. *ὅσα ἐν χαλκοτυπιῷ ἐλαυνόμεναι ὕλαι, ἢ διαιρούμεναι*: et Iamblichum In Arithmet. Nicomachi Gerasen. 171. B. *Χαλκῶδης*, pro quo B nescio an quisquam auctoritatem attulerit, usurpaverunt Theophrastus De sign. serenitat. 440. A. *χαλκῶδες χροῖμα*: et S. Eriphanus Adversus haeres. 577. B. *ἀλλὰ τὸ χαλκῶδες τὸ ἐν τῷ ἀργύρῳ*: quo certe in loco significare videtur *quod aëris nituram habet, aerosus*, ut exponitur in Onomastico inter Glossas Labb. 202. E. Petavius vertit, *quod in argento subaeratum est*. Addo vocem *χαλκωρυχείον*, *sectura aeraria*: nam mendum typhothetarum est, quod per omicron apud Salmasium ad Solin. 195. B. semel legitur *ἐν τοῖς χαλκωρυχείοις*: item ter apud Theophrastum De lapidibus 395. A. B. 398. D. Aliam formam *χαλκωρυχίον* Plutarchus Sympos. 659. C. et Ptolemaeus Geograph. 233. B. ubi videtur quasi nomen proprium. Haec, extra oleas fortasse vagati, in Lexicographorum gratiam annotavimus circa derivata aut

composita ex voce *χαλκός*, novasque eiusdem originis vel voces vel auctoritates, quibus Glossaria locupletari queant.

- C *Ibid.* lin. 6. *ὡς μή τι ἀνήκεστον πρὸς τῶν ἐναντίων αὐτοῖς κατρυθῆ.*] *Κασσώ* sive *κατρώ*, sensu figurato *machinor*, *struo*, frequenter occurrit apud Patres saeculi Theodosiani et deinceps. *Κατρώουσι* S. Epiphanius Adversus haeres. I. 2. C. Anonymus in Psalm. I. 88. A. *κατρώοντα* S. Epiphanius Adversus haeres. 651. C. *κατρώοντες* Anonym. in Psalm. I. 761. C. *κατρώόντων* S. Epiphanius Adversus haeres. 222. D. Aoristo bis utitur S. Epiphanius, *Ibid.* 629. D. *βίβλους κατρώσας* et 257. C. *κατρώσαντα*. Praesente passivi S. Theodoretus Epist. cix. III. 977. D. *κατὰ τῆς ἀποστολικῆς κατρώμενα πίστεως*. Imperfecto S. Epiphanius Adversus haeres. 722. B. *ἐκατρώετο περὶ [ἢ παρὰ] τῶν τούτου μαθητῶν τὰ κατὰ τὴν συσκευὴν τῆς ἐκκλησίας*. Perfecto Theodotus Institut. Oriental. 806. C. *κεκατρωμένα*. Composito *ἐπικατρώ* ipse Leo infra 52. C.

*Ibid.* lin. 10. *καὶ παρέπεται*] *Μαλὶν παρέπονται*. Vide tamen Zeunium ad Vigerum De idiotism. 195. C.

- Ibid.* lin. 12. *τῆς δεδομένης εὐετηρίας*] In Codice literis ε et D η contra etymologiae rationem permutatis modo *εὐετηρία* exaratum, ut infra 20. B. modo *εὐητηρία*, ut hic et 40. C. Eodem modo, *εὐητηρία*, in Codd. multis antiquis scriptum vidi, ubi nunc editiones *εὐετηρία*. Philo De Abrahamo 284. F. De congressu quaerendae eruditionis gratia 351. A. Iosephus Antiqq. 44. A. Ptolemaeus Tetrabibl. 80. A. Locus de instabilitate fortunae, quem Leo respexit, est in S. Nili Epist. cLXXXIII. p. 70.

- Pag.* 10. *lin.* 4. *διαπεφωνήκει*.] *Διαφωνέω* alii iam observaverunt, ex usu Hellenistico significare *ultimam vocem emitto*, hoc est *exanimor*, *pereo*. Suidas I. 563. C. Mangey ad Phil. De ebriet. I. 375. E. Adhibetur ea significatione praecipue perfecto et plusquamperfecto: velut apud LXX. Num. xxxi. 49. *οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἰς*. Quod imitatur Philo De temulent. 200. B. et C. Item Scholiasta ad S. Ioannis Climaci Scalae Paradis. 19. C. aliquot simplices homines incredibiliter ieiunantes, *καὶ ἀδιακρίτως βίβ' ἑαυτοὺς ἐκδόντες, διαπεφωνήκασιν, succubuerunt*. Et Apsyrus in Hippiatricis 256. C. de equo, *κίνδυνον οὖν ἔξει διαφωνῆσαι*. Non pauci tamen eruditi lapsi sunt in hoc verbo interpretando. Velut apud Philon. De nomini. mutat. 822. B. *πόλεμος, ἐν ᾧ τῶν διαγωνισαμένων διεφώνησεν οὐδεὶς, ἀλλ' ἄφροτος καὶ σῶος ἐπανήλθε*: vereor ut Petrus Morellus recte vererit, *in quo dimicantium nemo discors fuit*. Et haec Apsyrus in Hippiatr. 260. B. *διαφωνεῖ δὲ βραδίως*, Ruellius in Medicina veterinar. 101. B. *quapropter facile despondet animum*. Atque tantum non ridicule Montefalconius apud Euseb. Comment. in Psalm. I. 259. E. de secundis mulierum: *ὡσπερ χωρίον, προχωρήσαν ἀπὸ γυναικός, οὐδεμιᾶς μετέχει ζωῆς, διαλυθὲν δὲ διαφωνεῖ*. *quom-*



*admodum pellicula e muliere prodiens vitas consors nullatenus est, sed dissoluta dissonat.* Verte: quemadmodum secunda membrana, e muliere progrediens, nullius est vitas particeps, sed dissoluta perit. Praeter hanc significationem verbi διασφώνω reliquasque, in vulgus notas, una admodum rara, edico, pronuncio. Eusebius Contra Marcell. 32. D. ἐν θείῳ πνεύματι διεσφώνει λέγων. Recte Montacutius, spiritu Dei afflatus profatur: est enim hic idem quod ἐξεσφώνει. Διαπεσφώνηκα, morior, infra quoque, 33. A. et 41. A.

*Ibid. lin. 18.* Οὕτω διαλύοντι τούτῳ καὶ γνωματεύοντι] *Διάλω*, animo perlustro (ut ait M. Tullius), cogito, vix opus est moneam, compositum esse non cum verbo λύω, sed cum ἀλύω. Nisi mavis scribere, Οὕτω δὴ ἀλύοντι: quod suadent et phrasis 61. C. Ἀλύοντι δὲ τούτῳ καὶ γνωματεύοντι, et Agathias, unde omnia haec manaverunt, 20. D. Ἀλύοντι δὲ οἱ καὶ γνωματεύοντι. Praeterea ἀλύω 34. A. et 74. B.

*Pag. 11. lin. 8.* Ἰσοπέδου] In Cod. est Ἰσοπεδοῦς, h. e. Ἰσοπεδοῦς (accentus enim et circumflexus, etsi per raro alieno loco collocant, tamen inter se saepissime confundunt cum alii librarii plerique, tum in primis noster), quasi a nominativo Ἰσοπεδέης. Quae forma rarissima: in Lexica certe nondum relata.

*Ibid. lin. 22.* Τὸ τοιοῦτον δὴ τειχίον] *Τειχίον* nihil aliud significat apud Leonem, quam *τείχος*, murus, *munitionum*. C Habet enim hoc Leonem cum aliis Byzantinis nimium multis, ut significato subtiliore vocabb. confuso partes pro re tota, deminutiva pro primitivis, composita pro simplicibus temere usurpet. Apud alios *τειχίον* interdum retinet vim deminutivi. Plutarchus Arat. 1036. E. ὑποστειλας τειχίοις τισὶ καὶ οἰκοπέδαις. Achilles Tat. De amor. Clitophon. et Leucipp. 51. A. περὶ τὸ ἄλσος *τειχίον* ἦν αὐταρκές εἰς ὕψος. S. Ioannes Chrysostomus Homil. ix. ad populum Antioch. 129. A. de Deo, mare furens arena invalida continente: διὰ τούτο γούν καὶ ἀσθενές τὸ τειχίον ἐποίησε, καὶ οὐ ξύλα καὶ λίθους, οὐδὲ ὄρη, τοῖς αἰγιαλοῖς περιέβαλε τούτοις. Deinde videtur *τειχίον* passim eodem sensu usurpari quo *τοῖχος*, *paries*. Unde διορῦττειν *τειχίον* de perfossoribus parietum, ut voce Plautina utar. Iosephus Antiq. Iud. 127. E. πρὸς διασφύγματι *τειχίον*. S. Clemens Alexandr. Stromat. 764. B. διορῦξαντες λάθρα τὸ *τειχίον* τῆς ἐκκλησίας. Sine vi deminutiva videntur adhibere Lucian. Piscat. I. 615. r. edit. Hemsterh. καθεζόμενος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ *τειχίον*. S. Basil. De grat. act. I. 362. Iulius African. Cestis 305. E. Ego, quia agitur de munitione castrensi, *vallum* ausus sum vertere cum hic tum inferius 8. B. Alibi, 84. A. verti *murus*: aliis locis, ut 16. D. *castellum*: 77. A. *munitionem*. Figuratum, pro *munitione*, S. Ioannes Chrysost. adhibet Orat. xlv. in Acta Apost. rv. 863. 13. ἔστω σοι *τειχίον* καὶ περίφραγμα, ἄσπις καὶ δόρυ. Nota denique, in his locis omnibus non *τειχίον*,

sed *τειχλον* scribi *παροξυτόως*, quam accentus rationem ipse quoque in textu Leonis retinui, Codd. atque editiones antiquiores secutus. In Lexicis nunc plerumque *προπαροξυτόως* impressum est, nescio quam bona auctoritate.

*Pag. 12. lin. 6. ὅσα φωνιωδῶς*] Sic Cod. nec mutavi: tametsi adverbium *φωνιωδῶς* sive *φωνιωδῶς* neque in Lexico, neque in auctore, quantum memini, offendi ullo.

*Ibid. lin. 10. ἐκ τῆς τούτων ἀπαγωγῆς;*] De Arabum excursionibus maritimis ex Creta factis vide Vitam S. Lucae junior. edit. a Combesio ad calc. Historiae haeres. Monothelitarum, 969. B. item Continuat. Constant. Porphyrogen. ubi haec 85. A. *Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κρήτες παντὶ στόλῳ ἀράμενοι, τὴν παράλιον ἐδήκον τῶν Θρακησίων, καὶ ἡμίμαλῳτιζον. Παρὰ τοσούτων δὲ . . . οὐ τὴν αἰγιαλίτιν μόνον ἐπειρῶντο καταδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει, ὅπερ οὕτω καλεῖται, Λάτρος, ἐνσκηνοῦντων, καὶ τῶν [1. τῶν] μοναύλιον βίον ἀσπασζομένων, γυμνῶ τῷ ξίφει χωρεῖν, καὶ Μυσῶν λείαν τὰ ἐκείσε ποιεῖν.* Unde manaverunt illa viri docti Le Beau, haud scio annon optime reddita, *Histoire du Bas-Empire*, XIV. 433. *Un de leurs partis osa traverser toute la Thrace, et pénétrer jusqu'au mont Latrus, dans la basse Mésie, où ils pillèrent un riche monastère.* Etenim primum Thracessii non sunt Thraeces, sed incolae Asiae proconsularis ad Aegaeum mare: vide supra 4. C. et Constant. Porphyrog. De themat. I. 7. F. *Τὸ νῦν καλούμενον Θρακησίων θέμα πάλας μὲν καὶ κατ' ἀρχαῖς Ἀσία μικρὰ ὀνομάζετο.* Deinde Latrus mons non in Moesia inferiore est, sed item in Asia, propter Ephesum. **B** Memoratur infra 196. C. item Scriptt. post Theoph. 112. B. 267. B. Cedren. Compend. Histor. II. 546. C. Habemusque in Bibliotheca Reg. Cod. Gr. No. 598. (vid. Montef. Palaeogr. 78. B.) in quo legitur, quemadmodum monachus monasterii *τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Στύλου, ἤγουν τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Λάτρος* . . . ὁ ἅγιος Χριστόδουλος, διὰ τὴν ἐφοδὸν τῶν ἀθέων Ἰσραηλιτῶν μεταγκισεν εἰς τὴν Πάτμον, φέρων ἐν ἑαυτῷ ὅσα δυνάμενος βιβλία. Moesiam inferiorem autem posuit scriptor, quod non intellexit voces *Μυσῶν λείαν*. Quas proverbiales esse quis est qui nesciat? Cinnamus Histor. 19. *λείαν Μυσῶν καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐργαζόμενοι.* Vid. praeterea Zenob. Centur. V. Proverb. 118. A. Diogenian. Centur. VI. 232. B.

*Ibid. lin. 12. τοὺς ψεύστας, τὰ θηρία τὰ κάκιστα*] Allusio ad locum S. Pauli Epist. ad Tit. cap. I. v. 12.

*Ibid. lin. 24. σὺν τῷ Παστιλῶ Νικηφόρῳ οἱ προκατασκοπεῖν σταλέντες*] *Προκατασκοπέω*, verbum raro occurrens, quoque carent Lexica, usurpavit praeter Leonem S. Clemens Romanus De peregrinationib. S. Petri 59. C. *καὶ προκατασκοπήσας ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ὕστερον ἀμολόγησε* cum *observaret nos*, vertit Perionius:

oportuisset saltem, *observasset*. In Codice hic, *σὺν τῷ Πασταλάῳ* superius tamen ubique *ὁ Πασιλάς*.

*Pag. 13. lin. 3. τῆς σφῶν ἀβελτηρίας*] Codex *ἀμελητίας*, mendo manifesto pro *ἀβελτηρ.* quam formam, per *η*, admodum frequentant scriptores Christiani. Sic *ἀβελτηρία* Alexander Lycopolita Adversus Manichaeos 18. D. *ἀβελτηρίας* Heliodorus Theagene et Charicl. 402. A. Methodius Conviv. decem virg. 132. B. S. Clemens Alexandrin. Stromat. 762. A. S. Epiphanius Adversus haeres. I. 493. B. Leo 27. D. *ἀβελτηρία* S. Nilus Peristeriis 119. A. Agathias 131. A. *ἀβελτηρίαν* S. Gregorius Nysenus Contra fatum I. 896. B. et Contra Eunom. II. 310. A. S. Epiphanius Adversus haeres. I. 73. C. S. Chrysostomus Orat. viii. in Pascha, V. 943. 12. Ioannes Philoponus De mundi creatione 113. B. Agathias 73. D. 117. A. *δι' ἀβελτηρίαν τρόπον* Eusebius Praeparat. Evangel. 312. D. ubi fortasse minus bene Vigerus, *ob insignem morum asperitatem: malim, amentiam, vel, animi insipientiam.* *Ἀβελτηρίας* Concilium Oecumenicum VII. VII. IV. D. 411. *οὐμενοῦν' οὐ γὰρ ταῖς τινων ἀβελτηρίας κ. τ. λ. nequaquam: non enim quorundam ineptiis etc.* Male Harduinus in versione: *nequaquam enim quorundam profanationibus.* Scribunt tamen et nonnulli Patres *ἀβελτερία*, per *ε'* item Agathias, 24. C. et ipse Leo, 27. D. Adverbium *ἀβελτέρως*, *stulte*, in Lexicis omissum, habet Porphyrius De abstinentia 129. A. *οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, qui stolidius his de rebus loquuntur.*

*Pag. 15. lin. 1. πρὸς τὴν τοῦ πόλου μεταβαλλόντος ἄντυγα*] Verti *poli fornicem*, audacter Ennium secutus, quamvis improbante Cicerone De orator. III. 40.

*Ibid. lin. 3. ἐπιστίχως τε*] *Ἐπιστίχως*, per *ordines*, non invenitur in Lexicis: vox usitatior est *στοιχηδόν*, quod vide infra 59. B. ex Agathia 23. C. *Ἐπιστιχος* adiective, quo utitur Leo statim post, habetur in Etymologico magno, unde Schneiderus sumsit. Sed in loco Theodori Abucarae Interrogat. II. contra Nestorianum 448. C. ubi casum est, *ἐπετίμησαν τῷ τῆς αἰρέσεως αὐτῶν ὑπερασπίζοντι ἐξάρχω ἐπιστίχῳ τάξιν ἐπέχοντι*, quae ultima, P. 194 ut desperata, Turrianus in versione non attigit, emenda ex Cod. Regio optimaе notae No. 1111. *ἐξάρχω, ἐπισκόπου τάξιν ἐπέχοντι*, *reprehenderunt antistitem, episcopi ordinem obtinentem, qui haeresim ipsorum defendebat.* Etenim qui Theodorum Abucaram ediderunt, siglam *επισκ.* qua *ἐπίσκοπος* exprimitur, non magis intellexerunt, quam qui in Concilio generali VIII. V. 1466. D. typis excuderunt, *τῆς βασιλευούσης ἐπισκοπῆς*. Corrige ex Photii Epistolia 6. A. *τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος*, *episcopus reginae urbium*, hoc est, Constantinopoleos.

*Ibid. lin. 21. δίκην χειμερίων νηράδων*] Confer Agathiam 101. D. Allusio ad illustre eloquentiae Ulyssaeae elogium Iliad. Γ.

222. *Ἐπεὶ νιφάδεσσιν εἰκότα χειμερίησιν*, multorum imitationibus celebratum, velut Lucian. Baccho III. 81. lin 48. et Demosthenis encom. 495. lin. 85. Nicetae Choniatae Manuele Comnen. 58. D. S. Gregor. Nazianz. Epist. cxxxix. II. 892. B. τὸ δὲ ὑπὲρ τὰς χειμερίους εἶναι νιφάδας· quod Billius insulse reddidit, *aliterum autem hiemes superet.*

B Nec tamen solum de flumine orationis νιφάς adhibetur, sed in universum de rebus, nivium hibernarum ritu affatim accidentibus, cum proprie, tum figurate. Velut de lapidibus confertim aut proiectis, aut desuper deiectis, ex Iliade M. 156 et 278. Unde Euripides Andromach. 1130. de Pyrrho saxis appetito: Πυκνῆ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος. Et Aeschylus Sept. contra Thebas, v. 218. νιφάδος ὅτ' ὀλοᾶς νιομένης· quod scholiasta tamen de telis interpretatur. Oratores quoque Christiani νιφάδας usurpant de lapidationibus in Sanctos factis. S. Gregorius Nyssen. De beatitudine. I. 833. C. χαίρει ὁ μέγας Στέφανος, καὶ οἶόν τινα δρόσον ἠδεῖαν προθύμως τῷ σώματι δέχεται τὰς ἐπαλλήλους τῶν λίθων νιφάδας. Et alibi, Orat. in S. Steph. II. 791. C. S. Gregorius Nyssen. de eodem, ὁ ταῖς νιφάσι τῶν λίθων καταχωννύμενος. Nec ullus hoc vocabulum plurali numero magis frequentavit quam S. Ioannes Chrysostomus: cuius rei licitum sit paulo plura afferre exempla, ut appareat, quam frequentes sint apud Patres priorum saeculorum imitationes Homeri. Adhibet igitur S. Ioann. Chrys. voc. νιφάδες de rebus iucundis, ut Homil. xxxii. in S. Matth. 370. A. ὑπὲρ γὰρ τὰς νιφάδας αὐτὸν ὑπέβριξε τὰ θαύματα· vertit Arianus, cum nivales imbres miraculorum superaret: omissa a typographis voce *multitudine*. Vel ibid. Homil. xiv. 160. D. νιφάδας παρατρέχει σημειῶν, de Evangelista, multa Servatoris miracula silentio transcurrente: quod idem dicitur Comment. in Psalm. cxxxiv, I. 828. 27. παρατρέχει μυρίας νιφάδας θαυμάτων. Item de rebus medijs, praecipue de litteris, ut Epist. xiii, VII. 109. 4. πέμπτε λοιπὸν ἡμῖν νιφάδας γραμμάτων· Epist. xi. 119. 37. πέμπαι νιφάδας γραμμάτων ἡμῖν· Epist. lxxx. 136. 23. νιφάδας ἐπέμψαμεν γραμμάτων· Epist. xcvi. 143. 22. νιφάδας ἐπιστολῶν· Epist. cv. 146. 24. κἂν νιφάδας σοι πολλάκις ἐπέμψαμεν ἐπιστολῶν· Epist. cvi. 147. 10. D ὡσπερ νιφάδας πέμπων γραμμάτων· Epist. cxvi. 152. 13. νιφάδας ἂν ἐπέμψαμεν γραμμάτων· adde Epist. cxix. 153. 12. Epist. cxxiii. 158. 14. Epist. cxxxvii. 165. 21. Tuum maxime de rebus adversis, ut apud solum Chrysostomum (ex alijs exempla congere non attinet) octodecies: Epist. ad episcopos et presbyt. in carcere inclus. IV. 600. D. βασάνων νιφάδες. Orat. Quod qui iniuria etc. VII. 46. 12. ἐπιβουλῶν νιφάδες. Orat. xlv. Non solum vero etc. V. 294. 11. νιφάδων πυκνότερα περιεστήκει τὰ κακά. Orat. ix. in alteram ad Corinth. III. 598. 6. ὑπὸ τῆς νιφάδος τῶν κακῶν· ubi nota singularem numerum. Sed Homil. lxxvi. in

Matthaeum, 796. A. *νιφάδας τῶν κακῶν*, et Orat. xvi. in Epist. ad Roman. III. 135. 41. *νιφάδας κινδύνων*, plurali. Item Commentar. in Psalm. xliii. I. 629. 14. *τὰς νιφάδας τῶν ἀποστολικῶν κινδύνων*. Oratione II. ad Theodorum laps. VI. 69. 25. *νιφάδες κολάσεων*. et Epistola III. ad Olympiadem, IV. 642. D. *λοιδοριῶν καὶ ὕβρεων νιφάδες*. Homil. xv. in Matthaeum 168. B. *μυρία νιφάδες λυπηρῶν*. Invenio quoque *νιφάδες πειρασμῶν* Orat. I. in alteram ad Corinth. III. 545. 41. Orat. II. in eand. 551. 15. Orat. XII. 614. 38. Homil. xxxiii. in Matthaeum 403. C. Porro *νιφάδες* P. 195 *τῶν δεσποτηρίων, τῶν ἀπαγωγῶν, τῶν θανάτων, τῶν καταπονητισμῶν, τῶν λοιπῶν πειρασμῶν*, Orat. in illud, *Ego Dominus Deus feci etc.* V. 168. 15. *νιφάδες στρατοπέδων*, Orat. III. in alteram ad Corinth. III. 565. 5. *φροντίδων* Ad Stelech. 154. 19. et Orat. xxv. in alteram ad Corinth. III. 679. 37. Rariore significatione vox sola adhiberi videtur pro *molestiis, aerumnis, tricis*, Commentar. in Psalmum xlii. I. 64. ubi S. Chrysostomus sollicitudines atque curas matrimonii perstringens, velut *τέκνα, ἄνδρα, οἰκίαν, οἰκίαν, οἰκίαν, συγγενεῖς, κηδεστὰς, γαμβροὺς, ἔγγονα, πολυκαίδια, ἀπαίδια* . . . . . subiungit: οὐδὲ γὰρ καιρὸς νῦν τὰς νιφάδας ὑπογράφειν τοῦ γάμου. Nisi dicas, unum aliquem ex genitivis superius ascriptis librariorum culpa excidisse.

Pag. 16. lin. 2. *ἀμυντηρίων*] Ex Agathia 20. B. aut 102. A. *Ἀμυντήρια* notum est proprie esse arma tutoria, quibus vim propulsamus: vid. Lamberti Bos Ellips. graec. edit. Schaefer. 355. B. Deinde generatim quaelibet arma et figurate omne propriae defensionis causa institutum consilium. Minus nota significatione apud B auctt. Christianos *ἀμυντήρια* denotant instrumenta ea tortorum in quaestione, quae a Latinis *ungues* s. *unci ferrei* appellantur. SS. Phileae et Philor. Acta 158. B. *πληγὰς οἱ βασανιστὰι βιαίως σιδηροῖς προσήγαγον τοῖς ὄνυξιν*. Οὐ μόνον γὰρ ταῖς πλευραῖς, ἀλλὰ καὶ παρρηαῖς καὶ γαστρὶ καὶ κνήμεσι, προστάξει τοῦ ἀσβεστοῦ, τοῖς ἀμυντηροῖς ἐκόλασαν. Combefisius vertit, *flagris lacerabant*: quod paulo latius patet. Sumsit haec auctor anonymus ex Phileae Historia Martyrum, cuius fragmentum servavit Eusebius De incorporali anima 303. B. *οἱ βασανιστὰι οὐ . . ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστροῦ, καὶ κνημῶν, καὶ παρρηῶν, τοῖς ἀμυντηροῖς ἐκόλαζον*. Qua in voce, *ἀμυντ.*, substantivum *ὄργανα* modo subintelligitur, modo additur. Acta S. Philoromi 154. A. *ἀμυντηροῖς ὄργανοις — σφοδρῶς τὸ σῶμα ἀναμένονσι κατακίχθεται*. Sed in S. Cyrilli Hierosolymit. Catechesi 277. A. *τοῖς ὄργανοις ταῦτοις ἀμυντηροῖς χρῆσώμεθα*, sunt *ὄργανα ἀμυντήρια* eodem C sensu quo apud auctores antiquos *arma defensoria*, non instrumenta tortorum. Quibus unciis ferreis flagellabantur dati in quaestione, ad *mercuriolum* (vid: Reisk. Comment. ad Constant. Porphy. Caerimon. aul. Byz. II. 71. C.) sive *ἐρημηάριον* suspensi. Sic enim legendum apud Theodorum Iconiensem De

SS. Cyrici et Julittae martyrio, 238. B. *καλέυει ἀρμενταρίω ἀναρ-  
τηθεῖσαν αὐτὴν εὐτόμως ξέσθαι*. Emenda, *ἐρμηταρίω*. De quo  
vocabulo cum iam accurate disseruit Ducangius Glossar. col. 436.  
B. hic non est quod pluribus agamus.

*Ibid. lin. 5. παραβόλως*] Verti, *audacissime*, ut *variare*m  
phrasim: accuratius fuisset, *desperate*: quo sensu *παραβόλως*  
apud Ioseph. Antiquit. 208. C. *καλῶς ἀποθανεῖν, καὶ παραβόλως*  
*διακινδυνεύσαι τοῖς πολεμοῖς*. Item apud Plutarch. Philopoem.  
358. C. Crasso 560. D. Apud eundem non invidiose, sed cum laude  
D dictum, M. Anton. 926. B. *πρακτικῶς καὶ παραβόλως*. Plerum-  
que tamen melius vertas *incaute, temere*. Ioseph. Antiquit. 675.  
D. *πεφυκότες εἶναι παραβόλως θρασείς*. De bello Iud. 870. F. *πα-  
ραβόλως προκινδυνεύειν*. S. Chrysost. Orat. in epist. S. Pauli II.  
65. 35. *ὁ παραβόλως ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις ἐπιδοῦς*. Plutarchus  
Aristide 319. F. *πολλὰ κινουμένου τοῦ θεμιστοκλέους παραβόλως*.  
Item Pomp. 627. C. *παραβόλως καὶ ληστροικώτερον αὐτῷ προσφε-  
ρομένου* Ibid. 629. B. *κατήπειξε παραβόλως τὴν μάχην*. Porro  
Phocion. 744. B. Agide et Cleomen. 816. E. M. Antonio 935. E.  
Galba 1053. A. Interdum exponendum est, *εὐππο cum discri-  
mine*. Plutarch. Aristid. 323. C. *παραβόλως διὰ τῶν πολεμίων*  
*νεῶν διεκπλεύσας*. Catone mai. 343. D. *πολυτόμως καὶ παραβό-  
λως*. Idem Pyrrh. 392. A. Lucullo 499. E. *ἀνεκπλήτως καὶ πα-  
ραβόλως ἐξέσωθη*. Crasso 554. B. *παραβόλως τινὲς διεκπεσόντες*.  
Pompeio 638. A. *μόλις καὶ παραβόλως*. Catone minore 784. A.  
*παραβόλως κρατήσαντος*. Arato 1039. D. *ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέβη πα-  
ραβόλως*. Alios aliorum locos vereor hic ascribere: quod vim vo-  
cabuli non magis illustrent, quam unius Plutarchi et Iosephi.

P. 196 Neque de voce *παραβολῆ*, a Stephano et Schneidero generatim,  
ab Ernestio Lexic. technologico 241. A. *ῥητορῶν sensu optime*  
exposita, quicquam addam, praeter illud, loc. ubi occurrit Dio-  
nysii Halicarnassensis Arte rhetorica, V. 389. 9. *levi correctione*  
lucem afferri posse. Ait enim rhetor, in quibusdam causis iudi-  
cialibus supervacaneas esse narrationes, quando nimirum nemo  
est qui quo pacto res gesta sit aut nesciat aut in dubium vocet.  
Subiungit: *Ὅλον ἀριστειῶν διηγήσεις, γελοῖα παντάπασιν ὁμο-  
λογοῦνται γὰρ καὶ ἐκ παραβολῆς αἰτήσεις*. Novissima sic vertun-  
tur edit. Reisk.: *in confesso enim est, quod ex comparatione*. Sed  
interpungendum post *γὰρ*, et verbum *ὁμολογοῦνται* per zeugma aut  
fig. *ἀπὸ κοινοῦ* referendum ad *ἀριστεῖα*: *ὁμολογοῦνται γὰρ, καὶ ἐκ*  
*παραβολῆς αἰτήσεις*: quod agitur de disceptatione inter duces  
duos, utri praemia virtutis tribuenda sint: res ab utroque bene  
gestas esse, nemo est qui ignoret: ut iudices iam non discere nunc  
demum eorum facta, sed componere inter se atque conferre debeant.  
B Quamobrem interpretandum: *neque enim in dubium revocantur*  
[eorum praeclare facta], *sed postulationes per comparationem*

*fiunt.* Adiectivum παράβολος, *audax, temerarius*, habet Leo 12. C. παραβολώτατος 23. C.

*Ibid.* lin. 22. ἐκ τοῦ παρείκοντος] Ex Agathia 67. D. forma loquendi rariore: vid. Viger. De idiotism. ed. Hermann. 429. B. Παρείκω significare cedo, concedo, permitto, notum est. Inde phrases ἐκ τοῦ παρείκοντος et κατὰ τὸ παρείκον, pro facultate. Philo De vita Mosis 530. A. ἔθος γὰρ ἦν, αἰεὶ μὲν κατὰ τὸ παρείκον, προηγουμένως δὲ τοῖς ἐβδόμαις, ὡς ἐδήλωσα καὶ πρόσθεν, φιλοσοφεῖν. Ubi Sigismundus Gelenius in versione κατὰ τὸ παρείκον omnino non expressit: Thomas Mangey editione Anglicana II. 167. 47. reddidit, *quandocumque commodum esset.* Plutarchus De liberis educandis 8. A. τῆς φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τὸ παρείκον τῶν καιρῶν. Utitur quoque Agathias, 150. D. De simili phrasi, παρείκοι ὅποι, *quacunq̄ue dabitur occasio*, a verbo παρήμι, alii commode exposuerunt: utitur Leo 6. A. 71. D. ex Agathia 126. D. 143. B. 168. C. qui ipse habet, opinor, ex Thucydide 173. A. Ὅση δὲ παρήκει male impressum est apud Cedrenum, II. 667. C. κατὰ τὸ παρήκον [sic] apud Agathiam, 98. C.

*Ibid.* lin. 23. πρὸ τοῦ ἄστως διεγχεμαξεν] Hac ipsa hieme, h. e. exeunte anno 960, aut ineunte 961, abbas monasterii S. Pauli in monte Latro, prope Miletum, ad Nicephorum videtur in Cretam transmisisse, questurus de obstinatione monachi cuiusdam: ut docemur ex Vita S. Pauli Latrensis ms. quam Harlesius Bibliotheca Graeca X. 307. A. a Nicephoro Blemmyda compositam ait. Hanc vitam, cum et accurate sit perscripta, et res contineat ad geographiam historiamque illorum temporum noscendam utiles (Paulus enim Latrensis vita excessit a. 956, triennio ante obitum Constantini Porphyrogeniti, unde historiam orsus Leo est), in volumen aliquod subsequens totam referam: hic subiiciam, \*) quae ad Nicephorum Phocam pertinent. Demonstraverat auctor, S. Paulum Latrensem vel post mortem ad opem eius confugientibus auxilium tulisse. Inde pergit: Ὡσπερ δὲ τούτοις ἤλωσ, οὕτως δ' ἀπ' ἐναντίας ἀδικοῦσι καὶ πονηροῦμένοις φοβερός τε, καὶ τὴν παιδείαν ἀπαραιτήτος. Μαρτύριον τοῦ εἰρημένου σαφὲς ὁ τοῦ μοναχοῦ Ἰγνατίου, ᾧ Χαρζανᾶς ἡ ἐπωνυμία, χαλεπὸς καὶ οἰκτιστὸς θάνατος. Οὗτος γὰρ, εἰς τῶν μοναχῶν ὧν, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐκδημίαν ἀποστάς τῆς Λαύρας, κατὰ τῆς Λαύρας ἀπλόιστο· ὡς μὲν ἐκείνω δοκοῦν, ἐπὶ προφάσει δικαία· ὡς δὲ τῇ ἀληθείᾳ πάλιν, κακοήθως ὄλωσ, καὶ φιλαρχίας μανικῶς ἔρωτι. Ὁ γοῦν τῆς Λαύρας τότε προσετηκῶς, ἀπαγορευσῶς πρὸς τὰ ἐκείνου κακὰ καὶ τὴν βασκανίαν, τὰ τε ἄλλα ἐποίησε τῶν ἀπορίῃ καὶ λύτῃ κατειργασμένων, καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸν τῆς βασιλείας οὐ πολλοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιλαβόμενον Νικηφόρον, κατὰ τῆς Κρήτης ἤδη ἐπιόντα, ἀπέη, ἐντυχεῖν ἐκείνω βουλόμενος, κατὰ [l. καὶ τὰ] τοῦ Ἰγνατίου

\*) Ex cod. Coislina. 148. Fol. 81. verso.

χαλεπὰ ὅσα ἀναδιδάξαι, εἴτα καὶ ἐκδικίαν αἰτήσασθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ κακοῦ λύσιν. Τοῦτω καθεύδοντι ἐπιστάς ὁ μέγας ἡγέλης τε ἐμβριθεῖς, καὶ τῆς ὁρμῆς ἴσθησε, καὶ εἰς τὴν Λαύραν ἐβλήυσε τὸ παραρηγῆμα ἐπανελθεῖν, Ἐγὼ, πρόσθεις, τὰ τοῦ Ἰγνατίου, ἧ προσήκει, διαφῆσα. Οὐκ αὐτῷ δὲ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ συνοδεύοντι μοναχῷ Ἰσοῖς ἐπιφαινεταὶ τοῖς ὄνειροις. Ἄλλ' ὅπερ ὁ

P. 197 ἅγιος διοικηθῆναι, ὡς προσῆκον [1. προσῆκεν], ἔφη, ἄγχιός τις καὶ ἰταμὸς ἄνθρωπος, πορευομένῳ συναντήσας τῷ Ἰγνατίῳ, εἰς μέρη τε καὶ μέλη διατέμνει τὸν ἄθλιον· ἔπειτα καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθεὶς λίθῳ, καὶ ἐτέρῳ βαρεῖ συντριψας τε καὶ συνθλάσας καὶ ὄλην ὅλως καταλείνας ἀπὼν ὄχητο, καὶ ἀχέρωτος εἰς δεῦρο κατέστη. Hoc est: *Ut autem in illos propitius, sic rursus iniustus perversisque terribilis, et ad correctionem implacabilis. Cuius rei argumentum est Ignatii monachi, qui Charzanas cognominabatur, acerba et miseranda mors. Hic enim, cum in numero monachorum esset, post sancti Patris excessum a laura deficiens, adversus illam arma sumsit: ut ipsi quidem videbatur, praetextu iusto; re vera autem, perverso prorsus animo, et dominandi insano amore ductus. Qui ergo laurae tunc praerat, percussus malitiis atque simultate eius, tum alia fecit quae inopia et moerore oppressi solent, tum ad Nicephorum, qui rerum haud multo post potitus est, iam in Cretam profectum, se contulit, alloqui eum cupiens Ignatiique quam graves iniuriae essent commemorare, tum vindictam ab eo malique finem exposcere. Huic dormienti se offerens Sanctus comminatus est graviter, B eiusque impetum repressit, ad lauramque iussit evestigio redire. Ego, inquit, de rebus Ignatii, quantum attinet, providi. Neque huic solum, sed comiti quoque itineris, monacho, somnio simili visus est. Quod vero Sanctus se, quantum attinisset, providisse dixit, agrestis quidam et ferus homo, Ignatio in itinere occurrens, in frustra membratim concidit miserum: deinde caput quoque lapidi impositum altero ponderoso ita contrivit atque comminuit, ut totum penitus complanaret: quo peracto aufugit, neque ad hunc diem captus est.* Sequentia, ut aliena ab expeditione Cretica Nicephori, ad illum, ut dixi, Tomum reiicio, quod vitas Sanctorum alias complures, cum ad haec tum ad Iconoclastarum tempora pertinentes, sum prolaturus. Praeterea agunt de hoc bello Cretico auctores duo: alter Simeon Logotheta in Chronico edit. a Combefis. Scriptorr. post Theophan. 401. A — 498. D: alter Anonymus, quem sub Iulii Pollucis nomine primum Ioann. B. Bianconius, Bononiae 1779. Fol. deinde Ignatius Hardt, CMonachi et Lipsiae 1792. 8. ediderunt: vide Harles. Bibl. Graec. VI. 144. 2). Sed in utriusque cum Bianconii tum Hardtii editione Iulius Pollux desinit sub initiis Gratiani Aug.; in Codice Vatican. No. 163. non modo totum Gratiani regnum, sed res etiam imperii Orientalis persequitur, ad medium usque saeculum X. triplo fere



amplior quam editiones. Quapropter hoc Chronicon vereor ne sit ab Hardtio perperam Iulio Polluci attributum. Hunc Pollucem enim multo esse saeculo X. antiquiorem constat vel ex nomine; Chronicon autem, sive verba sive sensa respicias, ut ab ingenio temporum Tzimisicianorum proxime abeat, ita a saeculo Iustiniano, nedum Theodosiano, est alienissimum. Quae tamen in hoc Chronico, quod anonymi potius dixerim, de expeditione Cretica referuntur, ideo hic non subiicio, quod nihil fere ibi sit, quin item apud Simeon. Logothet. 498. A. B. et incertum Continuatur. 297. C. D. legatur.

## IN LIBRUM II.

*Pag. 17. lin. 7. Χαμβδάν, ὁ τῶν — ἀρχηγός*] De hoc Seif- P. 198 eddaula sive Abulhasan Ali, Hamdani ben-Hamdun nepote, vide observationem in summi viri Silvestri de Sacy Chrestomath. Arabica III. 110. C. Graeci Chambdanum vocant, gentilitio nomine, quod ipsum tamen varie scribitur, cum apud alios auctores, tum vel in Codice nostro. Velut Χαμβάν hoc ipso loco, 10. A. Χαμβάν 22. B. Χανδάν 10. C. 12. A. Χαμδάν 13. D. Χαμβδάν 11. C. 13. B. 14. B. Χαμβδάν 13. A. Zonaras II. 197. A. B. habet Χαμαδάν (sed Codex Reg. 1715. Χαμδάν). Simeon Logotheta 498. D. Χαμβδά· Michaël Glycas 304. D. τὸν Ἀποχανδάν [sic]. Cedrenus Χαβδάν II. 642. D. 643. C. 645. B. In Codice tamen Scylitzae Sangermanensi bonae notae, unde multa Cedreni loca emendari possint, legitur ubique Χαμβδάν· itemque in Nicephori Phocae Tacticis edit. huius pag. 184. lin. 13. et pag. 191. lin. 15. quam scriptionem ubique secutus sum.

*Pag. 18. lin. 8. πρὸς αὐτοῦ τὸν καιρὸν εἶναι*] Πρὸς αὐτοῦ εἶναι dixerat iam Agathias 21. A. et 26. D. Similem phrasin habet Plutarchus M. Bruto 990. B.

*Ibid. lin. 10. Λέοντα τὸν Φωκῶν*] Leonis Phocae contra Chambdanum expeditio incidit in a. 961, quo ipso tempore frater eius Nicephorus Candiam expugnavit. Vide Pagi Critic. ad Annal. Baron. III. 875. D.

*Pag. 19. lin. 3. ἔγνω μὴ ἐς προὔπτον κίνδυνον φέρων ἐνσεῖσαι αὐτὸν τε καὶ τοὺς συνεπομένους*] Dicas Leonem expressisse haec Plutarchi, Caesare 741. C. ἔβριψε φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸν κίνδυνον· elegantia vero non opportune esse usum. Nam constructio postulare videtur accusativ. φέροντα· participium autem φέρον hoc sensu rarissime aliter quam nominativo singularis et pluralis reperitur. Vide exempla a Hemsterhusio collecta in copiosa disputatione ad Lucian. I. 349. quibus, praeter ea Plutarchi, quae ibi enotavit; haec nova indidem adiiciam: Themistocle 124. A. φέρων ἐπέθηκεν ἑαυτὸν. Pericle 159. B. ἐπιβολῆς — ἐτίβαλε φέ-

ρων εἰς τὸν δῆμον· Fabio Max. 177. C. ἐμβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν φέροντες· Demetr. 914. F. φέρων ἑαυτὸν εἰς πότους—κατέβαλλε. Laconic. Institutis 238. C. τὴν κινδύραν αὐτοῦ προσεκατάλευσαν φέροντες. Idem iungit verbo ἐνσεῖω, ut fit loco nostro. Phocion. 751. F. ὡς δὲ φέρων ἐνέσεισεν — τὴν πόλιν εἰς τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον. Quibus in exemplis, tum in aliis, quae hic ascribere non attinet, solum nominativum vides adhiberi: item, nō fallor, in illis quae viri docti collegerunt ad Idiotism. Viger. 352. 593. 663. 758. ubi tota haec quaestio erudite illustratur. Adde, φέρων sequenti imperativo adhortantis esse, ac significare, *age, eia*. Philo apud Euseb. Praeparat. Evangel. 345. B. καὶ μοι φέρων λέγε, *dic amabo te*. Origenes Philocalia 89. A. ubi Tarinus Dvertit, *age, responde*. Porphyrius Vita Plotini 17. C. Nam habet participium φέρων eandem vim adhortandi, quam imperativus φέρε in φέρε εἰπεῖν. Quod significare, *fac dicamus*, h. e. *verbi causa, exempli gratia*, quis est qui nesciat? Tametsi in eo offendit homo cumprimis acutus Kusterus ad Suid. I. 20. A. ὅταν, ᾧ μὲν λυσιτελὲς τὸ καθέζεσθαι, καθέζεται· ᾧ δὲ ἀνακεισθαι, ἀνακεῖται· τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν. Ad quae annotavit: *Loco huic aliqua desunt, et ulla in verbis istis nullus omnino sensus inest: quae ratio est, quare ea in versione praetermiserim*. Sed agitur de categoria Aristotelica nona, quae est positionis, *cum*, ait Suidas, *sederit, cui id expedit; et cubuerit, cui cubare expedit. Fabricanti, verbi gratia*. Nempe, *λυσιτελὲς ἐστίν* eiusmodi homini τὸ ἀνακεισθαι, sicut scribenti v. c. sedere. Alios verbum φέρω in fraudem impulit, quod confuderunt cum Latino *auferre*. Velut Robertum Balforem in Gelasii Cyziceni Historia Concil. Nicaeni I. 358. C. τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβὼν καὶ τὰς νόσους φέρων· *infirmiorem nostram [sic] suscipiens, et morbos aufereus*. Verte, *et morbos ferens*. Est allusio ad Isaiae LIII. 4. ubi Vulgata: *Languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit*. Ἐνόςσεικας eodem sensu quo nostro loco adhibetur 72. D.

*Ibid. lin. 12.* Hic locus: *Hunc Leonem* usque ad finem capitis a Combesisio conversus, servatus legitur apud Pagium III, 876. P. 199 *Pag. 20. lin. 8.* Οὕτω δὴ γνωσιμαχῆσαντι — ἐπήλθε] Apud Agathiam προσῆλθε, 56. D. in phrasi quam Leo respexit.

*Ibid. lin. 9.* καὶ λόγοις ὑπαλειψαί τὴν στρατιάν] Confer Agathiam 27. B. Ἐπαλειφειν metaphorice dici pro *incitare, concitare*, iam Stephanus monuit in Thesaurο. Addam, eleganter usurpari de vaporibus, qui rigant atque humectant. Sic S. Gregorius Nyssen. De hom. opificio I. 69. A. membranam cerebrum abire, περιπτυσσομένην ἐν ἑαυτῇ τὸν ἐγκεφάλου, καὶ τοῖς ἐκείθεν ἀτομοῖς ὑπαλειφομένην. Idem *ibid.* 134. C. ἡ ἀπ' ἐκείνου ἀνάδοσις ὑπαλειφει τὸν περιεκτικὸν τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένα. Unde metaphorice sicut *imbuiere* apud Latinos. S. Ignatius Epist. 19. A. ἐμὲ γὰρ

ἔδει ἄφ' ἑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίσει, νοθεσία, ὑπομονή. Ita enim arbitror veram esse lectionem. Vetus interpres videtur legisse ὑποληφθῆναι: vertit, *me enim oportuit a vobis suscipi*. Simplex ἀλειφειν pro incitare habet vel Cedrenus II. 678. D.

*Ibid.* lin. 13. Ἄπαν μὲν τὸ καθ' ἡμᾶς] Quae Leo Phocas hic concionatur, imitatio sunt orationis Belisarii ad exercitum, apud Agathiam 161. C.

*Pag.* 21. lin. 5. ἀξιόμαχον] Reddidi *firmissimum*: fortasse rectius *parem*.

*Ibid.* lin. 19. δουλοῦσθαι εἶθε τὰ πολέμια] Leo frequentat utrumque, πολέμιος et πολεμικός. Ἀγαθὸν τὰ πολέμια 20. C. 23. B. (ex Agathia 17. A. 25. B. 30. D.) αὐτονογόν τε τὰ πολέμια 12. A. δραστικώτατος τὰ πολέμια 54. D. ἐξήσει τὰ π. 22. B. νεανιούσ τὰ πολέμια 52. B. Dionysius quoque Halicarnassensis dixit τὰ πολέμια δεινός, De Lysia 5. 481. A. Contra πολεμικά Leo 3. D. bis: 14. C. 31. B. 39. A. 75. C. Πολέμια Agathias, quem noster imitatur, saepe (ut nunc quidem sunt edd.) adhibet, 19. B. 31. A. 56. B. 60. B. 73. C. 92. A. 105. B. 117. B. 159. C. 161. B. 162. A. πολεμικά rarius, 130. B. 160. A. Caeterum locus communis apud Leonem commodius sic reddatur: *Saepe enim res hostium impr. inc. percelluntur, repentinisque aggressionibus franguntur elati atque impotentes animi*. In versione secus est. C

*Pag.* 22. lin. 10. τὰς ἐπεξέλασεις ἐποιεῖτο] Voces ἐπεξέλασις et ἐπεξέλασις non sunt in Lexicis: hac utitur Leo 12. D. illa hic et 32. A. 45. B. C. 77. C. 82. B. Παρξελάνω 92. B. et 94. C. Τὰς ἐπαλάσεις ἐποιούντο habet Agathias 25. A. 33. C.

*Ibid.* lin. 12. πῆ δὲ προοδεύων] Verbum προοδεύω miror item in Lexicis omissum, cum utantur, praeter Leonem h. l., scriptores bene multi. S. Ioannes Chrysost. In nativitat. praecursoris VII. 393. 27. ὁ Ἰωάννης προοδεύων τοῦ Κυρίου. S. Basilius Non adhaerendum esse rebus saecular. I. 569. C. οἱ δὲ προοδεύσαντες ἀνέμενον τὸν φυτεύσαντα. Quae ipsa verba iterat Nicetas Heracleae metropolita Catena in Iob 608. C. Item participio προοδεύων Germanus Cpolitannus Orat. in S. cruce 320. B. Frequentius tamen usurpatur participium praeterit. act., velut a Luciano Hermotim. I. 815. 23. ἠκολούθει τοῖς τῶν προωδευκότων ἔγνεσι. Unde fortasse S. Gregorius Nyssenus In Cantic. Cantitor. I. 501. A. τοῖς ἔγνεσι τῶν προωδευκότων ἐπόμενος: et Eusebius Histor. Ecclesiast. 4. A. ἀνθρώπων γε μὴν οὐδαμῶς εὐρεῖν οἰοί τε ὄντες ἔγνη γυμνά, τὴν αὐτὴν ἡμῖν προωδευκότων ὁδόν, se conscribentem historiam ecclesiasticam novum neque ulli antea tentatum iter ingressum (minus opinor accurate: quandoquidem primus historiam ecclesiasticam condidisse S. Lucas dici potest, inde ab ortu Christi, quae historia ipsius Evangelio et Actis Apost. continetur). Participium προωδευκώς pluraliter apud S. Gregorium Nyssen. De beatitudin. 813. D. τινός τῶν προωδευκότων: et In

laudem fratris Basilii II. 914. D. τῶν ἐν ἀρετῇ προωδευκότων. Numero singulari Eusebius Demonstrat. Evang. 187. D. τὸν προωδευκότα τοῦ Χριστοῦ. Participium perf. pass. ibidem 125. B. πρὸς τὰ προωδευμένα, ad ea quae antecesserunt. Alias Leo eodem sensu ait προπορεύομαι 4. A. 79. B. 81. D. 95. D. προηοῦμαι 95. B.

P. 200 Pag. 24. lin. 6. Ἄλλ' οὕτω μὲν ὁ στρατηγὸς Λέων τὴν Ἀσίαν ἔσωσε] Huius praelii meminerunt et Nicephor. Phocas Tactic. supr. 123. B., et Anonym. inedit. \*), quem Iul. Pollucem dicunt (vid. sup. 197. B.) in hunc modum: Ὁ δὲ πατρικιὸς Λέων καὶ Δομέστικος τῆς δύσεως, ὁ ἀδελφὸς τοῦ μεγίστου Νικηφόρου, ἐπέμφθη παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἑβάν, ἀντιπροσωπῶν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ εὐρεῖν τὸν ἄθεον Χαμβδᾶν ἀσπέκαστον τὴν ἀνατολήν, καὶ πραιδεῦσαι καὶ ἀγχιμαλωτῆσαι αὐτήν. Καὶ δὴ ὁ πατρικιὸς Λέων τῷ πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ Κακπαδοκίας Μαλεῖνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς στρατηγοῖς ἐνωθεῖς, καὶ μαθὼν ὅτι ὁ Χαμβδᾶν ἐξῆλθε κατὰ Ῥωμαίων, κούρσεύων καὶ ἀγχιμαλωτίζων ἀφειδῶς, ἐπισυνάξας τὸν ἅπαντα λαὸν αὐτοῦ, ἐκράτησε τὴν κλεισοῦραν τὴν οὕτω καλουμένην Κύλινδρον. Ἐποστρέψαντος δὲ ἀπὸ τῆς ἀγχιμαλωσίας τοῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ κλεισοῦρᾳ εἰσελθόντος, πολέμου κροτηθέντος ἠτήθησαν οἱ Ἀγαρηνοὶ· καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς ἀναίρομένους, καὶ τοὺς νεκροὺς σκυλευομένους. Μικροῦ δὲ δεῖν καὶ αὐτὸς ἂν ὁ Χαμβδᾶς ἐκρατήθη. Πάντα δὲ τὰ ἐν τῷ πολέμῳ κρατηθέντα λάφυρα, μετὰ καὶ τῶν ζωοτηθέντων ἀργητῶν τοῦ Χριστοῦ\*\*), τὸ Βυζάντιον ἀπηνέγκατο, καὶ ἐν τῷ θριάμβῳ διεβίβασεν. Eadem fere incertus Continuator Scriptit. post Theophan. 299. D. 300. A. B. quo eos qui Latina versio aegre careant reicio: ibi pugna εἰς τὸν τόπον Ἀνδρασσὸν λεγόμενον B commissa dicitur. Idem nomen habet Cedren. II. 643. C. Scylitza ms. Ἀδαρσασῶ. De eodem praelio Abulpharagius Histor. dynast. 313. A. edit. Pocock.

Ibid. lin. 9. Initium huius capituli usque ad verba: *contra oppidum proficiscitur* a Combefisio versum apud Pagium III. 875.

Ibid. ead. lin. Νικηφόρος δὲ ὁ Φωκᾶς] Candiam expugnavit Nicephorus a. 961, ut docet Pagius l. c. A. Sub idem tempus Basilii Petini in Romanum Imp. coniuratio deprehensa est, de qua Cedren. II. 644. B.

Ibid. lin. 14. *verna paulatim tempestate ex hiberna mutante ac apparente*] Ea retinui ex Combefisiana versione apud Pagi III. 875. B. sed quis nescit χειμερινὴν τροπὴν brumam esse? ut ideo ad verbum sit: *verna tempestate ex bruma paulatim emergente*.

Ibid. lin. 18. εἰς πλασίον τὰς δυνάμεις συνέταττε] Agathiae dictio 25. A. De variis significationibus vocis πλασίον Salmasius

\*) Cod. Vat. No. 163. fol. 60 verso.

\*\*) Adde εἰς.

De re militari Romanor. 118. C. ego verti ut Xylander illa Plutarchi M. Anton. 935. D. ἐν πλαισίῳ τὸν στρατὸν ἤγε, *processit quadrato agmine*. Habet etiam Synesius edit. Petav. 245. B. Eandem vocem restitue S. Ephraimo Syro De iudicio III. 404. B. C ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐνλοτε μὲν ἐν πολέμῳ παρὰ τῶν ὑπ' ἐναντίων [l. ὑπεναντίων] ταραχθέντων, τῷ δὲ τοῦ πλουσίου σχήματι, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ μήκος τετράγωνον, εὐθέως ἀσφαλιζομένων. Inepte interpretres: *qui aliquando in bello ab adversariis turbantur, figura autem divitis, id est signi crucis, quae est in longitudine quadrata, statim protecti* etc. Lege, τῷ δὲ τοῦ πλαισίου σχήματι et fort. deinceps, ὅπερ ἐστὶν ἐπίμηκες τετράγωνον. Apud Plutarchum De solert. animal. 979. F. sensu adhibetur insolentiore de thynnorum natantium ordine, cubi formam referente: ἀεὶ τὸ πλήθος τῷ σχήματι κυβίζουσι, καὶ στερεὸν ἐκ πάντων ποιοῦσιν, ἕξ ἴσους ἐπιπέδοις περιεχόμενοι [id Xylander mire vertit, *universis in sex planas superficies distributis: sensus est, sex superficies aequalibus circumclusi: continetur enim cubus superficiesibus sex*]. εἴτα νήχονται τὴν τάξιν οὕτω τὸ πλαισίον ἀμφόστομον διαφυλάττοντες. Ubi certe non pro quadrato oblongo sive rectangulo, quod aiunt, sed pro quadrato perfecto aut cubo quadraversus versatili accipiendum videtur.

Pag. 25. lin. 1. τὸ ἱταμὸν ἐκείνο γύναιον — τὸν χιτωνίσκον παρὰ τὸ μέτριον ἀνασευρκός] Rem similem accidisse Manneli Comneno Imp. Zeugmen oppidum oppugnanti Cinnamus auctor est Histor. 142. C. γυναιὸν τι — τὰ ἱμάτια κόσμῳ οὐδενὶ ἀνασεύρασα [l. ἀνασύρασα] et quae sequuntur.

Ibid. lin. 5. τὸ ἀκόλαστον γύναιον, καὶ χαμαιῶφις] Χαμαιῶφης [sic analogiam secutus scripsi: in Cod. et hic et 71. C. exaratum est uno ρ] primus in Lexica nostra vir eruditionis summae Schneiderus recepit, 636, ex Suida III. 552. C. Aliae auctoritates vocabuli sunt S. Gregorius Nyssenus Contra Eunom. II. 121. C. τὰ χαμαιῶφι τῶν δογμάτων. Contra Eunom. III. 161. C. τὸ χαμαιῶφες τε καὶ γήινον τῶν τῆς αἰρέσεως δογμάτων. S. Nilus Epist. I. 20. B. χαμαιῶφεις [sic] τινες γεγόμενοι ὠφθημεν. Anonymus Actis SS. Philoromi ac Phileae 178. A. αὐτὸν χαμαιῶφι ἐπ' ὄξειον ὀστράκοις. Confunditur, ut recte observat Schneiderus, cum χαμαιῶφής. Velut Origen. Caten. in Psalm. I. 819. P. 201. A. Balthasar Corderius vertit, *humi - reptiles facti sumus: in Graeco est, χαμαιῶφεις γεγεννημεθα*.

Ibid. lin. 8. Inde a vbb. *Iam vero acri* denuo Combefisiana.

Ibid. lin. 19. λιθοτόμα ὄργανα φέροντες] Confer Agathiam 21. A. ὄργανα φέροντες λιθοτόμα, et quae sequuntur.

Pag. 26. lin. 3. ὕλην τε ταχυδαή] Codicis lectionem ταχυδαή in textu expressi, iota subscripto, quod in libris veteribus vel omittitur omnino, vel, ut hic, adscribitur. Vox ταχυδαής,

quam alias nusquam legere memini, Agathianae est proprietatis 21. C.

*Ibid. lin. 20. οὐκ ἔφθη ἐκθερίζειν*] Oportebat ἐκθερίζων, vel potius ἐκθερίσας· sed hic Leonem in culpa arbitrator: lin. 23, ubi in Cod. est ἀνετείχιζε, fere credam scripsisse ἀνεγατίζε. Certe ἀναγατίζειν τὴν δρμὴν 23. D. 84. C. ἀναγατίλοι τὴν ἔφοδον 20. D. τὰς ἐφόδους Nicephorus Imp. Tactic. supra 117. A. Est verbum Demosthenicum, saepe ibi notatum a criticis veterum. Vid. Maussac. ad Harpocrat. 42. C.

B Pag. 27. lin. 14. μηδὲν τι τῶν ἀπευκταίων καθυπομείνας] Καθυπομείνω adiunge Lexicis ex hoc loco eque altero 20. B. Addam auctoritates quantaecunque sunt Anonymi De Vita S. Chrysostom. VIII. 371. 9. ἐκούσιον τὴν βίαν καθυπομένοντας· et S. Gregentii Tephrensensis Disputat. cum Iudaeo 177. A. εἰς τὸ ζωοποιῶν ὄνομα τῆς ἀγίας τριάδος καὶ χειρονα τούτων καθυπομένουσιν.

Pag. 28. lin. 8. τὴν νῆσον ἐξημερώσας ἄπασαν] Inde colligas Leonem credidisse, occupatam pacatamque fuisse totam insulam a Nicephoro, priusquam discederet. Contra Zonaras ait II. 197. A. nisi Nicephorus intempestive revocatus esset ab Imp., fortasse tunc insula penitus recipi potuisset, τάχα τέλειον ἂν ἦ νῆσος Πρωμαίους ἐπαναστάσαστο, vel, ut habet Cod. Reg. 1715. ἡ νῆσος δεδουλόωτο. Zonarae videtur suffragari Glycas Ann. 304. B.

*Ibid. lin. 11. ἀνέπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον*] Contra Zonaras auctor est II. 197. B. neque situm eum esse tunc reverti Constantinopolim, nec nisi post obitum Romani Imp. triumphasse 198. CA. a Theophanone Augusta accersitum. Cum Zonara facit Glycas 304. D. cum Leone Manasses Chronic. 115. B. Utrorumque sententiam acute conciliare conatur vir sumus Ph. Krug *Chronolog. der Byzant.* 314. B.

*Ibid. lin. 13. θριαμβον ἐπὶ τοῦ θεάτρου κατήνευκε*] De expugnatione Cándiae Nicephorique Phocae triumpho subsecuto haec habet Anonymus extrema parte ineditus, quem Iulium Pollicem dicunt: Ὁ δὲ Μάγιστρος Νικηφόρος ἐπὶ μηνὶν ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ πλέον [hic est lacuna in Cod. omissis fortasse vocc. παρακάθισας παρὰ· vide Incert. Continuat. 300. C.] τὴν Κρήτην, καὶ τῶν τροφῶν [iterum lacun.: I. τοῖς] Κρητικοῖς ἔλλειψάντων [sic Cod.], τὸ κάστρον πολεμῆν ἤρξατο· καὶ τοῦ πολέμου κορυφουμένου, πολλοὶ τῶν Κρητικῶν αὐτόμολοι πρὸς τὸν Μάγιστρον ἀφικνοῦντο. Ἐντεῦθεν τοῖς βαρβάροις θάμβους ἐπιπεσόντος καὶ δέους, μετὰ βραχὺ τὸ κάστρον παρέλαβε· καὶ ἦν ἰδεῖν τοὺς Κρητας συνάμα τῷ ἑαυτῶν ἀμηρᾷ Κουρουπᾷ καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ λαφύροις ὀδυρομένους καὶ στένοντας, καὶ διὰ μέσης θριαμβουομένους τῆς Κωνσταντινουπόλεως, μέχρι τοῦ Ἰππικου. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Μάγιστρον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὰ μέγιστα φιλοφρονησάμενος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἑῶαν ἐξέπεμψεν. Eadem fere apud Incert. Continuat. Scriptt. post Theoph. 300. C. D. et in Cedren. II. 643. B. Confer

quoque Expugnationem Cretae Theodosii Diaconi a Foggino editam Append. Corp. Hist. Byz. 351 — 390.

*Ibid.* lin. 18. χρυσῶ καὶ λίθοις] Combesiaius III. 876. post χρυσῶ addidit: et margaritis.

Pag. 29. lin. 3. Θριαμβεύσαντι δὲ τῷ Νικηφόρῳ] Gesta sunt quae sequuntur a. 962: vide Pagium Critic. ad Baron. IV. 3. C. Eadem tempestate Romanum Saronitam Magistrum saeculo renunciassae Cedrenus auctor est Hist. II. 644. B. Ubi ex optimo Cod. Scylitzae lege ὡς ἐβούλετο, non ὡς ἐβουλεύετο, ut est in cursu. Paulo post, C. lin. 6. de Philoraeo, qui per circum eques currebat ἐπὶ τῆς ἐφραστρίδος ἰστάμενος ὄρθιος, male Xylander, *iniecta veste — ei insistebat rectus*: indeque Le Beau, homo non infans, neque indoctus, sed qui multo magis ex versionibus quam ex ipsis auctoribus historiam conflabat, *Hist. du Bas - Emp.* XVI. 81. B. *sans selle ni housse que son habit, dont il avoit couvert le cheval*. Imo vero, *se tenant debout sur la selle*, ut recte intellexisse videtur Levenklavius ad Glycam 304. C. Etenim ἐφραστρίς P. 202 apud scriptores medii aevi est *stratum equestre, sella*: ideoque bene l. cit. scholiola ad oram Cod. Scylitziani quem dixi: ἐπὶ τῆς σέλλας. Neque melius Xylander haec Cedreni 671. A. τὴν ἐν τῇ ἐφραστρίδι παρωρημένην [l. παρηωρημένην] κορώνην, *clavam quam sub paludamento pendentem ferebat*: scribe *clavam ad sellam suspensam*, quod vel ipse Xylander quasi per caliginem suspicatus est, in annotationibus 25. D. Aequae male Hieronym. Wolfius in Niceta Choniati. 41. A. ταῖς ἐφραστρίσιν — ἐποχοῦμεναι, *super palliis equitantes*: inferius tamen, 297. C. ὡσεῖπερ τῇ ἐφραστρίδι ἐμπενερώνητο, recte, *quasi fibulis sellae affixus*. Similiter in Michaele Duca Hist. Byzantin. 96. D. ἕκαστος ἐν τῇ ἐφραστρίδι φέρον καὶ μοῖραν φορτίου ἔμμετρον χρυσίον, Bullialdus male, *ferebat in veste unusquisque*, cum in sella vertendum sit (ἐν τοῖς σαγμοσελλοῖς Nicephor. Tact. 146. B.): neque melius Balforeus in Theodor. Rhaithu De incarnat. Christi 45. B. et Tollius ad Cinnam. Hist. 105. B. Antiquiorem significationem servat vox apud Agathiam 93. D. ἐκ τῶν ξύλων τε καὶ ἐφραστρίδων ἐσκευασμένους οἰκίσκους, ubi minus commode vertitur *e pellibus*: scribe *e sagis*.

*Ibid.* lin. 13. *Magnopere enim*] Haec et sequentia usque ad finem libri (praeter tamen caput X, quod paene totum ipse traduxi) a Combesio versa apud Pagium IV. 3—6. sunt servata.

*Ibid.* lin. 14. πρὸς ἄνδρα καρτερικὸν] Καρτερικός nemo, opinor, vitio mihi dabit quod verti *fortis*. Denotat enim eum qui forti est animo. Quod dupliciter manifestatur: primo cum non movemur voluptatibus, deinde dolorum laborumque contentu. Unde fluxerunt duae significationes vocabuli affines: prior *continens*, sive potius *abstinens*, ut recte finit S. Basilius Homil. in XL martt. I. 532. B. οὐ γὰρ ὁ ἀπορῶν τῶν ἀναγκαίων καρτερικός, ἀλλ' ὁ ἐν ἀφθονίᾳ ἀπολαύσεως ἔγκατερῶν τοῖς δει-

- νοῖς. Heliodorus Theagene 154. C. ὅτι μὴ φῶσει καρτερικός ἦν, ἀλλ' ἀξιεράστου γυναικὸς εἰς τὴν παρελθούσαν ἀθέατος. Philo De Ioseph. 417. F. tres characteres esse viri civilis, τὸν τε ποιμνικὸν, καὶ τὸν οἰκονομικὸν, καὶ τὸν καρτερικὸν, quem statim post ἐγκρατῆ vocat. Unde et τὸ καρτερικὸν philosophorum veterum, de quo Diogen. Laërt. Antisthen. 138. C. et ὁ καρτερικός βίος C Eusebii Demonstrat. Evangelica 117. D. et νόμοι καρτερικοὶ apud Oenomaum Praeparatione Evangel. 221. C. Altera significatio est *patiens, aerumnas ferens, ὑπομονητικός*, cui voci a S. Chrysostomo Orat. in scandalizatos VII. 33. 2. coniungitur. Ita M. Antoninus De seipso 193. D. de Socrate: *καρτερικώτερον ἐν τῷ πάθῳ διενυκτέρευεν*. S. Clemens Alexandrinus Stromatibus 731. A. ἀληθῆς ἐν λόγῳ, *καρτερικός ἐν πόνῳ*. Plutarchus Alexandro M. 692. A. Invenio tamen passim apud posteriores, ubi vertere possis, *intrepidus, animosus*, quo sensu hic videtur sumi. S. Antiochus Epistola ad Eustachium 1022. D. de monachis, non ut caeteri metu Saracenorum adventantium diffugientibus: *ἀπέμειναν δὲ οἱ καρτερικοὶ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ λαύρῳ*. Superlativus *καρτερικώτατα* saepe adverbialiter. S. Cyrillus Alexandr. Glaphyris I. 242. D. *καρτερικώτατα τοῖς πόνοις ἐντυχών*. S. Basilius Epist. D CL. II. 942. A. *καρτερικώτατα σιωπᾶν*. Ab adiectivo *καρτερός* deductae voces, in Lexicis omissae, sunt *καρτερότης, robur, firmitudo*. S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 274. B. ἐκ μονοειδοῦς χοῦς γεννᾶσθαι καὶ ὁστέων καρτερότητα, καὶ πνεύμονος ἐπαλόσητα. Altera *καρτερόφυχος, fortis, patiens*, in loco certe S. Chrysostomi Orat. in Praecursorem VII. 532. 34. τὸ ἔφημα τοῦ *καρτεροψύχου* Ἰωβ. Vocem tertiam, *καρτεροφυχία, animi robur et fortitudo*, cum habeat summus vir Schneiderus in Lexico, dubiam tamen esse suspicatur. Ea vero utuntur Iosephus De Machabaeis 1093. E. *θανμασάντων δὲ πάντων τὴν καρτεροφυχίαν αὐτοῦ*. S. Basilius Epist. cxxcviij. II. 1066. D. *τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως καρτεροφυχίαν*. Nicetas Paphlago Laudat. S. Eustath. 53. A. *νικᾶν μὲν τῇ καρτεροφυχίᾳ τὸν ἀνταγωνιστήν*. Verbum compositum *ἐπικαρτερέω, persevero*, aequè in Lexicis omissum, usurpat Nicephorus Phocas in Tacticis supra 159. C.
- Ibid. lin. 21. τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀγωνίζεσθαι προτρεπόμενος.* Postulat syntaxis *τοῖς ὑπ' αὐτόν* tamen, cum mendum ab ipso auctore manare credendum est, ut 84. C. *πρὸς τὴν μάχην χωρεῖν τοῖς ἐπομῆνοις προτρέπετο* 95. B. *τούτοις προτρέπετο χωρεῖν*
- P. 203 *κατὰ τῶν Σκυθῶν*, nihil mutavi. Idem verbum, *προτρέπομαι, exhortor*, non uno loco confunditur cum *προστρέπομαι, supplico, adoro*. Eusebii Praeparatione Evangelica 67. A. *τὰς ἀνοργιάστους τελετὰς εὐσεβείᾳ νόθῳ προτρεπόμενων*. Scribe *προστρεπόμενων*, vel potius, ut cum praecedentibus concordet, *προστρεπόμενη*. S. Clemens Alexandr. Admonitione ad gentes 24. C. *Ἀρτεμιν δὲ Ἀρκαδίας προτρέπονται*. Tametsi hic recte restituit *προσ-*



τρέπονται Potterus in ipsius editione I. 32. 24. alibi emendare omisit, ut 29. D. Porro apud Iosephum Antiq. Iud. 115. D. edit. Rover. τούς ἰδίους αὐτῆς θεοῦς προτρέπεσθε· mendum remansit in edit. Havercamp. I. 219. lin. ult. nisi quod impressum ibi est optandi forma, προτρέποισθε. Alio loco, l. 314. 15. Havercampus recte emendavit, προστρέπεσθε. In Concilio autem Oecumenico sexto III. 1213. D. loco corrupto: καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔστι προτρέπομένου ἐπὶ τὸν θάνατον ἰλθεῖν, μάλιστα μὲν συμπροτρέπομένου· in vulgata sic reddito, quia hoc non est evitantis ut ad mortem veniret, sed maxime invitantis, scribe ex S. Chrysostomo Homilia LXXVII. in Ioannem tom. VIII. 401. C. unde haec petita sunt, καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔ. π. ἔ. τ. θ. ἰλθεῖν. Μάλιστα μὲν οὖν, προτρέπομένου. Atqui hoc non est eius, qui adhortetur ad mortem venire. Imo vero, est illius maxime qui adhortetur. Haec de verbo προτρέπομαι, voce media: de cuius significatione erudite, ut solet, egit Schaeferus vir summus ad Gregor. Corinth. 497. A. De activo προτρέπω, frequentato ab Agathia 86. B. eiusque vario sensu apud scriptores Christianos, alio loco dicam.

Pag. 30. lin. 3. ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντα φρούρια] Quinquaginta quinque, iuxta Abulpharagium Chronico Syriaco 198. edit. Bruns. Eadem expeditione Saracenos a Nicephoro ad Halepum fusos esse auctor est Iulius Pollux, quem plerumque ad verbum concordare dixi cum Incerto Continuat. in Scriptorr. post Theophanem. Sed cum Continuatoris narratio 300. D. in Candiae expugnatione imperfecte desinat, quae postea acciderunt in uno Iulio Polluce continentur: ubi quae ad hanc expeditionem Syriacam Nicephori spectant, habentur in hunc modum: \*) 'Ο δὲ τῆς βασιλίδος ἀπάρας πρὸς τὰς ὁμόρους τῶν βαρβάρων γίνεται χώρας, πυρπολῶν καὶ τὰ κάστρα πορθῶν. Ἐπειτα ὤρησε μετὰ πάντων τῶν στρατευμάτων πρὸς τὴν πολυάνθρωπον καὶ πλούτω βρισθουσαν μεγαλόπολιν τὴν καλουμένην Χάλεπ, κατὰ τοῦ ἀθέου Χαμβδᾶ. Καὶ δὴ καταλαβὼν τὸ εἰρημένον κάστρον, εὗρε περὶ αὐτὸ μετὰ πλήθους πολλοῦ τὸν Χαμβδᾶν ἀντιπαρεταγμένον, ἥτοι Ἀράβων, Δελφειτῶν, Κούρτων, καὶ τοῦ λοιποῦ λαοῦ τοῦ ἐκ τῆς χώρας συναθροισθέντος· τῶν πε- D ζῶν καὶ μόνων Χαλεπιτῶν κρατούντων τοὺς δύο πορούς τοῦ ποταμοῦ, καὶ κωλύοντων τὴν διάβασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος. Ὁ δὲ Χαμβδᾶς, ἐλπῖσι ματαλαῖς ἀπατάμενος, ἴστατο ἄτρεπτος, ἀγνοῶν ὃ δελταῖος, ὅτι ἐν τῇ χειρὶ ... \*\*) πολέμου βοήθεια, καὶ τὸ... \*\*\*) ὥρας τοῦ Μεγίστρου ἀναψηλαφῆ[σαντος] τοὺς πόρους τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὴν θέσιν τοῦ τόπου καλῶς διασκοπούντος, εἰς τὸν ἄνω πόρον μόλις ἠδυνήθη περάσαι μετὰ τῶν καβαλλαρικῶν

\*) Ex Cod. Vat. No. 163, fol. 60 verso.

\*\*) Hic est in Codice lacuna relicta aliquot verborum: ob prototypum opinor aut lacerum hoc loco, aut lectu difficile.

\*\*\*) Altera lacuna, et paulo post tertia, sed haec minuta.

- παρατάξων, τῶν ἵππων αὐτῶν ἀποπλεόντων. καὶ τότε ἤρξαντο τὰ ἄπειρα πλῆθη τῶν περὶ τοῦ Χαμβδά ἐξερσε συγκοπτειν σφοδρῶς·*  
 P. 204 *οὓς συγκοπτομένους ἰδὼν ὁ ἀλαξῶν, πρὸς φυγὴν ἐτρέπετο, καὶ σώ-  
 ζειν ἑαυτὸν ὄση δύναμις διηγωνίζετο. Καὶ οὕτως ὁ Μάγιστρος τὸ  
 κάστρον τὸ Χαλεπ ἀμαχητὶ παρέλαβε, καὶ ἀναλαμβάνόμενος τοὺς  
 ζωρηθέντας Ἀγαρηνοὺς, καὶ τὴν πολλὴν τῶν λαφύρων συναγω-  
 γὴν, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀναστρέφειν ἔκρινε δεῖν. I. e. Is e re-  
 gina urbium profectus in agrum barbaris conterminum se con-  
 tulit, regionem incendio vastans, munitiones evertens. Deinde  
 omnibus copiis Alepum contendit, frequentissimam opibusque  
 refertam civitatem, adversus impium Chambdanum. Ita, cum  
 ad urbem illam pervenisset, offendit circum eam Chambdanum  
 acie instructa magna cum multitudine Arabum, Delemitarum,  
 Curdorum, caeteraque turba ex regione coacta: peditibus ho-  
 stium Alepensibusque solis vada fluminis obtinentibus,  
 ut transitu exercitum Romanum prohiberent. Hic Chambdanus,  
 spe falsa inductus, firmiter consistebat, ignorans miser, in ma-  
 nu ... belli auxilium, et hoc . . horis Magistro investiga[n]te  
 vada fluminis, diligenter perspecto locorum situ per superius  
 vadum, aegre licet, cum equestribus numeris equis natantibus  
 transit. Quo superato innumerabilem multitudinem peditum  
 Chkambdani acriter gladiis conficere coeperunt: quos cum caedi  
 videret arrogans barbarus, in fugam conversus quin se servaret  
 nihil ad celeritatem sibi reliqui fecit. Itaque Magister, nemine  
 amplius resistente, Halepo urbe potitus est, Saracenisque captis  
 et magna praedae vi assumtis, Constantinopolim reverti insti-  
 tuit. Haec iam a me in Notitiis Manuscriptt. VIII. 265. C. re-  
 lata huc revocavi, ut historiam expeditionis Nicephorianae illu-  
 strantia. Eandem summam attingunt Cedren. II. 645. B. Mi-  
 chaël Glycas 305. A. Zonaras II. 197. B. et Simeon Magister inter  
 Scriptt. post Theophan. 498. D. Copiosiores sunt Elmacinus Hi-  
 storia Saracen. edit Erpen. 223. C. Abulpharagius Chronic. Syr. I.  
 195. C. et Abulfeda Annal. Moslemicis edit. Adler. II. 476. A.  
 Delemitae, quorum fit mentio supra 203. C. sunt gens in Parthia  
 B circa mare Caspium, in iugo montium quo nunc Ghilan et Ma-  
 zanderam a provinciis Algebal et Irak Ajami determinantur.  
 Dilimnitas [Διλιμνίτας] memorant iam Agathias 92. D. et Theo-  
 phylactus Simocatt. 96. C. Militabant tunc cum Curdis finitimis  
 in exercitibus Arabum. Theodosius Diaconus De expugnatione  
 Cretae Acroas. V. 22:*

— πλὴν ἐν τάχει

Τῶν Δελεμιτῶν βελεβιτῶν τοὺς τόπους

Πείσει καλεῖσθαι σὸν βέλος, σκηπτροκράτορ.

Tametsi ibi Fogginius 389. D. Δελεμιτῶν non gentis nomen, sed generaliter omnium Saracenorum cognomentum esse putet. Flu-

vius, prope quem pugnatum fuit, est fortasse antiquorum Chalus Arabibus **قويق**, *Kowait* seu *Caic*, agrum Berrhoeensem rigans rivulus, de quo Excerpta Ibn Ol Wardi, ad calc. Syriae Abulf. ed. Koehl. 190. A. aut unus e torrentibus, qui ex Amano manantes in lacum Antiochensem transeunt, ut Ufrenus, alique ad Gindarum vel Gephyram. Narratio scriptoris nostri egregie convenit cum Elmacino 223. D. qui scribit, Chambdanum, hoc est Seifeddaulam, Hamdani nepotem, copiis bipartitis maiorem partem Nagjao legato suo commisisse: ipsum cum exigua manu (haec est nostri scriptoris cohors ad superius vadum fluminis considens) remansisse, quam Nicephorus solam nactus, impressione facta penitus delevit.

*Ibid. lin. 10. τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημιαν τοῦ ἀνακτος Ρωμανοῦ]* Obiit Romanus Iunior Imp. die 15. Martii a. 963, demonstrante Pagio Critic. ad Bar. IV. 5. A. et Krug *Chron. der Byz.* 326. B. Nicephorus, Cplim redux mense Aprili (Cedren. II. 645. D.), die 2. Iulii in campo ante Caesarëam ab exercitu Imperator renunciatus est (Constant. Porphyrog. Caerim. Byzant. I. 251. D.): ita quae narrantur a Leone cap. xi. et xii. huius libri, necesse est Aprili et Maio eiusdem anni 963. accidisse.

*Ibid. lin. 22. οἱ λοιμοί]* Inde Zonaras II. 196. D. quod ait, Romanum Iuniorem se dedisse ἀνδράσι διεφθαρμένοις τε καὶ λοιμοῖς.

*Pag. 31. lin. 4. Ἐίτε δὲ ἐκείνωσ, εἴτε καὶ οὕτως]* Transpo- D suit haec Agathiae 59. B. *Ἐίτε δὴ οὖν οὕτως, εἴτε ἐκείνωσ.*

*Ibid. lin. 9. νῆπιοι κομιδῇ τελοῦντες]* Confer Agathiam 90. D.

*Ibid. lin. 19. τὴν βασιλειαν ἐστὶν]* Sic Codex: tametsi non dubito Leonem aut scripsisse aut scribere debuisse τὴν βασιλειον ἐς, ut est alibi 3. B. 29. B. 39. D. 43. D. 60. D. 76. C. Aequè insolenter Codex supra 3. A. τὴν αὐτοκρατορίαν ἀρχήν· vide quae notavi 189. C.

*Pag. 32. lin. 5. ὑπὲρ τῶν ὄλων]* Combefisius IV. 5. mire, *aliorum causa decertaret*: nam in Codice manifesto est ὄλων non ἄλλων.

*Ibid. lin. 9. ἐφ' ἐστίας ἠσούχαζεν.]* Cum his optime consentit Anonymus quem Iulium Pollucem credunt, in hunc modum (repetam narrationem eius paulo altius, ab obitu Romani Imperatoris): \*) *Μαθὼν δὲ τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως Ρωμανοῦ, ἐπεσχέθη τῆς δρομῆς· καὶ ἐκίστω τῶν μετ' αὐτοῦ ὄντων ἀρχόντων διαρίσατο, συναχθῆναι τοὺς ζωορηθέντας Ἀγαρηνοὺς καὶ τὰ λά-* P. 205 *φυρα εἰς ἓνα χῶρον τῆς Ρωμαϊκῆς γῆς. Ἐν δὲ τῷ παλατίῳ καταλείφθησαν εὐφημούμενοι ἢ, τε Θεοφανῶ Λύγουστα καὶ τὰ δύο αὐτῆς τέκνα Βασίλειος καὶ Κωνσταντίνος, τῇ σπουδῇ καὶ συνέσει τοῦ παραδυναστεύοντος Ἰωσήφ παρικοιμωμένου, τοῦ τὸ ὑπήκοον*

\*) Ex Cod. Vatic. No. 163, fol. 61 recto.

ἐν δικαιοσύνῃ διέποντος. Τότε δὴ διαγραφῆς αὐτῶν διωρίσαντο καὶ τὸν Μάγιστρον Νικηφόρον καὶ Δομέστικον ἐν τῇ πόλει παραγενέσθαι. Ὁ δὲ εἰσελθὼν πάντα τὰ λάφυρα συνάμα καὶ τοῖς αἰγυμλάτοις Ἀγαρηνοῖς ἐν τῷ ἱππικῷ ἐθριάμβευσε, τοῦ τῆς πόλεως Βόηλου καὶ τοῦ πλήθους συνηθροισμένου. Τότε τὸν Μάγιστρον καὶ Δομέστικον τῶν σχολῶν Νικηφόρον οἱ πολῖται νικητὴν ἐκνόμασαν, καὶ πάντες οὕτως ἠγάπησαν τὸν ἀριστεῖα ὡς οἰκίαν ψυγῆν. I. e. Is [Nicephorus], ubi de morte Romani Imp. intellexit, repraesit impetum: praefectis singulis, qui secum erant, imperat, ut Saracenos captos praedamque unum in locum Romanae ditionis conferrent. Relinquebantur in palatio pronunciatii Theophano Augusta duoque eius filii Basilius et Constantinus, sedulitate et prudentia procuratoris imperii Iosephi cubicularii, subditos aequabiliter moderantis. Hi igitur per litteras iusserunt, Magister quoque et Domesticus Nicephorus ut in urbem veniat. Is ingressus [mens. Aprilis a. 963: vid. supra 204. C.] praedam omnem una cum Saracenis captivis per circum in triumpho transtulit, conglobata multitudine urbana ac plebe. Tunc Magistrum et Domesticum scholarum Nicephorum cives victorem nominaverunt, omnesque illum, quod optime se in bello gessisset, haud secus deamaverunt ac propriam animam. Nota Iosephum Cubicularium, qui tantas cum Nicephoro simultates gessit, in superius positus ornari potius quam carpi: unde inferre possis, historiam illam non nisi Nicephoro obtruncato in lucem prodiisse, imperante fortasse Tzimisce, aut Basilio II.

*Ibid.* lin. 14. ἐπὶ τὸ ἀνάκτορον τοῦτον ἐκαλεῖτο] Harum insidiarum ab Iosepho mense Aprilis a. 963. Nicephoro structuram neque Cedren. II. 646. A. meminit, neque Zonaras: ambo contra scribunt Nicephorum, ostenso cilicino ipsius indusio, Iosepho persuasisse, solitariam se vitam recessumque a saeculo meditari (ubi apud Zonaram II. 198. B. consentientibus codd. pro κατακυπτόμενον I. κατακρυπτόμενον). Cuiusmodi famam profecto tunc perccebuisset firmatur ex historia horum temporum ms. in Biblioth. Regia, ubi illa: Ὁ Φωκᾶς τὴν προφοίβασιν (sic, voce in Lexica nondum recepta: alia forma προφοίβασμα nota est) ἔλαβε παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ὄντος εἰς τὸ Ἅγιον Ὄρος, ὅτι μέλλει εἰς τέλος ὀλέσθαι τὰ πλήθη τῶν Σαρακενηῶν, καὶ ἐκδιῶξαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὄρειων τῆς Ῥωμαϊδος γῆς. Ἀπελθὼν δὲ ἐν τῇ Κρήτῃ ὁ Φωκᾶς καὶ σκυλεύσας τοὺς Ἀραβας, ἔπεμψε τῷ ἁγίῳ ἱκανὰς λίτρας χρυσίου ἐκ τῶν λαφύρων, ἵνα οἰκοδομήσῃ μοναστηρίων. Λόγον γὰρ εἶχον ἀόρηκτον ὁμοῦ, ὅτι ὅπου ἂν οἰκοδομήσῃ ὁ Ἀθανάσιος, ἐκείσε ἵνα καρῆ καὶ ὁ Φωκᾶς, καὶ συναποθάνῃ μετ' αὐτοῦ. Ὡς δὲ γέγονε βασιλεὺς μετὰ τὸν θάνατον Ῥωμανοῦ, πάννυ ἐμύμψατο αὐτὸν ὁ ἅγιος καὶ ἀγγέλσθη, ὅτι ἐπροτιμήσατο τὴν βασιλείαν παρὰ τὴν μοναχικὴν πολιτείαν. Habes hic tempus, quo

monasterium S. Laurae in Atho a S. Athanasio aedificatum sit, nempe paulo ante annum 963, quo Nicephorus imperium tenuit. De hoc S. Athanasio Harlesius Bibliotheca Graeca X. 201. B. et praecipue J. Pinius Sylloge historica de S. Athanasio confessore in monte Atho, in Actis SS. Iulii II. 246. C. S. Athanasii vita Graece inedita extat in Cod. Coisl. 223. D

*Pag. 33. lin. 5. ταῖς τοῦ κρείττονος εὐδόωσιν] Εὐδόωσις non est in Lexicis: de sensu dubitatio esse nulla potest. Utitur praeter Leonem Theodoretus Comment. in Psalmos I. 11. D. οὐκ ἀπολελυμένως εὐδόωσις αὐτῇ, ἀλλ' ἀσεβῶν. Vertit Corderius: non est haec absolute prosperatio, sed impiorum. Item Anonymus in Formulario ad calc. Codini De officiis 412. A. et F.*

*Ibid. lin. 6. οὐκ ἐνάρκησε σκαιωρήσασθαι θάνατον] Phrasis οὐ νεκρῶν pro non dubitare, non vereri, frequens apud Leonem: vid. 49. B. 54. A. 70. D.*

*Pag. 34. lin. 15. ὄρκους φρικωδεστάτοις] Constantinus Manasses Breviario Histor. 115. D:*

*"Ορκους γε φρικτοῖς αἰδεσθεῖς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης.*

Pro quo versu Codd. nostri melius:

*"Ορκους φρικτοῖς καταδεθεῖς ὑπὸ τῆς βασιλίδος.*

### IN LIBRUM III.

Primum caput huius libri a Combefisio versum apud Pagium P. 206 IV. 6 passim a me retractatum est.

*Pag. 35. lin. 1. Ἦδη δὲ τοῦ ἥρος μεσοῦντος] Tempus quo Nicephorus ab urbe profectus est, accuratius indicat Anonymus in historia ms. cuius fragmenta superius 199. D. 201. A. 203. C. 204. D. notis inserui. Is sic de expeditione Nicephori a. 963. suscepta:\*) Μετὰ δὲ τὴν ἀγλαν ἀνάστασιν τῆς ἔκτης Ἰνδικτιῶνος καὶ τὴν τῶν ἀπράκτων ἡμερῶν διάβασιν ὁ Μάγιστρος Νικηφόρος πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἀπεστάλη πρὸς ἄμυναν τοῦ ἀθέου Χαμβδά, ὅπως μὴ ἐξελάσῃ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν γῆν, ἀναμαθῶν τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ. Ἀπήτησαν δὲ καὶ ἀσφάλειαν ἔγραψαν τὸν Β Μάγιστρον Νικηφόρον, τοῦ μηδέποτε μελετῆσαι αὐτὸν ἐπανάστασιν κατὰ τῶν βασιλέων· ὃ δὲ καὶ πεποίηκεν. Ὁ δὲ παρακοιμώμενος Ἰωσήφ τῇ ἐντροχίᾳ καὶ συνέσει αὐτοῦ διώκει τὰ τοῦ κοινοῦ· συνήρουν δὲ αὐτῷ Μιχαὴλ Μάγιστρος ὁ Ῥέτιωρ καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου, καὶ Συμεὼν Πατρικίος καὶ Πρωτασηκρητίς. Indictione sexta post sanctam resurrectionem diesque feriatos exactos Nicephorus Magister in orientem misus est ad repellendum impium Chambdanum, ne in fines Romanos excurreret, audita morte Romani Imperat. Exegerant autem a Nicephoro Magistro*

\*) Ex Cod. Vatic. No. 163, fol. 61 recto.

*cautionem scriptam, ne unquam seditionem adversus Imperatores moliretur: quam fidem ille dedit. Interim Iosephus cubicularius, qua erat solertia et intellectu, rempublicam administrabat: cui assidebant Michaël Rector Magister et logotheta cursus publici, cum Simeone Patricio et primo a secretis. Patet inde, Nicephorum ab urbe movisse ineunte Maio: mense Iunio eiusdem anni 963. Iosephus Bringas epistolam de Nicephoro occidendo scripsit ad Tzimissem reliquosque duces, qui Nicephorum C Imperatorem renunciaverunt a. d. VI. Kal. Iul. De eadem profectione Nicephori adversus Saracenos Constantinus Manasses Breviar. Hist. 115. C.*

*Ibid. lin. 7. ὑπιογαίς]* Vocabulum Leo arripuit ex Odyssea V. 404. Ibi nonnulli legebant:

*Οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες νηῶν ὄχοι, οὐδ' ὑπιογαί.*  
ubi nunc edd. *ἐπιογαί.* De sensu vocis vide Albert. ad Hesych. II. 1466.

*Pag. 36. lin. 4. καὶ ἐπεβρώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις]* Ut uno exemplo appareat quam pueriliter Leo Agathiam sit imitatus, ponam hic utriusque verba: Agath. 35. A: Ἐξασκεῖν γὰρ ἐπικλείον αὐτοὺς ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπεβρώννυε τὸν θυμὸν Δταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν Ἰσπαν ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι· ἔς τε πυρόβλην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι, καὶ θαμεῖ τῇ σάλπιγγι καταβουμβεῖσθαι τὸ ἐνυάλιον ἐπηγούση κ. τ. λ. Leo 22. A: Τοὺς ἀμφ' ἑαυτὸν ἐξήσκει τὰ πολέμια, καὶ τὸν θυμὸν ἔθηγε, καὶ ἐπεβρώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, καὶ τὴν ἐνόπλιον ἐξεπαίδευε περιδινησιν, θαμὰ ταῖς σάλπιγγιν ἐγκλεισόμενος ἐπηγεῖν — ἐφ' Ἰσπαν τε ὑπεράλλεσθαι κ. τ. λ.

*Ibid. lin. 17. κατέχων ὡς ἐν δικτύῳ αἱμάτων ἄνδρα]* Αἱμάτων ἄνδρες alibi quoque 25. B. 65. C. Leonis totum locum Scylitzes in Chronico ms. et ex illo Cedren. Comp. Hist. II. 646. D. in usus suos converterunt. Quaedam imitationis vestigia habes vel apud Glycam 306. B.

*Ibid. lin. 21. τίνα τὸν τρόπον]* Mediam ex his vocibus omittere debuisset Leo, nisi fortasse scripsit, τίνα τῶν τρόπων, quod tamen non multo usitatius. Vocabulum τρόπος saepe confundi cum τόπος, alii iam ostenderunt exemplis variis: quibus adde locum Theonis in Progymnas. 85. A. τὴν μέντοι τάξιν τῶν ἐπιχειρημάτων ποιησόμεθα, καθὰ καὶ τῶν τρόπων ἐκτιθέμεθα. P. 207 gendum τόπων, ut est infra apud eundem 86. A. ἐκ πάντων τῶν τόπων ἐπιχειρεῖν· item 117. B. ἐπιχειρεῖν δὲ δεῖ ἐξ ὧν ἐνδέχεται τόπων. Contra 112. B. ὁ τόπος τῶν λόγων διττός, emenda, ὁ τρόπος. Similitudo utriusque vocis proverbii sententiisque compluribus locum dedit: οὗς συνάπτει τρόπος, καὶ τόπος συνίστησιν· καὶ οὗς ὁ τρόπος διδασκῆσι, καὶ τόπος ἀπας ἀφίσταται· Anonymus Vita S. Nicolai Studitae 904. B. Formula item, τρόπον τινά, omis-

so κατὰ, nihil sane est usitatus: quam tamen parum apte reddidit interpres Epistolae synodal. Agapeti Conc. Const. sub Mena II. 1225. D. καὶ τρόπον τινὰ τεθραυμάκαμεν, et modum quandam admirati sumus. Emenda, et quodammodo adm. s. Labbeana editio habet, supra modum. In Conc. autem Oec. sexto III. 1185. E. εἰπέ μοι, καὶ ἂν τοῦτο εἴποι, pronomen τίς perperam omissum, scribendumque est, καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴπ., et quis hoc dixerit, ex S. Ioann. Chrysost. Orat. in illud, Pater si possibile est, V. 217. B. unde haec verba et proxime sequentia sunt desumpta.

Pag. 37. lin. 1. Τὸν Μαριανὸν οὖν] Μαριανὸς ὁ Ἐπαμβαζ vocatur a Constant. Porphyrogen. Caerim. Byz. I. 252. C. ad B quem vide Reiskium II. 143. D.

Ibid. lin. 12. Τζιμισκῆν] Secutus sum scripturam vulgarem: sed id Armeniacum nomen habet Cod. hic per iota Τζιμισκί· in sequentibus plerumque est Τζιμισκῆς, ut 23. B. 30. B. (com-mémoro pagg. edit. quibus loca Codicis respondent) 36. C. 51. C. Τζιμισκῆς 56. B. Reliquos scribendi modos, velut Τζιμισκῆς Constant. Manass. 115. D. (Codd. ibi et alias Τζιμισκῆς) 118. C. 119. C. 120. A. B. Τζιμισκῆς Cedrenus II. 646. D. Glycas 305. B. 308. A. B. Τζιμισκῆς Anna Comnen. 451. B. Τζουμισκῆ in typico ms. Matthaei Not. Codd. Gr. Mosq. 245. A. longius persequi ve-reor ne putidum sit.

Ibid. lin. 19. περαιωθήσεται] Adhibet hic figuratim, pro περανθήσεται· infra sensu proprio περαιωθεῖς, transgressus fluvium mareve, 11. A. 17. C. 72. B. 107. D. 108. A. περαιωθέντα 75. D. 76. C. 99. A. B. Interdum, ut solet passiva et media confundere, usurpat medium περαιωσάμενος, 10. B. 40. C. — Agathias, unde Leo colores duxit, semper utitur passivo: τὸν Πάδον ἐπεραιούσντο 38. A. περαιωθεῖς τὰ εἶδρα 140. C. τὸν Ἰστρον περαιωθέντες 9. A. περαιωθεῖσιν 171. B. διαπεραιωθέντες, transgressi, 45. C. 154. D.

Ibid. lin. 20. ἀδιάσειστον] Hanc vocam praeterquam illo loco nusquam me legere memini.

Pag. 38. lin. 12. τὸν ὑπέρμαχον καὶ ἀλαζόνα Φωκῶν] Ἐπέρμαχος hic invidiose. Vulgo bono sensu propugnator, defensor, praesertim apud Philonem, qui modo coniungit cum δορυφόρος, De confusione linguar. 257. B. modo cum προαγωνιστής, De mundi opificio 28. A. De Abrahamo 299. B. De specialibus leg. 615. E. In Flacc. 765. E. Semel iungitur cum voce in Lexicis omissa fortasseque corrupta προδιαγωνιστής, De specialibus legg. 608. E. Neque aliter S. Ioann. Chrysost. Oratione xxxvi. in Genesisin, I. 295. 4. ἐγὼ σου ὑπερασπίσω, τοῦτ' ἴστιν, ἐγὼ ὑπεραγωνίζομαι, ἐγὼ ὑπέρμαχος γίνομαι· et Orat. xxxix. in eandem I. 318. 17. ὑπέρμαχος σοι γινόμενος, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνώτερον [f. σὲ] πεπονηώς. Item S. Gregorius Thaumaturgus Oratione panegy. D

- ad Origenem 70. B. *ὑπέρμαχον ἔχων αὐτὸν τὸν ἠκατημένον* et Petrus Siculo Historia Manichaeorum 70. A. Potius tamen credam, Leonem voce perverse esse usum, quam corruptam esse et *ὑπέρμαχον* scribendum. *Ἐπερμαχέω* autem viri docti recte mirantur construi cum accusativo a Luciano Revivisc. I. 593. 42. *τοῦτο ὑπερμάχει* neque mihi ullum eius constructionis exemplum se obtulit: nam in illo S. Basilii magni Epist. ccxliii. II. 1017. C. *τὴν κόμην τὴν ὑποδεξαμένην τὴν ἀρπαγείσαν καὶ φυλάξασαν ἦτοι ὑπερμαχήσασαν* extremum verbum sine ullo omnino regimine videtur esse. Cum dativo passim construitur cum a tragicis, tum apud Patres. S. Basilii De vera virginitat. I. 608. C. *ὑπερμαχοῦν αὐτῶ*. S. Gregorius Nyssenus In Canticum Cantic. I. 588. B. *τοὺς ὑπερμαχοῦντας ἡμῖν*. Apud eundem S. Gregorium est octies sequenti genitivo, De vita Mosis I. 172. A. et 216. D. Contra Eunomium II. 142. C. De sancta Trinitate 439. C. In laudem fratris Basilii 916. B. Oratione funebr. de Placilla 981. B. Contra Eunom. III. 126. C. et 158. C. ut adeo suspicari possis,
- P. 208 loco illo superiore dativum errore librarioli irrepsisse. Cum genitivo copulatur in loco corrupto Concilii Nicaeni I. 424. A. *τῇ τε πρὸς ἡμᾶς δι' ὑποκρίσεως τὸν ἄνδρα τοῦ δοκεῖν εἶναι, καὶ τῆς τῶν ἐναντίων συμφορᾶς γενναίως ὑπερμαχοῦντες*. Ubi Harduinus quidem scribi vult, *πῇ τε πρὸς ἡμᾶς et ὑπερμάχοντα*. Sed quod sequitur, *καὶ τῆς τῶν ἐναντίων*, satis ostendit legendum esse *τῆς τε πρὸς ἡμᾶς*. Praeterea miror, Harduin. scripsisse *ὑπερμάχοντα*, quae vox est nihili, pro *ὑπερμαχοῦντα*, neque *συμφορᾶς* mutasse in *συμμορᾶς*, nec τοῦ δοκεῖν in τῶ δοκεῖν. Sensus est: *quoniam vir ille per simulationem videbatur nostras sententias esse, et tamen pro adversariorum partibus fortiter propugnabat.*
- Pag. 39. lin. 2. ὅσον τὸ ἐπ' ἐκείνω ] In Codice scriptum est, ὅσον τῶ, perperam: vide quae observavit vir acutissimus Augustus Matthiae Grammat. Graec. 282. B. Nam apud S. Epiphanium Ancorato II. 14. C. legitur quidem similiter ὅσον τῶ ἐπ' ἀνθρώπῳ, sed ibi quoque τὸ corrigendum est, sicut iam apud eundem impressum cum alibi extat tum libro Adversus haeres. I. B 609. A. ὅσον τὸ κατ' αὐτόν. Inverso ordine Iosephus Antiquit. Iudaic. 655. C. τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Clemens Alexandrinus Admonitione ad gent. 37. C. τὸ ὅσον ἐφ' ὑμῖν et Paedagog. 248. C. τὸ ὅσον ἐπ' αὐταῖς. Idque adiectivum ὅσος cum perelegantes in omni genere significationes habeat, mirum non est, in eo exponendo multos eosque doctos interpretes esse lapsos. Velut in phrasi ὅσον ἦκεν εἰς ἐμὲ, quod ad me attinet: quam, apud posteriores certe scriptores, multo magis in usu esse video, quam alteram ὅσον ἦκεν ἐπ' ἐμὲ, de qua Vigerus Hermanni 128. A. S. Epiphanius Adversus haeres. I. 1088. B. ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὸν Κύριον, quod ad Dominum spectat. Synesius Epistola cxxi. 388. A. ἀλλ' ἔγω, τὸ γε εἰς ἐμὲ ἦκεν, ἅπαν ποιῶ. Isidorus Pe-



Insiota Epist. LXIV. 206. τό γε ἦκον εἰς αὐτούς. S. Ioann. Chrysost. Homil. XXXII. in Epistolam priorem ad Corinth. III. 448. 38. τί δέ ἐστι, τὸ ἐκ μέρους; τό γε εἰς ὑμᾶς ἦκον. Idem Homilia III. in Acta App. 623. 17. ἐφ' ἑτέρους βιάζεται μεταθεῖναι τὸ ἔγκλημα, ὅσον εἰς αὐτὸν ἦκε. Quod Erasmus male vertit in editione Frontonis Ducaei III. 29. C. in alios detorquet crimen, per quos ad hoc devenit: id tamen Montefalconius emendavit edit. novissa. IX. 24. Concilio autem Oecumenico sexto III. 1220. A. ὅσον ἦκεν εἰς τὴν σάρκα, interpres legis videtur, εἶπεν· nam vertit absone, quantum dicit ad carnem. Porro eandem fere vim quam ὅσον ἦκεν εἰς, habet ὅσον ἐστὶ. Quod non vidit Billius in S. Gregorio Nazianzen. Orat. in Christi nativitat. I. 624. θεὸν ὄραν, ὅσον ἐστὶ· vertens, Deum, quantus est, conspiciens: corrige, quantum fieri potest, quantum licet, ὅσον ἐφικτὸν τοῖς δεσμίσις τῆς σαρκός, ut ipse explicat continuo post.

Pag. 40. lin. 13. τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὑφαπλουμένων τῇ γῆ] Affirmare non ausim auctorem scripsisse ὑφαπλουμένων· scribere debuisset dubium non est. Dicitur enim proprie ὑφαπλοῦσθαι de radiis lucis. Eusebius Praepar. Evangel. 69. D. ἥλιος, τὰς τοῦ ὀκειλου φωτὸς ὑφαπλώσας ἀκτῖνας. S. Iustinus Martyr Expositione fidei de recta confess. 389. C. τὸν ἥλιον ὡς μᾶλλον εἰς αὐτὸν τῶν λοιπῶν ὑφαπλούμενον. S. Basilii Commentar. in caput ix. Esaias I. 1032. A. τὸ φῶς δέκονσα μὲν τὴν ἀγλύν, ἐφήπλωσε δὲ αὐτοῖς τῆς ἀληθείας τὸ φέγγος. Scripturam tamen Codicis immutare nolui, verbum minus proprium ab ipso auctore manasse ratus. Est quoque προσυφαπλώσαι eodem sensu 58. C.

Ibid. lin. 14. Ἰούλιος εἶχεν ἀρχὴν] Nempe anni 963: Romanus imperator vita functus erat die 15. Martii eiusdem anni: vide supra 204. C.

Ibid. lin. 20. βασιλέα τὸν Νικηφόρον ἐφήμιζον] Quemadmodum Nicephorus a ducibus renunciatus sit Imperator, refert Anonymus, ex cuius historia ms. iam supra 206. A. quaedam ascripsi:\*) Τοῦ δὲ Μαγίστρου καὶ Δομεστικου Νικηφόρου ἐν Καισαρείᾳ καταλαβόντος καὶ τὸν στρατὸν ἀδνουμιάζοντος, πρὸς τὸ χωρῆσαι κατὰ τοῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ, ὁ Πατρικίος Ἰωάννης ὁ λεγόμενος Τξιμισχῆς, καὶ ὁ Πατρικίος Ρωμανὸς ὁ τοῦ Κουρκουᾶ, καὶ ὁ Πατρικίος Νικηφόρος ὁ Ἑξακιονίτης καὶ οἱ λοιποὶ στρατηγοὶ σὺν τοῖς ταγματικοῖς ἀρχουσι βουλευόνται, ἵνα τὸν Μάγιστρον βασιλέα ἀναγορευσωσι. Καὶ δὴ πρὸς τὸ σκηνοπηγεῖν αὐτοῦ ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ . . . . . Nicephorus Magister et Domesticus cum Caesaream venisset, recenseretque exercitum ad pergendum contra arrogantem Chambdanum, Patricius Ioannes qui dicitur Tximisches, Romanus Curcuas F. Patricius, Patricius Nicephorus Hexacionites casterique duces cum praefectis legionariis ratio-

\*) Ex Cod. Vatic. No. 163, fol. 61 recte.

*nem ineunt, quemadmodum Magistrum Imperatorem renunciant. Itaque ad tabernaculum eius in unum congressi . . . . .* His imperfecte desinit historia Anonymi in Cod. Vaticano, quem ex alio male habito descriptum esse lacunae spatiaque passim a librario relicta (verbis nempe in prototypo exesis aut deletis) demonstrant.

Pag. 41. lin. 1. Πλεύσης τὸ μειράκιον ὠνομάζετο] In versione Cedreni a Xylandro facta vocatur Pelusa II. 649. A. perperam. Nam in scriptione Πλεύσης consentiunt Leo, Cedrenus in Graeco, Scylitza Historia ms., Zonaras II. 199. D. Glycas 305. D. et Cangius Famil. Byzant. 150. C.

B Pag. 42. lin. 21. διαμιλλώμενα] Proposui διαμιλλομένω· nisi dicas neutrum positum pro masculino: vid. Vigerum De idiotism. 43. C. ibique notas.

Pag. 43. lin. 1. καθ' ἣν ἄκρατα πανταχόθεν εἰσρεῖ] Exempli adiectivi ἄκρατος, eo sensu quo hic occurrit, collegit Gatakerus Miscellan. posthum. I. 450. E.

Pag. 44. lin. 6. τὴν παντοδαπὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλος.] Vulgatiores forma est ἀπαραμύλλητος· Iosephus Antiquit. Iudaic. 271. G. S. Iustinus Martyr Cohortatione ad Graecos 40. B. Eustathius ad Odysseae P. 627. 23. Vocem rarissimam ἀπαράμιλλος neque Lexica habent, neque extra Leonem scriptor, ut nunc quidem leguntur, quantum memini, ullus. Vestigia agnoscere mihi videor apud Theophylactum Bulgariae archiepiscopum Epist. xv. 818. C. ὑπερτίμω τῷ Ψελλῷ, καὶ παραμύλλω τὴν γλώτταν· et Epistola lxx. 922. C. εἰσφέροντες τῇ παραμύλλω σου ἀγαθότητι. Utrouque non dubito quin scribendum sit ἀπαραμύλλω.

C Pag. 45. lin. 13. τὴν καρδίαν βληθεῖς] Adeo ut minis exasperaret plebem, auctore Zonara II. 199. B. ὁ δὲ ἀπειλαῖς μᾶλλον αὐτὸ ἐξετράχυνεν. Sic enim in optimo Cod. Reg. 1716: in caso secus est.

Pag. 46. lin. 1. ἐν τοῖς Ἡίοις] De hoc palatio suburbano in Constantinopoli Christian. 175. C. Ducangius, cuius orthographiam in nomine Latine ac Graece scribendo sum secutus.

Ibid. lin. 18. Ἐκ τούτου παύθησαν ὁ Βασιλεῖος] Is motus Constantinopoli accidit a. d. V. Id. August. ut ait Cedren. II. 648. A. ἐννάτην ἄγουσα [l. ex Codd. ἄγοντος, sensu item postulante] τοῦ Ἀυγούστου μηνός. Paulo post B. ἀπὸ πρώτης ὥρας τῆς δευτέρας ἡμέρας· male Xylander, a prima insequentis diei hora. Est, a prima hora diei Lunae. Constantin. Porphyrog. Caerimon. aulae Byz. I. 253. C. Ἡ δευτέρα enim apud Graecos Christianos est secundus septimane dies. Sic Leo 94. B. ἔκτη δὲ ἦν τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα, h. e. dies Veneris. Denique apud Cedrenum B. lin. 9. ubi nunc κατεστράφησαν, malim κατεσκάφησαν, quod certe habet Scylitzes ms.

Pag. 47. lin. 6. καὶ ἐρεπίωσιν] Fortasse scr. ἐρεπίωσιν.

Nam Phavorinus 742. 27. Ἐρειπίωσις, ἡ πτώσις· et ἔρειπίω, verbum in Lexicis praetermissum, legitur cum apud Eusebium Demonstrat. Evangel. 64. B. τὸ ἱερὸν τὸ εὐπρεπὲς τῆς μητροπόλεως αὐτῶν ἔρειπίωται. tum apud S. Gregorium Nyssenum Vita S. Gregorii Thaumaturgi II. 986. C. Tametsi alia forma absque ι, ἔρειπίω, aequè inveniatur, idque, quod mirere, apud eundem S. Gregorium Nyssenum: ἔρειπωθήναι Homilia vi. in Ecclesiasten I. 434. D. ἔρειπωθὲν In Psalmos I. 311. D. Composita quoque absque ι: κατρειπίω s. κατρειπίω Leo Diacon. 15. D. 16. C. D. 20. A. 42. A. 45. A. 109. A. bis. Suidas 275. B. Zonaras II. 225. C. Heliodorus 417. C. Palladius De Bragmanibus 30. C. Nam in Palladii verbis τὰ πεπονημένα καὶ κατεβόρισταμένα [sic] vix dubito quin καττειπωμένα scribendum sit, potius quam κατεβόρισταμένα. Quinetiam συντειπωθή, forma Lexicographis ignota, aequè caret apud S. Gregorium Nyssenum De hominis opificio I. 109. D. Ἐρείπιος adiectivum, item in Lexica nondum receptum, videtur esse apud Philonem de Cherubim 125. A. διὰ τί οὐν οὐκίτας, ὡς P. 210 μὴ γένοιτο ἔρειπιος, οὐκ ἐπιμελησόμεθα;

*Ibid.* lin. 15. ἐκέτην ἐλεεινόν] Inde Zonaras quae habet II. 199. C. retentis aliquot scriptoris nostri locutionibus et verbis.

*Ibid.* lin. 22. Initio cap. VIII. quaedam sumsi ex fragmentis versionis Combesisanae, Pag. IV. 6.

*Pag.* 48. lin. 5. Ἐκκαίδεκάτην δ' Αὐγουστος ἤλαυνε μὴν] Nempe anni 963. De ingressu Nicephori Constantinopolim deque inauguratione eius luculentum fragmentum in Constantini Porphyrogen. Caerimon. aulae Byzantin. L. 251. B. quocum confer Reisk. Commentar. II. 141. A.

*Ibid.* lin. 8. πρὸς τοῦ . . . Πολυένκτου τῷ βασιλικῷ διαδήματι στέφεται] In Cedren. Compend. Hist. II. 648. D. Πολυένκτου παρεσκευάσαν τὸν Πατριάρχην, καὶ τῷ βασιλικῷ αὐτὸν ταινιωῶσαι διαδήματι, tolle verba καὶ τῷ, et verte, Patriarcham apparaverunt, hoc est, permoverunt, ut . . . Neque aliter Scylitza Historia ms. Verba interpolata Xylandro quoque fraudi fuerunt in versione.

*Ibid.* lin. 10. Τὴν δὲ ἰδέαν] Haec usque ad verba γεγεννημένων ἀνδρῶν, Pag. 48. lin. 20, Ducangius Graece dedit Notis historicis in Zonar. II. 107. A.

*Ibid.* lin. 19. ἐπιφράσασθαι] Ducangio negotium exhibuit in Codice siglum verbi, cuius partem duntaxat dedit punctis terminatam, ἐπιφράσας . . .

*Pag.* 49. lin. 2. At Nicephorus] Sequentia usque ad Pag. 51. lin. 20. rursus fere omnia ex Combesio, Pag. IV. 6.

*Ibid.* lin. 6. τὸ ἐπίκλην] Vocabulum est ex Agathia 124. D. Pro eo Leo passim adhibet τὴν ἐπίκλησιν 3. C. 56. B. 63. C. 65. D. 69. A. 83. C. 95. D. 107. D. τὴν ἐπωνυμίαν 71. D. τὸ ἐπώνυμα 36. C. τὸ ἐπώνυμον 48. C. 50. A. 51. A. C. 69. C. 77. D. τὸν κα-

τεπωνυμίαν 89. C. (quod vocabulum non est in Lexicis): τὸ πρόσημα 56. B.

*Pag. 50. lin. 1.* Ἐπιθυροῦντο] Apud Cedren. II. 649. B. διεδέχτο δὲ καὶ λόγος ἀπανταχοῦ: vereor ut recte. Scylitza ma. (in Codd. certe quos vidi): καὶ λόγος δὲ ἐφοῖτα [f. διεφοῖτα] ἀπ. non διεδέτοτο [sic], quod affertur in ora editionis Cedrenianae. Paulo inferius apud Cedren. 649. D. lin. 9. pro ἐνορκοῦντα Codd. ἐπιορκοῦντα.

C *Ibid. lin. 12.* κατεδυσώπησε τὸν ἀρχιερέα] Praesertim Styliano iurante, nullum ex Theophanonis liberis a Nicephoro de baptismo esse susceptum, ut referunt Cedrenus et Glycas. Apud quem 306. B. post τὸν Στυλιανὸν Codd. addunt, ἑπὲρ τοῦ βασιλέως ὀμνῶντα.

*Ibid. lin. 18.* Αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διαχειμάζων] Victoriam Ioann. Tzimiscae a Cedreno II. 654. B. celebratam in anni 963. autumno, hanc hiemem praecedenti, accidisse credendum est. Quo in loco Cedreni post verba, εἰς τινα λόφον δύσβατον καὶ ἀπόκρυμνον [l. ἀπόκρημν.], περὶ τοὺς ἵππους [f. τοῦ ἵππου] ἀποβάαντες, καὶ τῇ τοῦ τόπου θαρρήσαντες, inserte ex auctoritate Codd. vocem εὐκαιρία, quam vulgata habet in margine, quaeque omnino abesse nequit.

*Pag. 51. ἴσ. 6.* Initium capituli X. Combesisius vertit, Pagi IV. 8.

*Ibid. ead. lin.* Ἐπεὶ δὲ τὴν τοῦ χειμῶνος κατήφειαν ἐαρινὰ τροπα] Nempes solstitium aestivum anni 964, a quo non multum dissentit Cedrenus II. 654. B. scribens, Iulio Nicephorum hanc expeditionem suscepisse. Apud Abulpharajium Historia dynastiar. p. 313. ea omnia ad a. Hegirae 351, hoc est Christi 962, referuntur: perperam, opinor: errore vel auctoris vel librarium.

*Ibid. lin. 13.* κυκλόθεν διεληφῶς] Διαλαμβάνω, vel certe perfectum διέληφα, apud Leonem valet *cinxi*: sic supra 13. A. et fortasse infra 36. D. Quin hac ipsa pagina lin. 18. passive, κυκλόθεν διέληπτο. Eodem sensu διέζωσεν 37. A.

*Ibid. lin. 21.* πολυχέμων τις, ψυχρός τε καὶ διειδῆς περινάων] Neque πολυχέμων est in Lexicis, neque περινάω. Illud invenitur apud S. Basilium Epist. cix. II. 946. ὃ πηγῆς πολυχέμωνος (quo eodem sensu S. Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphon. 329. C. πολυῦδρου καὶ λυχρῶς πηγῆς): pro hoc usitatius περινώω, quod habent Lexica.

*Pag. 52. lin. 21.* Οἱ δὲ ἀνάουττόν τε] Vide supra 15. B. narrationem de expugnatione Candiae: item Agathiam 21. A. et 78. A.

*Pag. 53. lin. 3.* τῆς ἡλιακῆς ἀκτίνος τὴν περιγειον ἐπαυγαζούσης] Etymologiam secutus verti *circumjectum agrum*, τὴν περιχωρον, 36. A. quanquam apud scriptores Christianos Hellenistasque πε-

*ργειος* saepe alia significatione vertendum sit, *super terram versans*, praesertim figurate sensuque theologico. Eusebius Demonstrat. P. 211 Evangel. 260. C. οὐδὲ τὰ περιγεια καὶ ἀπατηλὰ πνεύματα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός. 272. C. δαίμονες ἂν εἴεν χθόνιοι καὶ περιγείοι. Opponitur sic rebus caelestibus ac divinis Praeparat. Evangel. 181. A. 704. C. alibique, locutionibus variis, quarum annotabo aliquot: οἱ περιγείοι ἄγγελοι, *angeli qui versantur in terris*, S. Gregorius Nyssenus In Christi ascension. II. 875. A. ὁ περιγείος βίος S. Gregorius Nyssen. De oratione Dominica I. 729. C. 743. C. ἡ περιγείος διοίκησις, *administratio terrae*, S. Clemens Alexandrinus Stromatib. 685. B. ἡ τῶν περιγείων ἡγεμονία Philo De mundi opificio 24. G. ἡ περιγείων λήξις, *sors terrena*, Synesius De provident. 89. C. ἡ τῶν περιγείων οἰκονομία S. Clemens Alexandrinus Stromatib. 701. A. τὰ περιγεια πράγματα S. Gregorius Nyssenus Contra Eunomium II. 388. B. τὰ περιγ. σώματα S. Basilius In divites avaros I. 414. B. ἡ περιγείος τετρακτύς τῶν ἀρετῶν Synesius Epistola cxl. ad Herculianum 455. B. ἡ περιγείος φύσις Philo De B confusion. linguar. 259. E. τὰ περιγεια absolute, *res terrestres*, Philo De sacrificiis Abelis et Caini 102. D. De somniis 455. D. De vita Mosis 518. D. Libro II. de Somniis 886. F. S. Gregorius Nyssenus In Psalmos I. 353. D. In Canticum Cantic. 502. B. De oratione Dominica 729. B. Inde *περιγείος* cum substantivo loci valet fere idem quod *terra*. Georgius Alexandrinus Vita S. Chrysostomi VIII. 260. 38. ὡς ἅπας ὁ περιγείος ἐπίσταται χῶρος, *ut scit orbis terrarum*. Item ὁ περιγείος χῶρος Philo Quod deterius potiori insidiari sol. 132. G. De confusione linguar. 259. F. S. Gregorius Nyssenus De beatitudinib. I. 831. A. Contra Eunomium II. 360. A. ὁ περιγείος κόσμος, *mundus terrenus, hoc est terra*, Euseb. Demonstr. Evangel. 422. C. Palladius De vita S. Ioannis Chrysostomi 110. C. ὁ περιγείος τόπος Eusebius Demonstrat. Evangel. 427. D. S. Gregor. Nyssen. Orat. catechet. II. 487. B. Aliisque locis apud Leonem nostrum dubium non est, quin ἡ περιγείος valeat *terra*, ut 99. A. Interdum tamen significationem C ex etymologia ductam magis retinet. Sic Philo De monarchia 627. τὰς μετὰ σελήην ἐν αἰέρι περιγείους φύσεις, *naturas, quas post lunam in aëre circa terram sunt*. Agathias Hist. 145. D. ὁ περιγείος ἀήρ, *aër terrae proxime circumfusus*. Neque aliter ἡ περιγείος substantive in Procli Paraplr. in Ptolem. 3. C. δύναμις τις διαδίδοται, καὶ διαβαίνει εἰς πᾶσαν τὴν περιγείον. Unde emendandum Ptolemaei Quadripartitum 2. C. ubi nunc forma vitiosa, πᾶσαν τὴν περιγείαν [sic]. Saniorem vocem Lexicisque ignotam habet Ptolemaeus Quadripart. 17. B. lunam antecellere διὰ τὴν περιγείότητα, *quia terrae vicina est*.

*Ibid. lin. 12. ζωγραι* πρὸς τῶν Ρωμαίων ληφθέντες] Pro αἰχμάλωτος plerumque Leo usurpat vel ζωγραιος, ut 22. C. 24. D. 41. C. 75. A. 107. D. vel ἐζωγρημένος 7. C. vel δορυάλωτος 13.

C. 14. B. 41. C. 46. B. C. *Αλχμάλωτος* legitur 18. A. 14. A. 16 A. 47. A.

*Ibid. lin. 14. Imperator*] Haec usque ad vb. *redirent* v. ex Combefisio, Pagi IV. 9.

D *Ibid. lin. 16. τοὺς παραλειφθέντας βαρβάρους*] Sic scripsi pro *παραληφθέντας*, quod nunc poenitet: nam sensu, quem vertens expressi, Leo dixisset *περιλειφθέντας*, ut 7. A. 10. A. 16. A. 82. D. 93. C. 97. C. 107. B. vel *καταλειφθέντας*, 7. C. 45. A. Voces *λειφθέντες* et *ληφθέντες* quam saepe permutantur, pluribus demonstraverunt viri eruditionis exquisitae Boissonadus ad Heroïca Philostrati 496. C. et Schaeferus ad Gregor. Corinth. 452. C.

*Pag. 54. lin. 4. αὐτοῦ τε διεγείμαζε*] Tarsi obsidio, Mopsuestiaeque Adanae et Anazarbae expugnatio incidunt in annum 964. cuius gesta continentur capite X. et XI. huius libri.

*Ibid. ead. lin. καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο.*] Ad verbum ex Agathia 87. A. et 90. A.

#### IN LIBRUM IV.

P. 212 *Pag. 55. lin. 5. ὥσπερ ἐὶ βέλως κωφὸν*] Combefisius legit *κωφὸν* vertit IV. 12: *haud secus ac leve telum*. Sed est imitatio Homeri Iliad. A. 890.

*Pag. 56. lin. 8. ἐπαγόμενος*] Multum delectatur Leo hoc verbo, quando duces exercitum secum adducentes facit. Ita *ἐπάγεσθαι δύναμιν* 19. B. *ἔλην* 11. A. 96. D. *πανοπλίαν* 24. D. *στρατιάν* 11. C. Confer Agathiam 79. A. 75. D. 92. C. 122. B.

*Ibid. lin. 10. τὸ ναστὸν ὕψος*] Formula solennis de muris Hierosolymitanis. Iosephus De bello Iud. 914. A. *τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων* ibidem F. *ἐπὶ τεσσαράκοντα δ' ἦν τὸ ναστὸν αὐτοῦ ὕψος* aut 767. G. *κατιδὼν γοῦν τὸ, τε ναστὸν αὐτῶν ὕψος*. Dicitur autem *ναστὸς* eleganter de structuris plenis, hoc est, in quibus nullae cavitates concamerationesque sint. Idem Iosephus De bello Iud. 914. G. *ὁ δὲ τρίτος πύργος . . μέγρι μὲν εἰκοσι πηχῶν ναστὸς ἦν*. Ibidemque 747. F. in portu Caesariensi *πύργον ναστὸν* fuisse scribit. De ianuis aureis S. Ioannes Chrysostomus De educandis liberis 36. C. *ὅλας δι' ὅλου ἀπὸ χρυσοῦ κατασκευάσθαι, παχείας καὶ ναστῆς*. Quod ideo moneo, quia in Timarione, inter Notitias Codd. mss. Bibliothecae Reg. tom. IX. part. II. a me edito, p. 196. lin. penult. in verbis *τῶν λαστῶν τῆς σφουρηλατήσεως* legendum est *ναστῶν*: quod annotare tunc neglexi. Confer item Salmas. ad Solin. I. 768. A. — A *ναστὸς* vel potius a *νάσσω* derivatur vox *νάγμα*, stratum lapideum solidum, quo littora aut ripae adversus vim aquarum vestiuntur, *crepido*. Iosephus De bello Iud. 747. E. *τὸ πρὸ αὐτῶν πᾶν κύκλω νάγμα τοῖς ἀποβαίνουσαι*

πλατὺς περιπάτος. Hesychius II. 652. A. *Νάγματα*· προβολαί. Sic enim ibi scribendum: editiones *Νάματα*, mendose.

*Ibid.* lin. 13. *εὐπεριγράπτου πόλειως*] *Εὐπεριγράπτος*, non late patens, brevis, forma omissa Lexicis (nam vulgo atque elegantius dicitur *εὐπεριγράφος*), habet complures auctoritates, earumque aliquot satis idoneas. S. Gregorius Nyssenus In Hexaëmer. I. 2. A. ἃ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν ἐν ὀλίγοις τε καὶ εὐπεριγράπτοις τοῖς φήμασιν. De vita sancti Gregorii Thaumaturgi II. 978. B. λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπεριγράπτον. S. Basilius In cap. II. Esaiæ I. 879. Eustathius ad Odysseam 521. 43. Gregentius autem Tephrensensis (quem caeteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam) Disputatione cum Herbano Iudaeo 147. B. ἐν εὐτελεῖ τόπω τι καὶ εὐπεριγράπτοι ἔσονται, usurpasse videtur pro, *facile describentur*, de numero, qui iniri facile potest. Apud Eustratium De operatione animarum post mortem, quem 415. A. verba S. Gregorii Nysseni supra allata, λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπεριγράπτον, iterasse video, Leo Allatius vertit, *armonem bene definitum*: hand scio quam bene.

*Ibid.* lin. 14. τῶν ἐπηλύδων τε καὶ ἰθαγενῶν.] Mireris epitheta opposita: Agathias 123. B. ἡθαγενὲς [sic] καὶ ἐπιχώριον. D

*Ibid.* lin. 15. Ταῦτα δὴ ἀνελλότων καὶ γνωματευῶν] Praeivit in hoc quoque Agathias 31. D.

*Ibid.* lin. 23. Ἔρος δὲ εὐθὺς διαλάμποντος] Hoc est ver anni 965, ad quem pertinent praelium Tarsense, eiusque urbis diu obsessae deditio. Vid. Elmacin. Histor. Sarac. 224. C. Anno sequenti 966. secundum quosdam Edessa occupata est et Antiochia tentata. Cedren. II. 655. D. Leo 43. A. Bellum Bulgaricum ad annum 967. reiciendum videtur (quanquam secus sentit Pagi ad Baron. IV. 13. B.): expeditio Sicula, a. 964. suscepta, sequenti anno 965. finem habuit.

*Pag.* 57. lin. 16. ἐξ ἀπόπτου] Inutilis est coniectura ἀπροόπτου· nam hic et 11. B. ἐξ ἀπόπτου recte vertitur *ex occulto*: quod alibi 36. B. 86. A. Leo ait ἐκ τοῦ ἀφανοῦς. Etenim invenitur ἀποπτος significatu quadruplici, nondum illo satis, ni fallor, explicito. Quare haud ingratum diligentioris doctrinae amantibus videar facturus, si quae de voce ea notavi expromsero. Prima est significatio, quando ἀπό habet quasi vim negandi, ut ἀποπτος sit *visum effugiens* seu, vocabulo C. Gelsi, *invisibilis*. Sophocles Oedipo tyr. 762. τοῦδ' ἀποπτος ἄστειος. Enarrator ve. P. 213. τῆς θείας τοῦδε τοῦ ἄστειος. Idem Sophocles Aiac. 15. καὶν ἀποπτος ἦς, *etsi inconspicua eras*. Ἀποπτος γὰρ ὁ ἀθεώρητος, ait Suidas I. 290. C. Quapropter apud S. Iustinum Martyrem Apologia pro Christ. 51. C. ἐπιστήμην τὴν ἀποπτον *scientiam occultam* interpretere potius quam cum Ioanne Langio *scientiam consistentem*. Inde τὸ ἀποπτον, *locus occultus*. \*) Diony-

\*) Vide tamen notam eruditam V. summi Lobeckii ad Aiac. 15. ed. 222. B.

sus Halicarn. Antiq. Rom. I. 113. 6. ἐν ἀπόπτῳ τίθενται τὸν χάρακα. Hudsonus recte, *in loco occulto castra posuerunt*. Ut nesciam quare alibi I. 338. 15. οἱ δὲ τῶν Οὐλοῦσκων ἡγεμόνες ἐξ ἀπόπτου τοῖς Ῥωμαίοις παρεμβάλλοντες, verterit, *in locum excelsum, unde Romanos conspiciere possent*: praesertim cum ex serie narrationis pateat, Volscos, Romanis οὐ προσδεχομένοις (lin. 31.), ἐξαπινάτως supervenire potuisse. Georgius Pisides De vanitate vitae 89 sqq.:

Τίς οὖν σκοπήσας ἐξ ἀπόπτου καρδίας  
Τὸ τοῦ βίου θέατρον αἰσχύνης γέμον,  
Θρήνην γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παλινιον;

P *Quis*, ait, *spectans ex occulto cordis, ex corde intimo, etc.* Fredericus Morellus minus apte, opinor: *Quis corde spectans ex inaspectabili*. Huic significationi cognata est altera, *remotus a nobis, disiunctus*: ut ideo ἐξ ἀπόπτου iam non *ex occulto, sed ex longinquo* vertendum sit. Sophocles Philoct. 467:

..... καιρὸς γὰρ καλεῖ  
Ἰλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ γγύθεν σκοπεῖν.

Aeschines loco celebrato Axiochi 149. A. καλεῖς, ὡς ἐξ ἀπόπτου θεώμενος· ἡμεῖς δ' ἴσμεν ἀκριβέστερον οἱ διὰ πείρας ἰόντες. Quippe sic commodius verti arbitror quam *e specula*, ut vult Fischerus ad h. l. Apud Philonem quoque, qui quinquies Aeschiniis imitatus locum est, De temulentia 202. A. De profug. 361. B. C De vita Mosis 516. F. Quod omnis probus liber sit 670. F. (οὐ μόνον οὐκ ἐπιβῆναι τῆς χώρας, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πατρῶιον ἔδαφος θεάσασθαι δυναμένους.) De vita contemplet. 691. E. dubium non est quin sit *e longinquo*. Penultimum ex allatis Philonis locis expressisse videtur Aristo Pellaeus apud Euseb. Histor. Eccles. 118. D. de Adriano Caes. Iudaeis imperante, ne μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῶιον ἔδαφος, ne *e longinquo quidem*: item ipse Eusebius De martyr. Palaestin. 334. C. In Plutarcho quoque Eumen. 592. E. τόπον ἐξ ἀπόπτου καταφανῆ, *locum e longinquo videndum* vertendum arbitror potius quam cum Xylandro *ex edito conspicuum*. Ab hac significatione prorsus differt tertia, qua ἀποπτος reddi debet, locus ἀφ' οὗ τις δύναται ἰδεῖν μακρὰν, ut verbis utar Phavorini Dictionar. 72. verso: nec inepte Dinterdum vertere possis *sublimis, editus*. S. Gregorius Nazianz. Invectiva in Iulian. I. 78. A. ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου τινός καὶ μετατάτης περιωπῆς. S. Ioannes Chrysost. Orat. x. in Abraam. v. 44. 22. ἐξ ἀπόπτου καὶ μετεώρου τόπου. Idem Orat. xiii. ad Stelechiū vi. 151. 2. ἔκ τινος ἀπόπτου κορυφῆς. Inveniturque saepissime eo sensu τὸ ἀποπτον substantive, *locus unde prospectus patet, specula*. Iosephus Antiq. 461. B. ἐστῶμενος γὰρ ἐν ἀπόπτῳ μετὰ τῶν παλλακίδων. De bello Iud. 737. B. ἐξ ἀπόπτου δὲ



Ἡρώδης ἀποβλέπων, e specula haec prospiciens. Atque dilucidius in Vita Constantini Eusebius 512. A. loco eleganti, quem ideo, quamvis longam, excribam: Οἷα δὲ τις οὐρανοπέτης αἰτός δευροπείσματος ἀνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ τὰ ποδωτάτα διεσῶτα κατὰ τῆς γῆς ἴδοι· ὡς καὶ οὗτος τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἐστὶαν, δεινὸν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινικῶν λανθανομαθόνους ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν, *tanquam e specula prospexit*. Quae iamdem fere verbis iterata vide Orat. de laudib. Constant. 625. B. Iungitur interdum cum σκοπιά. Eusebius Hist. Eccles. 41. B. ἀνωθεν ποθεν ὡσπερ ἐξ ἀπόπτου καὶ ἀπὸ σκοπίας βοῶντες, *quasi ex loco edito atque specula*, licet sit aliter in Valesii versione: interdum cum περιωπῆ, ut apud Leonem nostrum 26. A. Adiectivum autem ἀποπτος construitur cum praep. εἰς in Plutarch. Camill. 151. E. τῆς μὲν Ὀμονολας ἱερὸν — εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀποπτον, *unde erat in forum atque concionem despectus*: tametsi id quoque ab aliis aliter exponitur. Cognata est cum hac significatione quarta, primae fere opposita, qua ἀποπτος iam non reddendum est id unde prospicere aliquid, sed quod ipsum conspiciere possis, *sub oculis positus, visibilis*, ut Pliniano verbo utar. Plutarchus Lucull. 497. D. καταφανῆς ἦν ἡ στρατοπεδεία καὶ ἀποπτος. Iosephus Antiquit. 539. A. 508. B. ubi de Herode: ἦν γὰρ αὐτῷ ἀποπτα τὰ γινόμενα. Hudson. ed. Havercamp. I. 732. B. vertit, *omnia quae facta erant* (malim fiebant) *prospiciebat*. Heliodorus Aethiopicis 422. τοῦ τε δῆγματος ἀπόπτου γενομένου, *cum ruptura conspici posset*. Inde τὸ ἀποπτον iam non *specula*, sed contra (saepe enim interesse multum potest inter hoc et illud) *locus omnibus conspicuus*. Iosephus de Ptolemaeo Hyrcani matrem in muro flagris caedente Antiq. 448. E. ἐξ ἀπόπτου ἠκίετο. Neque alio sensu Philonem Legatione certe ad Cai. 793. D. (nam quinque alibi apud eum aliter interpretandum dixi) usurpasse arbitror: ἐπεὶ δὲ ὁ Πετρῶνιος ἐξ ἀπόπτου κατεφάνη, *in loco conspicuo apparuit*: Thomas Mangey nescio quam bene ed. II. 579. lin. 51. *in loco superiore*. Cum dativo Iosephus De bello Iud. 926. F. ἐν ἀπόπτῳ τοῖς πολεμίοις, *conspicuo hostibus loco*.

Haec exposui paulo fusius de quatuor significationibus vocis ἀποπτος, quod minus adhuc ab eruditis distinctas viderem. Nec, si excipis Lexicon Schneiderianum, ac pauca alia, quicquam verius existimo, quam quod ait Frid. August. Wolfius, harum rerum summus arbiter, *Beitrag zur Geschichte des Somnambulismus* 403. C. conquerens de conditione dictionar. Graecorum: *Die griechischen Wörter sind noch in den besten Lexicis schlecht oder vielmehr gar nicht erklärt* u. s. w. Ut ideo nihil magis conferre putem ad interiorum cognitionem linguae Graecae, quam si ad discernendas eiusdem vocabuli varias potestates, analogiam et logicam secutus, e sua quisque penu quae notaverit afferat,

Cunde Lexicographi aequè ut Grammatici seligere quae velint, et expendere, et convertere ad usus suos possint.

*Pag. 57. lin. 19. τὸν αὐτοφονευτὴν]* Dedit veram lectionem opinor, quanquam in Cod. sit *αὐτοφονατήν*, vocemque *αὐτοφονευτής* eruditi dubiam carentemque auctoritate putent. Invenitur apud S. Clement. Rom. Constitt. Apostolor. 130 *verso*: καὶ Καϊάφας ὕστερον αὐτοφονευτής ἑαυτοῦ ἐγένετο. Formas elegantiores *αὐτοφόνος* atque *αὐτοφόντης* habent Lexica.

*Pag. 58. lin. 19. καὶ εὐβotos]* *Εὐβotos*, quod reposui pro scriptura Cod. *εὐωτος*, iteratur quoque 41. A.

*Pag. 59. lin. 3. ὑπεξῆγς τοῦ χάρακος]* Praeivit Agathias 42. D.

*Ibid. ead. lin. ἐν μετακλίῳ τε καθίστη τὰς φάλαγγας]* Haec Combesius vertit IV. p. 12: *mediusque inter cohortes stetit.*

*Ibid. lin. 9. σφαδάζων τε τῷ θυμῷ]* *Σφαδάζοντες τῷ θυμῷ* Agathias 42. B.

*Ibid. lin. 23. κατοχυρωσάμενοι]* Verbum *κατοχυρώω*, *munio*, *communio*, et e Lexicis abest, et ex scriptoribus, ut existimo, antiquis. Apud recentiores inveni, velut bis in Vita S. Nili iunioris a contubernali eius scripta, ad cognoscendumque Apuliae saec. ix. statum vehementer utilis, 62. B. *πάλιν κατοχυρώσας ἑαυτὸν τῇ πρὸς τὸν ὄσιον πίσει* et 99. C. *κατοχυρώσας* [sic] *αὐτοῦ τὴν καρδίαν τῇ πίσει.* Item semel in Vita S. Chrysostomi ab anonymo edita VIII. 320. 11.

*Pag. 60. lin. 14. ὡσανεὶ ὃν ἀράχνιον]* Fort. legend. *ὡσαν οἶον ἀράχνιον*, vel, *ὡσάν νητὸν ἀράχην.*

*Pag. 61. lin. 4. κατὰ διαφόρους μάχας, τὴν Ρωμαϊκὴν δύναμιν τρέποντες]* Ut in clade Stypiotae, pro ipso Tarsi oppido. Cedrenus II. 655. C.

*Ibid. lin. 12. σχολάζοντι ἄγγελοι, τῶν]* Transpone virgulam: *σχολάζοντι, ἄγγ. τῶν.*

*Pag. 62. lin. 11. ἐχώρει κατὰ Μυσῶν]* De tempore huius belli cum Bulgaris, a plerisque silentio praetermissi, difficultates oriuntur. Leo expeditionem Syriacam Nicephori, ubi Antiochia tentata est, ad a. 968. reicere videtur, bellum Bulgaricum a. 966. locare, nec hoc sine specie: quia iam a. 967. repentina Russorum vis in Bulgariam ingruit (v. Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs und seiner Nebenländer* I. 363. B. et Schlözer *Nestor*, od. *Russische Annalen in ihrer Grundsprache* V. 128. B.). Eundem ordinem temporum Pagium ad Annal. Baron. IV. 13. B. et 19. C. constitui video. Contra Cedrenus II. 655. D. disertus ait, Nicephorum non 968, sed tertio imperii anno, qui est a. 966, intrasse Syriam, Antiochiamque tentasse; eademque computatione Le Beau usus est, *Hist. du Bas-Empire*, XVI. 114. C. Controversiam dirimit testimonium Luitprandi Legat. ad Niceph. Phoc. 148. C. qui Nicephorum mense Augusto a. 968. in expeditionem Syriacam proficiscentem conspexit. Caeterum

haec et sequentia usque ad finem capitia plerumque ex Combefisiana versione sunt, Pagi IV. 13.

*Ibid. lin. 16. σηραγγώδης]* Vox et Leoni adamata et Agathiae 37. C. 52. C. 134. B.

*Ibid. lin. 19. παρὰ τὸν Αἴμον]* De Aemi convallibus umbrosis oratorie multa Theophylactus Simocatta Histor. 46. A. et ante eum Livius lib. XL. cap. 22. Splendide Virgilius Georg. II. 488:

..... O qui me gelidis in vallibus Aemi  
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!

*Pag. 63. lin. 11. εἰς πενηνάρια πεντακαίδεκα]* De huius pecuniae summa Schloezerus *Nestors Annalen* V. 130. 5. de centenariis praeter Ducangium Glossar. Gr. I. 639. C. Reiskius Comment. ad Caerimon. aulae Byzant. II. 44. A.

*Ibid. lin. 18. πολεμικῶν ἔργων ἀγνώτες τυγχάνοντες]* Agathias 33. C. ἀγνώτες τὰ πολέμια· confer quoque 76. D. et 105. B.

*Pag. 64. lin. 10. φόρους τοὺς μήπω ἐπινοηθέντας]* Aliam causam Cedrenus addit II. 658. B. nimium bellandi amorem Nicophori, quodque subditos in continuas expeditiones raptos male mulctaret. Sic enim intelligenda illa, πρὸς ταξείδιον συνεχὼς δξίω· quod ad *Taxeidium adsidue veniens* vertit Xylander, homo ut lingua Attica cum primis doctus, ita Graecitatis mediae et infimae rerumque Byzantinarum omnino rudis: inque annotationibus 25. D. Taxidium locum fuisse vult, ubi vectigalium rationes ducerentur. Neque Goar, qui Nott. posterioribus 53. D. Xylandum carpens *ταξείδιον navigationem seu iter mari conficiendum* interpretatur, ab omni immunis errore est. Nam apud Cedrenum scriptoresque huic aetate suppare *ταξείδιον s. ταξείδιον C* valet *expeditionem bellicam*: vide loca apud Ducang. Glossar. II. 1528. B. Inde *ταξιδιάριος* sive *ταξιδιάρης*, de Imperatore, *expeditionarium*, ut ita dicam, significat: hoc est, expeditiones crebras suscipientem, adeoque *bellatorem*. Neque audiendus apud Ducang. Nicol. Alemannus, *ordinarius* hanc v. interpretans aut *gregarius*, sicque appellari opinatus Imperatores, quotquot sago militari deposito purpuram induerint. Chronicon ms. de reb. Byzantinis: *Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ* [nempe Constantini M.] *ταξιδιάρης*. Et inferius: *Βάσιλῳ ὁ υἱὸς αὐτοῦ* [Basilii Macedonis], *ὁ φιλόσοφος, χρόνους κέ, μῆνας ὀκτώ· ὀρθόδοξος, ταξιδιάρης*. Idem de Ioanne Comneno: *Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ* [Alexii Comneni], *ὁ εὐσεβὴς καὶ ἐλεήμων, χρόνους κδ', μῆνας ζ', ἡμέρας κδ'· ὀρθόδοξος, ταξιδιάρης*. Item de Manuele successore: *Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Πορφυρογέννητος, χρόνους λξ', μῆνας ε', ἡμέρας γ'· ὀρθόδοξος, ταξιδιάρης*. Quorum quatuor Imperatorum nullus miles gregarius fuit, antequam purpuram sumeret. In voce *ταξείδιον* vertenda similiter lapsi sunt Levenklavius ad Gly-

cam, 307. C. Reiskius ad Constantin. Porphyrogen. Caerimon. Byzant. II. 352. D. 354. C. idemque in vertendo ταξιώται 354. B. 355. A. C.

Pag. 65. lin. 11. ἀπερικτύπητον.] De hoc vocabulo vide Suidam I. 255. B.

*Ibid.* lin. 20. ἐς Σικελίαν ἔστειλε] Eidem expeditioni interfuit S. Nicephorus, diversus a S. Nicephoro circa a. 806. Constantinopoli patriarcha: tametsi in huius nostri Nicephori vita ms. (in Cod. Reg. 1181.) post verba: Βλος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρον, antiqua scriptura erasa, nova superaddita sit, ἀρχιεπισκόπου Κοσσαντινουπόλεως [sic]. Inde error manavit in Catalog. Codd. mss. Graec. Biblioth. Reg. II, 237. D. Etenim Nicephorus hic est episcopus Mileti ille, cuius vitam a Combefisio ad Henschenium missam esse Le Quien Orient. Chr. I. 920. A. ait, inter Acta SS. edendam. Is vico maximo et celeberrimo, Basilii nomine, thematis Buccellariorum ortus: \*) χάρας μὲν τῆς τῶν Μαριανδυνῶν ὠρηγο εἶ' οὖν Βουκελλαρίων· τούτῳ γὰρ τῶν P. 216 μᾶλλον τῷ ὀνόματι κέκληται· κώμη δ' αὐτῷ μεγίστη τε καὶ πολυανθρωποτάτη, Βασίλειον προσαγορευομένη· Ἐπι ὑπὸ Μαγίστρον τοῦ Μωσελλοῦ institutus, inque collegium clericorum palatii cooptatus, postea ut consiliarius rerumque spiritualium curator exercitum Nicetae in Siciliam comitatus est. Ubi male rem cesuram cum ei multa praesagivissent, et proprium acumen et ducum nequitia, et sancti cuiusdam circa fretum Siculum tunc sedentis, Prasinacii nomine, vaticinatio, post cladem reversus in Graeciam, posthac episcopus Mileti factus est. Audiamus verba Graeca: Καὶ ἄλλοτε ἄλλων κατὰ καιροὺς τὸ τῆς βασιλείας κρᾶτος διαδεξαμένων, ὁ πολὺς τὴν ἀνδρείαν Νικηφόρος τῶν σὴπτῶν ἐγκρατῆς γεγονώς, πέμπει κατὰ τῆς Σικελίας στρατὸν, στρατηγὸν τῶν ὅλων Νικίταν καταστησάμενος, ἀδελφὸν ὄντα τοῦ τηλικαυδε πρώτου τῶν θεραπόντων τοῦ βασιλέως. Ἐπεὶ τοίνυν ἴδει τινα συναπειθεῖν τῷ στρατῷ τῶν ἐπ' ἀρετῇ γνωρίμων καὶ διαβοήτων, ἵνα τὰ πρὸς θεὸν αὐτοῖς εἴη, καὶ τὴν ἀνάμικτον τελοίη λατρείαν, καὶ σύμβουλος δεξιὸς τῷ κρατοῦντι παρῆι, τίνα τοῦτον ἄλλον ἐχρῆν εἶναι, ἢ πάντως τὸ πάντων τῶν καλῶν καταγώγιον, Νικηφόρον τὸν μέγιστον; Διὸ Βκαὶ συναπαίρει τούτοις, πιθήσας τῇ ἀξιώσει τοῦ βασιλέως. Πτασαντος δὲ τοῦ στρατοῦ καθ' ὃν τρόπον οἶδε μὲν ὁ πάντα πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπιστάμενος θεός, οἶδε δὲ καὶ ὁ ταῦτα συγγράφων (κατὰ γὰρ τὸ αὐτοῦ ἄστν τὰ δράματα γέγονεν), οὐ βούλεται δὲ παραγώνια γράφειν, εἰ καὶ ἄλλως τῇ ἱστορίᾳ ἀρμόδια· πλὴν βαρείαν καὶ ἐλευθέρην ἡττηθέντων ἦντιαν, πάντων τε σχεδὸν βαρβαρικῆς χειρὸς καὶ διανοίας παρανάλωμα γεγονότων, καὶ μόνου ζωγηθέντος αἰχμαλώτου τοῦ προειρημένου Νικίτα· ἐπέλεξε γάρ· προγνοὺς ὁ καθαρός Νικηφόρος τὰ πραχθησόμενα, ὧν, εἰς λέλεκται, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν

\*) Cod. Reg. 1181. fol. 199 recto.

Σκεῖλαν αὐτήν· τὸ μὲν, ἀπὸ τῆς οὐκείας μάλα συνέσεως· ἑώρα γὰρ ἀναγωγίαν πλείστην τῶν στρατηγῶν· τὸ δὲ, καὶ ἀπὸ τινος τῶν ἐν τῇ χώρᾳ Θεοπτικῶν (πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ τῇ τούτων φορᾷ τῆς ἄλλης εὐθηνίας οὐκ ἔλαττον), τοῦ ἐγκρατῶς Πρασινακίου καλουμένου, αὐτοῦ περ κατασκηνοῦντος τὸ τηρικαῦτα πρὸς τῷ πορθμῷ, καὶ ταῖς ἐνθῆσις ἀρεταῖς περιφανῶς διαλάμποντος· οὐκ ἔχων ὅ,τι καὶ δράσειεν ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ἑπανιών ἐπεδίδου τὴν θείαν ἐργασίαν, πάσῃ τέχνῃ καὶ σπουδῇ χρώμενος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀποθέσειν. Ex ascriptis, cladem Nicetae illustrantibus, C patet praeterea, auctorem Vitae illius Siculum fuisse iuxtaque eius civitatem, Taurominitanam fortasse, Romanos tunc male pugnasse. Ipsam expeditionem ad a. 965. refert Lupus Protospata apud Murator. Scriptt. Ital. V. 39. B. (ubi pro *Manuyci* leg. fort. *Manuili*): quocum consentit Luitprandus Leg. ad Nicceph. 150. C. scribens triennio ante a. 968. quo ipse fuit Constantinopoli, Manuele a Saracenis fuisum.

*Pag. 66. lin. 8. τὰς κλεινάς καὶ περιπότους Συρακούσας]* Combesius vertit IV. 13: *clausas urbes longe celebres: videtur legisse: κλειστάς.*

*Ibid. lin. 16. ἐπὶ τόπων ἐπικαιρῶν]* Τὰ ἐπικαιρα τῶν χωρίων Agathias 100. C.

*Ibid. lin. 23. ὀρητίας τε ᾧν]* Vox ὀρητίας, *impetuosus*, seu, ut magis Latine loquar, *fervidus, incitatus*, a nullo adhuc in Lexicon relata est, Patribus tamen non indisertis adamata, in primis S. Ioann. Chrysost. Orat. vii. de laudib. S. Pauli VIII. 58. 43. οὕτω τολμητής ᾧν, καὶ ὀρητίας, καὶ πῦρ πνέων. Homil. octogesima tertia in S. Matth. I. 860. B. ὀρητίαν, καὶ ἀπόροχλον καὶ θυμώδη. Simeon Metaphrast. Vita S. Chrysost. VIII. 407. 7. D καὶ γὰρ ἦν ὀρητίας φύσει, καὶ χειρῶν ὡς μάλιστα ἀκρατής. Adiectivum inde derivatum ὀρητιῶος, quod non magis se nobis obtulit in Lexicis, est apud Macarium De progressu viri Christiani 478. B. ποταμὸν ὀρητιῶον διερχεσθαι· vertit Zachar. Palthenius *fluvium rapidum*.

*Pag. 67. lin. 6. τῷ ἀπροσδοκῆτῳ καταπλαγέντες]* Respexit Agathiam 26. A.

*Ibid. lin. 7. μηδὲ τὸ ἤλιακὸν φῶς τῷ σνηρεφεῖ τῆς λόχμης ἐώμενοι καθορᾶν]* Similiter fere de Aemi silvis Livius lib. XL. 22. *opacum iter, ut, prae densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspicere caelum vix posset.*

*Ibid. lin. 15. ἦλω δὲ καὶ ὁ Πατρικῶς Νικήτας]* Casu omnino singulari habemus in Bibliotheca Regia Codicem Graecum, manu illius ipsius Nicetae cum a Saracenis custodia teneretur, dicas ut occupatione assidua sollicitudines allevaret suas, peraratum. Is Cod. bene conservatus, olim Colbertinus 499. nunc Reg. 497. plus trecentorum foliorum membranaceus, continens homilias SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi,

finem versus habet haec, prima manu: Ἐργάση ἡ παρούσα βιβλος οικεία χειρὶ Νικήτα ασπαθ. (h. e. πρωτοβιβλιαρίου) καὶ γεγονότος (hic priore scriptura de iudustria erasa interlitum est manu sec. δρουγγαρίου τοῦ πλοῖμου [sic: sequitur locus lacertus]) \* ἄντου, ἀδελφοῦ [inde manus prima] Μιχαήλ πατρικίου, πραιποσίτου καὶ βέστου, γεγονότος πρωτοβεστιαρίου Νικηφόρου, τοῦ φιλοχρίστου δεσπότη· ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἀφρικῆς, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδ. ι'· καὶ ἐπεδόθη ἐν τῷ ναφ τ [inde de manu secunda, erasis arte prioribus] οὐ ἄγιον καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ Ὁριατοῦ [sic], πλησίον Θεοδόρου [sic: sequitur manu prima] ἐν ἔτει σωθ', ἰνδ. ιδ'. Vides, pro nomine ecclesiae, cui ipse Nicetas Codicem a se scriptum obtulerat, nomen alterius, penes quam posterius asservabatur, fuisse substitutum. Totam subscriptionem dederunt iam Montefalconius Palaeograph. 45. A. et Confectores Catalogi mss. Bibliothec. Reg. II. 74. D. ita tamen, ut aliter legerent atque ego in minimis quibusdam, quae tanti non sunt ut hic referantur. Annus, quo Preparatus est Codex, excurrit in a. Christi 967: quo ecclesiae donatus, in a. 971. monstratque scriptura, hunc Nicetam literatum fuisse suaeque linguae gnarum hominem: cuius si tantum se declarasset ingenium bello obeundo, quanta in Codice pergrandi exarando eluxit patientia, nae bene tum Romanis in Sicilia fuisset consultum.

*Ibid. lin. 20.* ἡνιάθη μὲν καὶ . . ἤληθη] Respexit Agathiam 73. B.

*Ibid. lin. 21.* ἀλλοκότερ συμβάματι.] Hic deficit Combefisiana versio, P. gi IV. 13.

*Pag. 68. lin. 4.* ἔσεισεν ὁ Θεὸς μέγα] Hic est terrae motus, quem Cedrenus II. 660. D. accidisse ait indict. xi. [a. 968.] IV. Non. Septembr. hora noctis *duodecima*: nam pro β' in cuso restitue ιβ', ex Cedreni et Scylitzae Codd. mss. Paulo ante, nempe pridie Non. Iun. huius a. 968, Constantinopolim venerat Luitprandus, Ottonis Magni ad Nicephorum legatus, ut ipse suctor est Legat. ad Niceph. Phoc. 135. B. Quantum ad dictionem h. l., fons imitatiois hic quoque est Agathias 51. C. D.

*Ibid. lin. 9.* Ἀκτιον δὲ τῆς τοσαύτης ἐνόσεως] Haec quoque Cex Agathia 52. B. et, ubi similia de causis terrae motuum, 149. B. ac 151. B. Neque alia fere explicatio terrae motuum in Codice Regio physica ac botanica varia mss. continenti: Ὁ σεισμός οὕτως γίνεται· ἡ γῆ ἔχει φλέβας ἀεριακάς, ἔνθα οἱ ἄνεμοι συγγωνεύονται. Καὶ εἰσω μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς εἰσὶν πλατεῖαι καὶ εὐρύχωροι αἱ φλέβες αὗται, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν τῆς γῆς εἰσὶ στενωποί. Πληθομένων λοιπὸν τῶν φλεβῶν ἐκείνων ἀνέμοις, κινουσίον οἱ ἄνεμοι τοῦ ἐξέρχασθαι ἔξω. Πολὺς δὲ ὢν ὁ ἄνεμος συνταράττει πᾶσαν τὴν πησιάζουσαν γῆν, οὐ πᾶσαν δὲ τὴν γῆν, ἀλλὰ μόνον τὴν παρακειμένην ἐκείσε. Καὶ μῆτις ἀπιστῆ τοῦτο. Ἴδου γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται τὸ πα-

ρόν πάθος. Καὶ γὰρ πολλάκις γεμιζομένων τῶν ἐγκεφαλιακῶν φλεβῶν ἡμῶν ἀνέμοις, κινουμένοις ἐξέρχασθαι, συνταραττοῦσι τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ὤμους, ὅτε ἔπταρεν ὁ δεῖνα. Subiungit anonymus plurima de aquis calidis, περὶ θερμῶν ὕδατων, multorumque opiniones affert, quare tepeant: velut S. Ioannis Damasceni, comparantis aquas illas aeneo filo, per arcta foramina raptο et ignescenti: ὥσπερ ὁ χαλκὸς συρόμενος ἐν στεναῖς ὀπαῖς σιδηρικαῖς ἐκπυροῦται. Sed de his collectaneis physicis fortasse alias pluribus. D

*Ibid. lin. 18.* ἢ τῶν Ἑλλήνων ἐκαιομυθία] Vel, si mavis, *gentilium vanae fabulae*. Sic enim vocantur saepissime a Patribus figmenta mythologiae et theologiae gentilis. Andreas Cretensis De cruce 102. B. S. Hyperechius Exhortatione ad monachos 131. D. Verti Latine *vaniloquentia*, quod proprie Graece reddas *ἐκαιολογία*, vocabulo in Lexicis omissο, usurpato a Philone De somniis 869. A.

*Ibid. lin. 23.* ἀνθέξιντο δὲ τῶν ἐπαινετῶν.] Eandem ob causam belli mala a numine immitti opinatur S. Ephraem Syrus Sermone ascetico I. 42. A.

*Pag. 69. lin. 8.* ἢ ἕτισις] Id nomen, itam in Lexicis praetermissum, derivatur a verbo ἕτελλω, quod primus, quantum memini, Schneiderus vir summus II. 253. A. enotavit e Niceta Choniata 211. D. Est vox hellenistica, Ieremia xiv. 22. et Job xxxviii. 26. hic Hebraeorum רַעַבָה, illic עֲשָׂהָה expriens. Inde usurpaverunt S. Basilius Commentar. in caput v. Esaiæ I. 945. A. S. Epiphanius Ancorat. II. 89. D. Simeon Metaphrastes P. 218 Vita S. Ioann. Chrys. VIII. 382. 32. 401. 25. alii. Neutrum τὸ ἕτιον substantive sumitur apud Ioannem Philoponum De mundi creation. 57. A. ἵνα τὸ ἕτιον σημάνη, ut *pluviam significet*. De imbre largo, fere iisdem verbis ac Leo, Pachymeres Histor. I. 182. A.

*Ibid. lin. 20.* τῇ ταύτης ἀναλάμψει] Ἀνάλαμψις, quo similiter carent Lexica, habent, praeter Leonem hoc loco, Philo De vita Mosis 492. C. Plutarchus De oraculorum defectu II. 419. et inde Eusebius Praepar. Evang. 207. D.

*Pag. 70. lin. 1.* ὡς ἐπὶ καμινιαίας αἰθάλης] Ex Exodo IX. 8. et 10. unde certatim adhibuerunt comparationem S. Ioannes Chrysost. Ad eos qui scandalizati fuerunt VII. 11. 31. S. Ioann. Damasc. De haeresib. 158. A. Severianus Gabalorum episcopus In diem alterum creationis mund. VII. 594. 38. aliique multi. Partim pro αἰθάλη substituunt κόνις, ut S. Gregorius Nyssenus De vita Mosis I. 202. C. [in Cantic. Cantorum 506. B. alii τέφρα, B ut Nicetas Heracleae metropolita In beatum Job 169. A. et ipse Chrysostomus Quod ex desidia ortum habeat improbitas VI. 849. 12.

*Ibid. lin. 4.* ἐπὶ τὴν ἐπὶ Συρίας Ἀντιόχειαν ἔθει] Haec est illa Syriaca expeditio Nicephori, quam, ut dixi supra 214. D. Cedrenus II. 655. D. et Le Beau XVI. 114. C. perperam anno

966. tribuunt, Leo et Pagi ad Baron. IV. 19. C. hiennio post accidisse demonstrant. Octoginta M. hominum ad hanc exped. congregasse Nicephorum Luitprandus, tunc Cpli degens, auctor est, Legat. ad Nic. Phoc. 151. A.

*Ibid. lin. 12. ἢν καὶ Παλαιστίνην καλοῦσιν]* Cedrenus II. 656. B. Niceph. cepisse ait oppida amplius centum Ciliciae, Syriae, καὶ Φοινίκης Λιβανησίας, et Phoeniciae Libanensis. Sic enim legendum, non Φοινίκης, Λιβανησίας, distinctis nominibus, ut est in cuso. Xylander errore ioculari, et Phoeniciae, et Banisiae. Phoenicem duplicem fuisse, alteram maritimam, κάραλον, eiusque caput Tyrum, alteram Libanensem, Λιβανησίαν, Cum capite regionis Emesa, vel pueris notum.

*Ibid. lin. 19. Θαδδαίου τοῦ ἀποστόλου]* Haec lucem mutantur ex Vita S. Thaddaei in Cod. Regio bonae notae 548, nondum, quod sciam, edita, praeter fragmenta a Lambécio allata Commentar. de Bibl. Caes. VIII. 429. A. In ea tamen tegulae impressae mentio nulla fit, quam in aliqua vita inedita vel deperdita Thaddaei memoratam fuisse credendum est. De obitu eius vid. Menologium Graecor. Cardinal. Albani III. 137. D. de ipso Sancto, num unus, pluresve fuerint Thaddaei, Caesar Baronius ad Martyrolog. Roman. Gregor. XIII. 457. B.

*Pag. 71. lin. 9. τὸν τοιοῦτον σκοπὸν κέραρον ἐκείθεν ἀνέληψε]* Glycas 306. C. ex Hierapoli, hoc est Mempoetze, de quo Leo, statim post, tegulam ablatam scribit, et una cincinnum capillorum S. Ioannis Baptistae, ἐμπεπλημένον [*f. ἐμπεπλημένον*] αἵματι, sanguine concretum. Vide Labbei enendat. 376. D. Joël quoque, qui Glycam exscripsit, Chronograph. 181. B. legit πεπλημένον.

D *Ibid. lin. 12. ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος ναῶ]* In Tractatu ms. Bibl. Reg. cui titulus: Περὶ Νικηφόρου τοῦ ἀνακτος, καὶ ὅπως παρ' αὐτοῦ ἀνεκομισθῆ τὸ ἐκ τῆς πλευραῖς τῆς εὐκόνος θεῦσαν αἷμα θεῖον τοῦ Σωτήρος ἡμῶν, Nicephorum suspicor cum Ioanne Tzimisce confundi. Conf. supra 103. A. item Ducang. Cpli Christ. 131. A. et Nett. ad Zonar. 103. A.

*Pag. 72. lin. 2. ἔκλειψιν συνέβη . . τοῦ ἡλίου γένεσθαι]* De hoc solis deliquio, unde praecipue patet, expeditionem Syriacam Nicephori ad ann. 968. pertinere, nec Leonem temporum ordinem intervertiase, vide Calvis. Op. chronol. 699. D. Baron. Annal. Eccl. XVI. 375. A. Pagium Critic. IV. 19. D. Accidit, ut recte ait Leo, d. 22. Decembris a. 968. cum Nicephorus in Syria ageret, Luitprandus in Italiam rediens Corcyrae in mansa positus panem comederet. Legat. ad Niceph. 159. D.

*Ibid. lin. 7. τετάρτη]* Combesisius *tertia* ap. Pagium IV. 20.



## IN LIBRUM V.

*Pag. 77. lin. 3. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα κ. τ. λ.]* Sub idem tempus P. 219 videtur accidisse Nicephori peregrinatio, qui apud Cedrenum II. 660. B. urbe movisse dicitur τὰς ἐν τῇ Θράκῃ πόλεις ἐπισκεπόμενος. Ubi l. ἐπισκεπόμενος, iubente grammatica et Codd.

*Ibid. lin. 4. ὁ πρὸς τοὺς Ταυροσκόθας κ. τ. λ.* Combesisius ap. Pag. IV. 20. haec mendose: *Calocyri* (sic) — cum in Syria (sic) versans Taurorum amicitia iunctus esset, ac muneribus eum (quem?) corrupisset.

*Ibid. lin. 5. Καλοκύρης ὁ Πατρικιος]* Καλοκυρός Scylitza historia ms. et Cedrenus II. 666. B. (ubi in verbis, αὐτὸς τῆς τε Βουλγαρίας ἐκνήσεται, virgula, quae ante αὐτὸς legitur, post locanda, iubentibus Codd. omnibus.)

*Ibid. lin. 15. συνεκφορήσαντα]* Verbum *συνεκφορῆω* adde Lexicia. Heliodorus quoque 192. C. habet *συνεκφορήσαντες*. Vulgata forma est *συνεκφέρω*, qua pleni sunt scriptores.

*Pag. 78. lin. 4. συνασπίσαντες ἑπηρητίζον]* Sphendosthlabum primo in Bulgariam venisse a. 967. ibique Bulgaros fudisse docet Nestor V. 128. B. Revocatus est in patriam a. 968, Patzinacis Kioivium obsidentibus: quibus repulsis, a. 971. (alii volunt 970.) in Bulgariam reversus est, Bulgarosque altero praelio, de quo silent scriptores Byzantini, vicit. *Nestors Russische Annalen* V. 145. A. Engel *Geschichte des Ungriichen Reichs* I. 364. B.

*Ibid. lin. 21. Τὰς τε μηχανὰς τὰς ἐπετηρίους]* Lego ἀπετηρίους, ut est 15. A. 32. B. nam infra quoque Pag. 79. lin. 9. librarius male scripserat *ἐπεγνώκας* pro ἀπεγν. et ἐπετηρίους vox est adhuc omnino inaudita. Contra ἐπετός, *expetendus, desiderandus*, quod eximere libris docti voluerunt, habet auctoritatem permagnam unam Aristot. Naturali auscult. I. 461. C. Ὅντος γὰρ τινος θείου, καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ἐπετοῦ. Unde usurpavit, ut hoc utar, qui subinde ex Aristotele dicendi colores assumit, S. Iustinus Martyr Eversion. dogmat. Aristotel. I. 121. A. 122. A. B. et deinceps, singulis fere paginis, iunxitque, ut synonymum, voci *ὄρεκτος* scholiastaque adeo ad Scalum parad. Ioannis Climaci *summum*, quod *expetendum* est a piis, τὸ ἄκρον ἐπετόν vocat 450. D. Matthaeus Raderus male, *summum praeceptorum divinatorum fastigium*. Neque melius Ioannes Langus alibi apud S. Iustinum Martyrem Dialog. cum Tryphon. Iudaeo I. 261. D. ubi Christianos circumcisionem spiritualem per baptismum accepisse demonstratur, *desiderandumque esse ab omnibus, ut pariter ipsi accipiant: καὶ πᾶσιν ἐπετόν, ὁμοίως λαμβάνειν*. Versio perperam: *omnibusque adeo illam ex aequo accipere integrum est*. Melius Gretserus in Epistola Thomae Patriarchae ad haereticos in Armenia 428. C. τὸ ὄντως ἐπετόν ἐπι-

σπᾶται κάλλος, *pulchritudinem vere concupiscendam haurit*. Apud S. Basilium In divites avaros I. 414. A. οὐδὲ οὗτος ἐφειτός ὁ λόγος, quod vertit Ioannes Argyropylus, *Nec ista rationem habent*, corruptus locus, ut arbitror: tametsi nondum extrico, quomodo sit emendandus. Adverbium ἐφειτός, *cupide*, usurpatur ab Ioanne Moscho Prato spirituali 1092. A. ἐφειτός μὴ παράσχεσ τὴν κατὰ καιρὸν συνήθειαν τοῖς πτωχοῖς· quo in loco exponendo item plane aberravit interpres. Ita, cum ἐφειτός et ἐφειτός a variis frequententur, apud Polybium I. 238. 12. ἐφειτός καὶ ταχέως ἀναγκάσαι, *cupide et cito cogere*, mendosam vocem esse vix affirmarem, nisi hoc suaderet viri summi, ἐφειτός delentis, digna verecundia auctoritas.

Pag. 79. lin. 11. τῆς τοῦτου κυρίας ἀφηνιάσαντα] Κυρία interdum *potestatem, dominationem* significare, vel e locis constat in Lex. Polybiano VIII. π. 359. collectis. Est vox a LXX. interpr. scriptoribusque helleisticis praecipue frequentata, quam plerique scribunt *κυρία*. Aristeas tamen, De legis divinae translatione, 9. C. τοῦ φανέντος ἐνόχου τὴν κυρίαν ἔξεν· item S. Ioannes Chrysostomus Caten. in Ierem. I. 298. A. Grammaticorum sermone tritam vocem κύριον ὄνομα non intellexit Ioannes Hentenius ad Aretham Explicationn. in Apocalyps.: nam II. 678. A. ἡ ιδιότης τῆς ὑποστάσεως ἐκάστου ἀφορίζεται διὰ τοῦ κυρίου ὀνόματος, *persona uniuscuiusque distinguitur nomine proprio*, sic reddidit: *separetur per nomen Domini*. Simili modo Concilio P. 220 Lateran. III. 840. A. κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογᾷ, non, *specialiter et secundum veritatem*, ut est in cuso, sed, *proprie et secundum veritatem Dei genitricem eam confitetur*, vertendum est. Τὸ κύριον enim, si de oratione loquimur, *verborum proprietatem* significare (non *rerum*, ut habet Reiskiana versio Dionys. Halicarnass. Iudic. de Dinarch. V. 632. 12), nemo est qui nesciat. Illud minus notum, τὸ κύριον esse interdum *exemplar princeps, τὸ πρωτότυπον*, cui opponuntur τὸ ἀντίτυπον, ἴσον, ἢ ἰσοδυναμοῦσα γραφή. Quae voces item passim negotium facesserunt interpretibus, ut demonstrabo alibi. Vocabulum substantivum κύριος restituendum est Gelasio Cyziceno Historia Concilii Nicaen. I. 397. C. τὰς δύο φύσεις προσθήσαντες κυρίως· ubi legendum *Κυρίω*, nec vertendum, *duas naturas opponunt proprie eius*, sed, *duas naturas apposuerunt Domino*. Contra eximendum ex inscriptione quam Honoratus Bouche *Hist. de Provence* I. 88. A. sic edidit ac vertit: *ΑΕΤΑΙΜΟΣ ΔΙΟΝΙΣΙΟΥ* B [sic] *ΚΤΡΙΟΣ ΕΤΤΑΞΙΑΙ ΚΑΙ ΓΕΡΩΤΕΡΟΣ ΝΥΚΗΣΑΚ ΕΦΗΒΟΤΣ ΚΑΙ ΓΥΜΝΑΖΙΑΡΧΗΣΑΚ ΔΙΣ·* *Leudimus, Baccchici princeps certaminis, aut ludi, senior qui vicit adolescentes, et in exercitiis nudis palmam tulit, bis*. Quae quam longe a veritate absint, non opus est demonstrare. Emendandum videtur *ΣΤΡΙΟΣ*, et *ΓΕΡΑΙΟΤΕΡΟΣ*, ut de minutis in scriptura

mendis taceam, vertendumque sic: *Leudimus, Dionysii F., Syrius* [h. e. ex Syro insula], *qui victus moderatione etiam senior superavit adolescentes, et bis gymnasio praefuit.* *Εὐτάξα* praecipue laudabatur in athletic ἀναγκοφαγοῦσι· de γυμνασιαρχῶν sive γυμνασιαρχούντων dignitate multa exempla apud Gruter. CLXX. 4. CLXXIII. 8. CCCXVII. 3. CCCXXVII. Reines. V. 34. VII. 36. I. 204. ubi Seleucus aliquis δις γυμνασιαρχος dicitur. Quod ad voc. κυριακός attinet, ad copiosas Suicero Thes. Eccles. observ. II. 184. — 192. adde, κυριακός apud PP. saepe id notare, quod ad Deum Filium speciatim pertineat, non ad Deum Patrem, adeoque hoc sensu voci θεῖος quasi opponi. Velut Synodo Hierosol. Conc. C. XI. 263. B. de monachis, numen oratione canticisque celebrantibus, κυριακὸν ἔργον αὐτοῦς πληροῦν ὁμολογοῦμεν, vertitur perperam, *divinum opus eos implere confitemur*: oportet *Dominicum opus*: nam fit allusio ad illud Lucae VI. 12. de Christo Domino: *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Inde κυριότης vocatur dignitas *Servatoris, qua est Dominus et noster, et rerum creaturarum omnium*: in cuius potentiae signum; ut docent Patres Graeci, Χριστός, h. e. *unctus*, nominatus est. Hanc vocem κυριότης, a Suicero omnino omissam, usurpant eo quem dixi sensu S. Gregorius Nyssenus Contra Eunomium II. 180. C. 183. C. De anima et resurrectione 644. B. Palladius Epistola ad S. Epiphanium II. 3. D. S. Ioannes Chrysostomus Oratione 1. in Epist. ad Hebraeos IV. 432. 30. De serpente Moysis V. 668. 31. De incomprehensibili VI. 417. 23. 419. 14. In Sanctam Pentecosten VII. 585. 36. Homilia LXXII. in S. Matthaeum I. 764. B. ubi de Servatore memorat τὴν κυριότητα αὐτοῦ, καὶ τὸ γνήσιον τῆς υἰότητος, καὶ τὸ ὁμοίμιον τὸ πρὸς τὸν πατέρα. Ita in Epistola Nestorii Conc. D. I. 1277. E. de Iesu nominibus, ἵνα τῶν ὀνομάτων τῶν φύσεων ἑκατέρων [f. ἑκατέρας] κοινῶν τινων σημαντικῶν προκειμένων, μήτε τὰ τῆς υἰότητος καὶ κυριότητος τέμνηται, postrema sic reddenda sunt, *ne secentur ea, quae ad filiationem et Dominationem pertinent.* Vetus interpres: *neque quod filiationis et proprietatis est, secetur.* Et in loco Origenis In S. Matth. III. 475. B. ubi nunc legitur, σάρκα μὲν μάλινουσι, κυριότατον δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι, scribendum κυριότητα· sunt enim ipsa verba Epistolae S. Jud. v. 8. Quod neque Huetius in editione I. 233. C. nec novissimus editor ea quam dixi pagina animadvertentes, locum in Vulgata bene redditum traducendo inobscuraverunt. De reliquis significationibus vocis κυριότης vid. Schlesinger. In Nov. Testament. I. 1269. B.

*Pag. 80. lin. 9. Ἀνεπισφαλῶς γὰρ]* Adverbium ἀνεπισφαλῶς non est in Lexicis. Praeter Leonem hic et superius 19. B. 26. B. 30. A. 31. B. occurrit apud S. Methodium Convivio decem virginum 106. B. Ἀνεπισφαλῆς habet clarissimi nominis vir Schneiderus in Dictionario, et Leo 16. D.

P. 221 *Pag. 80. lin. 15. ἡγεμονευσάντων*] Hic vel deest verbum, ut in notula ad oram suspicatus sum, vel referendum est καὶ ὡς οὐκ ἄλλω ad κατὰ θοῦν αὐτῶ, ut expressi in versione.

*Ibid. lin. 18. καὶ μὴ περαιτέρω φουσᾶεν τοῦ πρόσηποντος*] Similiter Chalcondylas De rebus Turc. 84. A. εἰώθε τὸ θεῖον τὰ πᾶν μέγα φρονοῦντα καὶ πεφουσημένα μειοῦν ὡς τὰ πολλὰ καὶ σμικρύνειν.

*Pag. 81. lin. 2. τρεπτά καὶ παλίντροπα . . τὰ πράγματα*] Conf. Agathias 109. A.

*Ibid. lin. 14. ἡ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ἄλωσις*] Antiochia capta est (opinor) initio anni 969. Rationem temporum fortasse turbavit Cedrenus II. 657. A. qui attribuere videtur a. 967. Vide supra 214. D. 215. A. Quae inde narrantur usque ad finem libri quinti, comprehenduntur eodem anno 969.

*Ibid. lin. 18. σπάνιν τῶν ἀναγκαίων*] Emenda Cedrenum II. 656. A. ἐπιλειοιπότητων δὲ καὶ τῶν Ἀντιοχείων· scribeque τῶν ἀναγκαίων, ut iam coniecerat Xylander. Neque aliter Scylitza Historia ms. Legitur alibi quoque apud nostrum σπάνις τῶν ἀναγκαίων 39. C. et 106. B. ex Agathia 131. D. 158. D.

*Ibid. lin. 19. τομίαν μὲν ὄντα*] Cedrenus II. 656. C. Πέτρον ἕνα τῶν ἐαυτοῦ εὐνούχων δοῦλον ὑπάρχοντα. Ubi δοῦλον ut antecedentis vocis glossam eiiciendam arbitrator: certe non legitur in Scylitza ms.

*Pag. 82. lin. 16. διὰ τῶν πυλῶν εἰσελάσας*] Quarum repagula a Burtza ense dissecta esse Cedrenus auctor est II. 657. D. Ibi lin. 9. pro πόλην quis non videt legendum πύλην, sicut in Schowii edit. Laurentii Lydi De mensibus 124. lin. 19: item lin. ult. eiusdem pag. restituendum ἐν αἰτίαις, et 658. A. lin. 2. παρήσθεν?

*Pag. 83. lin. 10. ἐπ' ἐδάφους ὑποστρωγγύων*] Haec in Glossarium retulit Ducangius I. 867. C. sub v. Μανδύας, usque ad verba, αὐτοῦ τὸ σωματίον· pro quibus illa dedit, τὸ σῶμα αὐτοῦ· nec reliqua singula diligentissime descripsit. Cognomen Michaelis, Maleïnus, in Familiis Byzantinis 149. C. non memorat Ducangius: alias ὀξυτόνωσ scribitur Μαλεῖνός· vide notam ad 118. D. Κοκκοβαφής, praeter locum quem in ora attuli, legitur quoque 74. D. apud Constantin. Porphyrogennet. 135. C. et apud Cedrenum II. 662. C. Hausit Leo ex Agathia 90. B.

*Ibid. lin. 16. τὸν Καίσαρα Βάρδαν, τὸν . . Νικηφόρου πατέρα*] Hic est ille senex, natus centum quinquaginta annis [sic], quocum Luitprandus Leg. ad Nic. Phoc. 144. D. se coenasse ait mense Augusto a. 968.

*Ibid. lin. 20. πολλὰ τρόπαια καὶ νίκαις . . ἀναδησάμενον.*] Forma dictionis ex Agathia, cui frequens est: veluti 27. A. 60. C. 99. D. 140. A.

*Pag. 84. lin. 12. παρεξηλημένον*] Vim vocis explicat Illu-

stria Schneiderus Lexico 223. D. Leonem, verba rara aucupantem, invenisse credendum est in Glossario aliquo, *Παρεξηλημένος*: *διεφθαρμένος*, *ἀμυδρός*: quae hodie leguntur apud Phavorinum 1447. 23. (paulo longior est Suidas III. 46. C.) sibi quae per D. suasisse synonyma esse haec omnia, eodemque sensu usurpasse. Quae si quis minus probet, scribat *παρεξηλαμένος*, a *παρεξελάνω*, quod vide in nott. ad 94. C.

*Pag. 85. lin. 8. τολμήσας*] Proposui *τολμητίας*, quod, praeter loca in margine allata, legitur 75. C. mutuo sumtum ex Agathia 14: D. 42. B. 137. C.

*Ibid. lin. 11. καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τῶν ἀνακτόρων μελετῆσαι καθαιρέσιν.*] Infra 70. B. *τὴν τοῦ Ἰωάννου τῶν ἀνακτόρων καθαιρέσιν*. Neque adeo dissimili phrasi 71. B. *τῶν τυραννικῶν κατιέναι*, *de imperio decedere*. Habet quidem Leo alias vocem *ἀνάκτορον*, sed ita, ut *palatium* denotet, 19. C. 39. D. 40. A. 51. B. 60. C. 79. A. B. quod alibi *ἐστὶν τὴν βασιλειον* seu *βασιλικὴν* vocat (vide quoque 189. C.) sive *τὴν βασιλειὸν ἀύλην*, 30. A. 52. A. C. 62. B. alibi *τὰ βασιλεια*, 20. B. 21. A. 29. B. 52. A. 57. C. 59. A. 60. B. 90. B. 100. D. sive *τὴν ἀνακτορικὴν ἐστὶν*, 98. B. 102. C. 110. B. *τὸ θεῖα ἀνάκτορα* 60. C. *ecclesiam* denotat, de qua significatione vid. Io. Wolfium ad Photium Contra Manich. Anecd. Gr. II. 213. C. *Καθαίρεισι* autem hic eodem sensu, quo *καθελών* apud S. Athanas. Histor. Arian. I. 389. A. P. 222 *τρῆσι βασιλείς, Βρετανίωνα, καὶ Μαγνέντιον, καὶ Γάλλον καθελών, cum tres Imppp. Vetranionem, Magnentium, Gallum imperio deturbasset*: Montefalconius: *cum tres reges, V. M. et G., imp. abdicasset*. Porro *καθαίρειν*, apud scriptores ecclesiasticos solenne, sonat *deponere, exauctorare, ab officio removere*. Concil. Chalcedon. II. 387. A. *ἡλικα Νεστόριος καθηρέθη, quando Nestorius depositus est*. Versio vulgaris perperam: *quod N. damnatus est*. Similis vis nomini *καθαίρεισι*. Leo noster 101. A. Concil. Chalcedonens. II. 79. E. *καθαίρεισι ἡμῖν ἠπειλήθη, minae nobis intendebantur depositionis*. Versio vulgaris errore quo supra, *minabatur nob. damnatio*. At Concil. general. octavo V. 1071. E. *ἡ δὲ καθαίρεισι . . βεβαιωθῆναι ἐξητήθη*, Matthaeus Raderus recte intellexit, quanquam nunc in edit. perperam impressum sit *exauctoritatem, pro, exauctorationem*: quod Leo *ἐκπτώσιν τῆς ἐρωσύνης* vocat 70. B. Sed de hac vi vocis *καθαίρεισι* iam Suicerus Thesaur. Eccles. II. 1. et alii: vocabulum derivatum omiserunt, *καθαίρεικά*, suppl. *γράμματα, litterae, quibus depositionis formula seu sententia continetur*. Quod moneo, quia eam quoque vocem docti passim non intellexerunt. Iac. Bilius in Anonymi Vita S. Athan. cxi. B. *κατηγορίας ἐν τοῖς καθαίρεισι, καὶ ὕβρεις καὶ διασυρμοῖς πλεονάσαντες*, vertit, *accusationibus, abdicandi causa viri, contumeliis, derisionibus eum supra modum afficientes*. Imo: *qui in formula depositio-*

nis [ab episcopatu] *criminationes, contumelias, convicia multa congerabant.* Montefalconius in Simeone Metaphr. De vita eiusdem cxl. B. ἐν τοῖς καθαιρετικοῖς in scriptis suis. Emenda ut supra, in sua depositionis formula. Α καθαιρετικὸς derivatum adverbium praetermissum in Lexicis, καθαιρετικῶς, eo consilio ut tollas. Origenes Contra Cels. 25. B. τινὰς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τεθνηκέναι, καθαιρετικῶς τῶν προκαταλαβόντων τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη κακῶν. Sigism. Gelenius: aliquot, qui ultronea morte obita pro rep. totos populos totasque gentes liberarint a calamitatibus. Ut ad vocem καθαρσεις redeam, nota peculiarem eius significationem, quam nescio an quisquam distinxerit. Philo De telor. constr. 92. C. ἀποσπαστέον τέ ἐστι τὴν τεχίστην τὰς πρώτας ὀροφάς, καὶ τὰς καθαιρέσεις ἀναιρετέον, et rudera asportanda sunt. Item Athenaeus De mach. 92. B. τοὺς διὰ τῶν καθαιρέσεων εἰσπλιπτοντας. Neque inepte, opinor, partes muri decussae καθαιρέσεις vocantur, cum καθαιρεῖν ipsam passim notet decutere. Artemidor. Onirocr. 112. C. si servi de oleis somnient, id iis verbera praesagire ait, διὰ τὸ μετὰ πληγῶν τὸν καρπὸν καθαιρεῖσθαι, propterea quod cum plagis fructus olearum decutiantur.

Pag. 86. lin. 10. τῶν φόνων τῶν ἀνδρῶν] Coniecturis, quas ad oram apposui, longe praestat summi viri Krugii prope certa emendatio litteris mecum communicata, τῶν φονωντων ἀνδρῶν, a φονάω, caedis avidus sum.

Pag. 87. lin. 7. τῆς ἡπίερον προσεπιβαίνων] Verbum προσεπιβαίνω (quod non est in Lexicis). Leo modo cum genitivo construit, velut hic, 60. B. et 97. D. modo cum dativo, ut 6. B. 42. D. C. Eodem casu est apud Theophylactum Orat. de Sancta Cruce 398. C. προσεπιβαίνων τῇ γῆ. Usurpatur etiam a Philone De temulentia 197. E. καὶ προσεπιβαίνειν ἤξιωσεν, ubi exponitur praeparari. Alterius decompositi, προσπεμβαίνω, secundam figuratamque significationem, insulto, irrideo, aequè in novissimis optimisque Lexicis video praetermissam. Quanquam non desint huius usus auctoritates idoneae. S. Ioann. Chrysostomus Orat. II. in Lazar. V. 241. 28. μὴ προσπεμβαίνωμεν αὐτοῦ ταῖς συμφοραῖς. Olympiodorus Catena in beat. Job 329. C. κατὰ πρόσωπον λοιδορεῖτέ με, καὶ προσπεμβαίνετε μοι. Quae loca, aut similia, Hesychio obversata sunt, cum I. 1044. B. Προσπεμβαίνει interpretatus est ἐπιτωθάξει, ἐπιγελά. Verbum ἐπεμβαίνω simili sensu usurpatur, ut duo loca ex multis nominem, in Epist. nomine Concil. Nicaen. scripta, apud Socrat. Hist. Eccles. 28. A. item a Cedreno II. 670. D. De ἐπιβαίνω, idem significante, copiosus J. Tobias Krebsius in Decretis Romanorum pro Iudaeis factis 25. B., demonstrans, omnia fere veniendi verba cum ἐπι, adiuncto casu personae, notionem hostilis invasionis habere.

*Pag. 89. lin. 8. ἐρωδίου φάμφει προσεικός ἀτεχνῶς]* Ἐρωδιὸν ardeam esse notum est. Aristoteles Historia animal. I. 903. B. Eodem nomine denotatur avis fabulosa, de qua mira refert Pseudohieronymus Breviar. in Psalm. 394. B. in psalm. ciii. maiorem esse omnibus volatilibus, aquilamque vincere et comedere. Ab hoc diversus est *erodio erodionis*, S. Hieronym. Commentar. in Zachariam III. 1732. E. Totum Leonis locum exscripsit (tamen paulo minus accurate) Ducangius in Glossar. Addend. 11. A.

*Ibid. lin. 12. Τοιάντην μὲν δὴ Νικηφόρος ὁ ἀντοκράτωρ τὴν τοῦ βλοῦ εὔρε καταστροφήν]* In Chronico ms. Ioannis Scylitzae hic leguntur quaedam a Cedreno omissa, verbisque eius ἐνδον τοῦ παλατίου κατεργασθεῖς II. 663. D. subiungendā, de sepultura et specie Nicephori Phocae, quae Scylitza ex Leone 55. D. 29. D. 30. A. paene ad verbum exscripsit. Deinceps sequuntur haec: \*) Ἐν δὲ τῇ σορῷ αὐτοῦ [Nicephori Phocae] ὁ Μελιτηνῆς μητροπολίτης Ἰωάννης ταῦτα ἐπέγραψε·

- Τὸν ἀνδράσι πρὶν καὶ τομώτερον ξίφους,  
 Πάρεργον οὗτος καὶ γυναικὸς καὶ ξίφους,  
 Ὅς τῷ κράτει πρὶν γῆς ὅλης εἶχε κράτος,  
 Ὡσπερ μικρὸς γῆς μικρὸν ᾤκησε μέρος,  
 5 Τὸν πρὶν σεβαστὸν, ὡς δοκῶ, καὶ θερίους,  
 Ἄνελεν ἢ σύγκοιτος, ἐν δοκοῦν μέλος.  
 Ὁ μὴδὲ νυξὶ μικρὸν ὑπνώττειεν θέλων,  
 Ἐν τῷ τάφῳ νῦν μακρὸν ὑπνώττει χρόνον,  
 Θάμα πικρὸν. Ἄλλ' ἀνάστα νῦν, ἀναξ,  
 10 Καὶ τύπτε πεζοὺς, ἱππώτας, τοξοκράτας,  
 Τὸ σὸν στρατεύμα, τὰς φάλαγγας, τοὺς λόχους·  
 Ὅρμα καθ' ἡμῶν Ῥωσικῇ πανοπλίᾳ,  
 Σκυθῶν ἔθνη σφύζουσιν εἰς φονουργίας·  
 Δεηλατοῦσι πᾶν ἔθνος τὴν σὴν πόλιν,  
 15 Οὗς ἐπτόει πρὶν καὶ γεγραμμένος τύπος  
 Πρὸ τῶν πυλῶν σὸς ἐν πόλει Βυζαντίου.  
 Ναί, μὴ παρόψει ταῦτα· δίψον τὸν λίθον,  
 Τὸν σὲ κρατοῦντα, καὶ λίθους τὰ θηρία,  
 Τὰ τῶν ἔθνων, διακί· δὸς δὲ καὶ πέτρας  
 20 Στηριγμὸν ἡμῖν, ἀβήλαστατην βᾶσιν.  
 Εἰ δ' οὐ προκύνῃαι τοῦ τάφου μικρὸν θέλεις,  
 Κἂν ῥῆξον ἐκ γῆς ἔθνεσι φανήν μόνην·  
 Ἴσως σκοπέσει ταύτη καὶ τρέψεις μόνη.  
 Εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, τῷ τάφῳ τῷ σῷ δέχου  
 25 Σύμπαντας ἡμᾶς· ὁ νεκρὸς γὰρ ἀρκέσει  
 Σάξιν τὰ πλήθη τῶν ἄλων χριστιανῶν,  
 Ὡ, πλήν γυναικὸς, τὰ δ' ἄλλα Νικηφόρος.

\*) Cod. Coial. No. 136, fol. 101 verso.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω συντίθενται. Sequentia, Ἰωάννης δὲ ὁ Τζιμισκῆς, τὰς τῆς Ρωμάτων κ. τ. λ. denuo in historiam recepti Cedrenus II. 663. D. Omisit autem senariolos Ioannis Melitenensis, sive quod paulo longiores ei (vereor ne etiam lectori) viderentur, sive quod ludus potius ingenii quam vera arcae inscriptio. Certe Ioannes Melitenensis, si is est de quo Le Quien Orient. Christ. I. 445. C. vixit circa a. 1027, plus quinquaginta annis post Nicephorum in arcam conditum.

Pag. 91. lin. 5. παλινωδιαν ἤσαν] Agathias 89. B.

Pag. 92. lin. 4. μουζακίτζην δηλοῖ] H. e. pusillum: vid. Ducang. Glossar. II. 1570. B. Sed hanc etymologiam nominis Tzimisces prorsus improbat vir doctissimus Cirbied, in Schola Regia speciali linguarum Orientalium hodiernarum cathedrae Armeniacae decus et ornamentum. Esse nimirum in Armenia maiore urbem Tschemischgaïzag (vid. quoq. *Détails sur la première expéd. des Chrétiens dans la Palestine, traduits de l'arménien en français par F. Martin, Magasin Encyclop. Septembr. 1811. p. 38.*): id nomen significare *socculum splendentem s. purpureum*, quo calceantur mulieres per Orientem. Inde oriundum Tzimisces: eiusque nomen, Armeniace *Tschemeschghigh* scriptum, esse diminutivum alterius, vertique debere *socculum splendentem*. Referam ipsa verba amicissimi collegae: „*Tschemischgaïzag, qui signifie sandale étincelante ou rouge que portent les femmes Orientales à leurs pieds, est le nom d'une ville de la grande Arménie qui s'appeloit aussi anciennement Hierapolis; elle fut la patrie de lean Zimisces. Ce dernier nom, qu'on écrit en arménien Tschemeschghigh, n'est que le diminutif du premier, et il signifie petite sandale étincelante. Telle est la signification ou l'étymologie du mot Zimisces.*” Quae quemadmodum cum opinione Leonis componi possint, viderint litteras Orientales docti.

---

## IN LIBRUM VI.

P. 225 Pag. 93. lin. 1. Τοῦ δὲ αυτοκράτορος Νικηφόρου τὸν τροπὸν] Obtruncatus est Nicephorus anno 969. d. xi. mensis Decembris: ita quae narrantur hoc libro, ad priorem partem anni 970. pertinent: vide Pagium Critic. IV. 24. A.

*Ibid.* lin. 3. Ἦδη δὲ τετάρτης] Haec usque ad vb. ἀνηγόρευον Combesisius ap. Pag. IV. 22.

Pag. 94. lin. 5. ἐς γέρας τῷ ἀνδρὶ ταύτην ἐκαινοτόμησε τὴν τιμὴν] Cedrenus II. 663. D. μήπω πρότερον ὄντος τοῦ ἀξιώματος, πρώτου δ' αὐτοῦ τοῦτο ἐφευρηκτός. Sed leg. πρώτου δ' αὐτοῦ, cum ipse primus, ex codd. omnibus, sensu quoque flagitante.



*Pag. 96. lin. 11. Ἰανήν οὖν*] Exitum huius capituli Combesisius vertit ap. *Pag. IV. 22.*

*Ibid. lin. 16. Τὴν δὲ ἰδέαν τοιόσδε ἦν.*] Haec ex scriptore nostro contraxit Scylitzes, subiunxitque in historia ms. narrationi de morte Tzimiscae, quae terminatur sic, καὶ Κωνσταντίνον, τοὺς παῖδας τοῦ Ῥωμανοῦ. Vide Cedren. II. 684. B. Cedrenus autem, cum omnia minima maxima ad verbum e Scylitza in B ipsius Compendium historiarum referret, tamen haec de forma ac specie Tzimiscae nescio quare praetermisit, ut igitur in Leone duntaxat et in Scylitza ms. exstent.

*Ibid. lin. 23. ἠρωϊκῇ γὰρ αὐτῷ*] Scylitza addit ψυχῇ, ac fortasse sic legendum. Paulo post, 97. lin. 3. Scylitza habet ἀπτήρω τάχει, unde firmatur coniectura mea ad oram (vide quoque supra 30. D. lin. antepenult.), et, πρὸς τοὺς οικίους διανέκαμπεν.

*Pag. 97. lin. 4. ἄλματι*] Scylitza, ἄλμασι.

*Ibid. lin. 5. πάντων κατηρυμεγέθει . . . γενεάν.*] Amplior eadem phrasis supra 30. A. ubi κατευμεγέθει.

*Ibid. lin. 8. ἐπὶ τὸν πύματον*] Scylitza secus, ἐπὶ τὸν πέμπτον, calligrapho vocem obsoletiozem πύματος in magis notam, ut fit, commutante.

*Ibid. lin. 18. Μεγαλόδωρος*] Haec usque ad pag. 100. 7: τῦφον τιθεὶς Combesisius vertit ap. *Pag. IV. 22.*

*Pag. 98. lih. 1. παρὰ τὸ προσῆκον*] Agathias πέρα τοῦ προσήκοντος, 81. B.

*Ibid. lin. 2. τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς διεπτόητο.*] Hactenus quae ex Leone Scylitza transtulit in historiam ms.

*Ibid. lin. 10. ἐς τὸν θεῖον καὶ μέγαν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας σηπὸν εἰσφοιτᾷ*] Cedrenus Histor. II. 664. B. ἄπεισι μετ' ὀλίγων ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ubi Xylander, secus opinor, legisse videtur μετ' ὀλίγον, nam vertit paulo post, pro, cum paucis: deinceps, C. lin. 5. manifesto mendo editum est ἀπολογισαμένου pro ἀπολογησ.

*Ibid. lin. 14. τοῦ νεώ*] In Hederici Lexico manuali edit. Ernesti Lips. 1768. 8. col. 1371. is genitivus νεώ scribitur, perperam. Vide Maittaire De dialectis ed. Sturz. 27. A.

*Ibid. lin. 20. καὶ προσέτι τὸν τόμον τῆ συνόδου προσαποτίσῃ*] Sensus verbi προσαποτίειν hic detorsus ex illo, quando insuper donare, insuper solvere significat. Philo De victimis 653. C. προσαποτίσας καὶ τὸ ἐπίπεμπτον. Aeneas Gazaes Theophrasto 374. B. Eius synonymum ἐπέδωκε subiungit Leo paulo post, 99. lin. 7. Gravem autem fuisse Nicephorum non uno modo ecclesiis docet Vita inedita S. Nicephori episcopi Mileti, scripta ab homine et docto et aequali fere temporum illorum (nam memodatur ab eo Θεόδουλος aliquis, ὃς καὶ ἐτι περίεστι, fol. 222 verso): qua narratur, cum procuratores imperatorii ex oleo sacro redi-

tus, qui maximi sunt in ecclesia Graeca, interverterent in commodum faci, S. Nicephorum non esse veritum Imperatorem ipsam adire, ab eoque restitutionem iuris illius, donec obtineret, flagitare. Καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπῆρχον προκαθηρασμένα παρὰ τῶν ἐπιστατούντων τοῦ μυρελαιου, τί ποιεῖ; τῷ βασιλεῖ [h. e. Nicephoro Phocae, cuius mors deinceps narratur] θαρραλέως πρόσεισι καὶ παρρησιάζεται. Δικαίως γὰρ ὡς λέων ἀληθῶς πέποιθε καὶ τῶν ἀφαιρησάντων καταβοῶ, Ἡ ἀπόδος, λέγων, τὰ τοῦ θεοῦ, ἢ μὴ προσδάκα Χριστῷ πράττειν φίλια, τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀνεγόμενος ταῦτα καρποῦσθαι. Ac post paulo: Ἐφ' οἷς τὸν βασιλέα, καταπλαγέντα τὴν τοῦ ἀνδρός παρρησίαν (καὶ γὰρ καὶ τὰ σκήπτρα τὰς ἀρετὰς οἶδεν αἰδεῖσθαι, καὶ τοῖς συνεισις εὐδιάγνωστον τὸ φιλόθεον), ἀναντιρρόπως κλειῦσαι τὰ οικεῖα ἀπολαβεῖν, καὶ ἀποκαταστήναι κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν πρῶσσοδον κ. τ. λ. Addit auctor, quae restituerat Phocae, ea post eius caedem denno esse episcopo ab iisdem procuratoribus adempta. De quibus questurum S. Nicephorum iterum perrexisse ad comitatum: ivisse simul hominem nequam Sachacium, consilio ut Sancto apud Imp. adversaretur. Ita, cum una devertissent potionemque uterque sibi praepararet, Sachacium de suo miliario caldam venenatam ministrasse Sancto: hunc tamen vehementi vomitu tum veneno tum periculo esse liberatum. Ad dam ipsa verba Graeca: Εἰ καὶ αὐθις οἱ ταῦτα προκαθηρακάτες ἀφελοντο βλα, ἤδη τοῦ ἀποδεδωκότος αὐτὰ βασιλέως διαπεφωτισμένος.\*) Διὸ καὶ πρὸς τὸν μετ' ἐκείνου τῆς βασιλείας δραξάμενον (Ἰωάννην δ' ἦν οὗτος, ὃ Τζιμισκῆς τὸ ἐπώνυμον) τοῦ ὁσίου ἀπιόντος, συνεβιάδιζεν αὐτῷ ὁ τὴν παρατροπὴν ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὴν κακίαν ἐπιβόητος Σαράκιος, τοὺς λόγους τῆς δίκης τῶν πτημάτων ἀναδεξάμενος, καὶ ἰσχυρῶς τῷ μεγάλῳ ἀντικαθίσταμενος, . . . . αὐτὸς ἐκείνος συγκεκριακῶς ὁ Σαράκιος τῷ μεγάλῳ πειεῖν δέδωκε· τὸ δὲ ἄρα ἦν πλήρης φαρμάκου· ὃ λαβὼν ὁ θεῖος ἀνῆρ καὶ σφραγίδι ζωοποιῶ σημειωσάμενος, ἔπινεν ὑπονοησάμενος μηδὲν πόθεν γάρ; Ἐπειτα τοσοῦτος ἀφνης ἔμετος ἐξεβλύσθη, ὥστε συνεβληθῆναι αὐτῷ καὶ τὸ φάρμακον, μηδ' ὅπως οὖν παραβλάσαν Βτόν ἅγιον. Tzimiscis quoque animum sibi conciliasse S. Nicephorum morum sermonisque dignitate discimus eodem auctore, qui tamen sui instituti esse negat, quae is in comitatu egerit separatim perscribere, — οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, ὅτι μηδὲ διὰ σπουδῆς ἡμῖν ταῦτα. Reliqua ex hac vita, quemadmodum S. Nicephorus saeculo abdicato in montem Latrum secesserit, conditisque Ἐρεβίνθου et τοῦ Ξηροῦ Χωραφίου monasteriis in hoc vitam deposuerit laudatissime actam, ut aliena ab historia saeculari horum temporum praetermitto.

Pag. 99. lin. 1. μῆτι τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐκτός

\*) De hoc verbo vide supra not. 191. D.

της ἀκείνου δοπῆς ἐνεργεῖν.] Addit Cedrenus II. 658. D. voluisse Nicephorum, ut bello occumbentes martyrum honoribus fruenter, contra S. Basilii placitum, qui a sacris per triennium arceat τοὺς πολέμιους ἐν τινὶ πολέμῳ ἀνηρητότας. Ubi ex Codd. legendum, τοὺς πολέμιον, ut recte intellexit Le Beau *Histoire du Bas-Emp.* XVI. 121. C.

*Ibid.* lin. 5. κατὰ τὴν νῆσον τὴν λεγομένην Πρώτην] Le Beau XVI. 162. C. in Proconnesum ait, consecutus Cedrenum II. 664. D. et Zonaram II. 209. A.

*Ibid.* lin. 7. Λέοντα τὸν Βαλάντην καθυπεδείκνυν] Glycas 308. C. εἶγε δὲ μὴ αὐτόχειρα γενέσθαι αὐτὸν τοῦ Φωκᾶ· ubi emendandum ex Codd. nostris, εἶπε δέ. In Scylitzae Chronico ma. coniurati vocantur ὁ Πατρικίος Μιχαὴλ ὁ Βούρτζης, καὶ Λέων ταξίαρχος ὁ Βαλάντης, καὶ τῶν τοῦ Τζμισσῆ πιστικατᾶτων ὁ Ἄτζυποθεοδώρος. Eadem paene nomina sunt apud Cedren. II. 662. B. cuius narratio in multis ad verbum cum Leone convenit.

*Ibid.* lin. 10. πρὸς τοῦ Πολυεύκτου στεφθεῖς] Tzimissem coronatum esse ipsis natalitiis Christi a. 969. Cedrenus docet II. 665. A.

*Ibid.* lin. 20. τὴν δὲ τῷ καταντικέρας Βυζαντίου] Quae Ioannem humanitate ac misericordia fecisse Leo ait, ut bona pauperibus distribueret, ea ex conventu cum Polyucto Patriarcha acta esse, Ioannem hac conditione coronante, Cedrenus auctor est II. 665. A.

*Ibid.* lin. 21. ἠφώρισε] Sic fortasse Leo ipse scripsit, mendose: nam duplex augmentum ne apud posteriorem quidem scriptorem ullum in hoc verbo se nobis obtulit. Contra ἀφώριζον habet S. Germanus Constantinopolitanus De rerum ecclesiasticarum contemplet. 13. B. ἀφώρισεν Palladius Lausiac. 94. A. ἀφώρισαν S. Clemens Alexandrinus Stromat. 559. D. ἀφώρισται Theophrastus (qui multum delectatur verbo ἀφορίζω, adhibetque novies) Histor. plant. 1. A. De causis plant. 352. A. S. Gregorius Nyssenus De oratione Dominic. I. 752. A. ἀφωρισμένην Theophrastus Hist. plant. 23. D. (ibi ἀφορισμ. operarum errore) et 843. D. Omitto aliorum loca, quae multa sunt. Adde, in ecclesia Graeca ἀφορίζεσθαι esse, segregari a sacrorum mysteriorum communione, quod hodie minorem excommunicationem vocamus. Maior enim *anathematis* vocabulo solet designari. Acta Concil. quinisexti III. 1695. E. *Εἰ δὲ τις τοῦτο πράττειν ἐπιχειροῖ, ἀφορίζεσθω.* Gentianus Hervetus: *Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, deponatur.* Emenda, *excommunicetur*, sive periphrastice, *minori excommunicatione segregetur ab eucharistiae participatione.* Etenim *deponi* solis convenit clericis: ἀφορισμός *is*, de quo agitur, laicis quoque potest contingere. Manual Malaxus Historia Ecclesiastic. 129. A. ἀφώρησεν [sic] αὐτούς· verit Martinus Crusius, *eos execratus est.* Sed potius scribendum,

*excommunicavit, a communione ecclesiastica separavit.* Neque minus passim erratum est in vertendo substantivo ἀφορισμός, quæm ex superioribus patet in laïcis denotare *privationem* communionis eucharisticae, in clericis *suspensionem* ab officio ecclesiastico. Ita Liturgia S. Marci Alexandrina 135. B. Ioannes a S. Andrea ἀπό ἀναθέματος καὶ ἀφορισμοῦ vertit, *ab anathemate et excommunicatione*, tametsi hic reddendum erat, *suspensione*. Nam de sacerdote sermo. Contra apud S. Clementem Martyrem Constitutt. Apostol. 27. A. ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῶ, Gentianus Hervetus simpliciter, *multetur*, quod saltem amplificandum erat, *sacrorum mysteriorum separationis multct.* Ἀφορισμός apud rhetores quid sit, optime exposuit Ernesti Lexico techn. rhet. 52. BB. Quare in versione Reiskiana hæc Dionysii Halic. Iudicio de Isæo V. 597. ἡδέως τε καὶ ἀφοριστικῶς τὰ μετὰ ταῦτα ἐπιτίθεται, minus apte, opinor, redduntur, *suaviter et distincte*. Nam hoc quidem a rhetoribus Graecis dicitur *εὐκρινῶς*: ἀφοριστικῶς autem vertendum est *membratim*, concisis brevibusque membris, *inconnexe*, ut ait Grotius ad Ecclesiast. II. 6. sive, ut Ciceroniano verbo utar, *incise*, brevibus incisiss, fereque id quod Basiliius, scholiasta ms. S. Gregorii Nazianzeni luce dignissimus, περιόδους ἀσυνδέτους καὶ ἀντοτελείς solet appellare. Inde explicandum Etymologicum magnum 296. 50. ubi εἶεν dicitur esse ἐπιφθῆμα ἀφοριστικόν: quod nempe per se ipsam effingit sensum absolutum.

*Ibid. lín. 22. τῶν τῇ ἱερᾷ νόσῳ καμνόντων]* Vertit Combefisius, *eorum qui sacro morbo laborarent*, ut adeo intelligatur de morbo comitiali. Neque hercule immutare ea quidem ausus sum: tametsi Valesius ad Euseb. Histor. Eccl. IV. 19. iam demonstrarit, saepe ἱερὰν νόσον intelligi debere de lepra aut elephantiasi. C Scripturibusque ibi laudatis addi possunt S. Ioannes Chrysostomus Orat. De poenitentia VI. 912. 37. τοὺς ὑπὸ τῆς ἱερᾶς νόσου κατακειμένους, ὧν τὰ μέλη πρὸ τοῦ θανάτου τῇ γῆ παραδίδονται. Anonymus Vita Chrysostomi VIII. 336. 29. unde paulo plura exscribam, quae quasi scholion vocabuli ἱερὸς esse possunt: Ἐδρίσκει τινὰς — τὴν ἱερὰν καλουμένην περικειμένους νόσον, ταύτην τὴν προσηγορίαν τοῦ τοιοῦτου λαχόντος νοσήματος, παρὰ τὸ πᾶσαν ἀνθρώπινην συμφορὰν τε καὶ ἀληθῆνα νικᾶν. Οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἔξω τὸ ἱερὸν ἀντὶ μεγάλου παρεληπτὰ: ἱερὸν γὰρ καὶ ἰχθύν, τὸν μέγαν φασί. Facillime autem propagari hunc morbum ait auctor, ἐρπυστικόν τι εἶναι καὶ μεταβατικόν ἐπὶ τοὺς συνδιαγόντας: ideo eo affectos oppidis expelli, passimque stratos esse per itinera οἷα νεκροὺς ἀτάφους, κινούμενα λειψάνα, ἔροντα σκηνώματα, λογικούς ἀσθρώπους· φωνὴν ἀφιέντας ἀναθρον: iisque S. Chrysostomum ἴσχυον: idoneum concessisse cum aqua praeterlabente, πρὸς τὸ τοὺς ἀπὸ τῶν τραυμάτων ἀποκαθαίρειν ὄψους. Quae omnia minime cadere videntur in homines mor-

bo maiore affectos. Apud S. Ioannem Climacum quoque Scala D Parad. 126. B. verba, τῇ ἱερᾷ περιπεσιῖν νόσῳ, ob ea quae sequuntur haud paulo malim de lepra quam cum Matthaeo Radero de morbo comitali interpretari. Confer praeterea Leonem 110. B.

Pag. 100. lin. 13. Ἦδη δὲ τῆς πρὸς Ὀρόντη] Haec et sequentia ex Leone transtulit Scylitza in Chronicon ms., unde exscripsit partim Cedren. II. 665. B.

Pag. 101. lin. 8. τὴν μὲν θύραθεν παιδείαν οὐ πᾶν ἠκριβωκότα] Dissuadebant multi in Graecia, tum omni medio aevo, tum maxime hoc saeculo, profanas litteras: quod qui iis a tenebro imbuti essent, ad veritatem fidei caeciores putarentur. Ita S. Nicephorus, de quo supra 225. C. in Vita ms. magistro τοῦ Μωσελλοῦ puer in disciplinam traditus dicitur, τὴν ἱερὰν γραφὴν μόνην παιδευθόμενος, οὐκ ἀνεχομέντων τῶν προστατῶν τὸ γνήσιον καὶ γόνιμον τῆς ψυχῆς τοῦ παιδὸς ἐπισκόροις ἐμβομβῆσαι μαθήμασιν· ὅτι μὴ δυνατόν, τοὺς τύπους τῆς τερατολογίας προτυπωθέντας ἀναλεῖψαι ὁσδῶς, εἰ [s. ἦ] καὶ τὴν πρᾶξιν διαφυγεῖν.

Ibid. lin. 10. Ὁ δὲ Πολύευκτος] Haec usque ad finem huius capituli Combefisius vertit, Pagei IV. 24.

Ibid. lin. 11. προχειρισίω] Codex προχειρησιω· mutavi sec. P. 228 secundum etymologiam a verbo προχειρίζομαι. Vocis προχειρισίς, adhuc in Lexicis omissae, significatus sunt duo: alter apud philosophos, alter in scriptor. ecclesiasticis. Apud illos sonat *actus, operatio*, qua cogitata repraesentantur, perducunturque ad effectum. Porphyrius Sentent. ad intelligib. ducent. 225. A. de anima, ἐνεργεῖ δὲ κατ' αὐτοὺς, ἢ ὑπ' ἄλλον εἰς προχειρησιω [i. προχειρισίω] ἐκκαλουμένη, *vel ab alio ad opus excitata*. Ut ideo erraverit Kusterus, haec Suidae I. 830. A. ἢ καθ' ἕξιν ἢ κατὰ προχειρισίω, sic vertens: *secundum habitum et secundum propositum*. Nam cum προχειρισίς opponatur τῇ ἕξει, denotetque actum ipsum sive repraesentationem facultatis, vertendum, *secundum habitum, vel secundum actum, sive executionem*. Apud scriptores ecclesiasticos significat *propositionem* episcopi ordinandi. Theophilus Antiochen. De Deo et Christianorum fide 147. D. ἐν τῇ τῶν ἱεραρχούντων προχειρίσει τε καὶ ἐκλογῇ. Προχειρίζεσθαι enim apud scriptores quidem profanos, ut alia multa, ita et *eligere* generatim denotat: vide exempla in Lexico Polyb. VIII. π. 544. a Schweighaensero viro omni existimatione ornatissimo collecta: item apud Alciphron. I. 41. B. In scriptoribus ecclesiasticis proprie esse *proponere nomen* alicuius ordinandi, ut inquiretur an dignus sit munere, recte observavit Henr. Valesius Annotatt. in Euseb. De Vita Constant. 214. A. et in Socratem Scholast. 7. A. id quod ἐπιβάλλειν ὄνόματα dicit Socrates 28. D. Non desunt tamen loca apud scriptores quoque ecclesiasticos, ubi latiore sensu exponendum est *eligere*. Euthalius Diaconus in peregrinatione. S. Pauli 240. A. S. Clemens Romanus Constitutt. Apostol.

*Pag. 139. lin. 2. τῶν Σκυθῶν ἀφηνιάσασαι]* Verbum ἀφηνιάσω Leo cum genitivo construit hic et paulo inferius D. lin. 5. item 48. C. Alii sine casu usurpant, ut Philo, qui admodum eo delectatur, De mundi opif. 15. A. Allegor. legg. 41. B. 44. C. 64. F. 74. A. 78. C. De sacrif. Abel. et Cain. 115. D. De agricult. 149. F. 154. D. De temulent. 188. F. De Abrahamo 296. G. De migrat. Abrah. 311. C. De vita Mos. 477. G. 487. A. 525. A. De victimas offerent. 665. C. Quod omnis probus liber 674. E. 681. E. In Flacc. 748. B. 749. D. 767. B. S. Clemens Alexandr. Admonit. ad gent. 57. C. Stromatt. 383. A. 412. A. 471. B. 705. B. 730. C. 747. A. Alii construunt cum dativo, ut Eusebius Demonstr. Evang. 335. D. alii cum praepositione *παρὰ*, sequente accusat, velut S. Clemens Alex. Paedagog. 115. A. *τοὺς παρὰ τὸν νόμον ἀφηνιάζοντας*. Apud S. Antioch. De superbia II. 1098. D. inveni cum accusativo solo, absque praepositione, quod rarum est, *οἱ δι' ὑπερηφανίαν ἀφηνιάζουσι τὸν ἀδελφόν*. Sunt tamen quoque exempla constructionis cum genitivo: Philo De sacrif. Abel. et Cain. 115. C. *ἀφηνιάσαν, ὡσπερ βουκόλου, τοῦ νοῦ*. De vita Mos. 512. A. *ἀρετῆς ἀφηνιάσαντας*: multoque plura in verbo ἀφηνιάω, de quo dicam alio loco.

*Ibid. lin. 9. πολλὰ γνωσιμαχίας καὶ ἀνασκοπήσας]* Opinor γνωσιμαχεῖν apud Leonem esse, *consilia versare*: quo eodem sensu ait 19. B. *γνωματεύσας καὶ βουλευσάμενος*: et 77. B. *πολλὰ γνωματεύσας καὶ λογισάμενος*. Item 11. B. *γνωσιμαχῆσαντι καὶ βουλευσαμένῳ*. Qua significatione apud veteres omnino non (quantum vidi) invenitur, apud recentiores admodum raro: S. Ephraem De compunct. II. 182. C. *γνωσιμαχοῦντες οὖν εὐρον τὸν τρόπον*. Auctor vitae S. Nili iun. 92. C. *ἐν τούτοις γνωσιμαχοῦντός τε καὶ πονηρομένου, cum agitare haec consilia eaque malitiosa*. De significationibus antiquis elegantibusque huius verbi vide Gregor. Corinth. De Dial. 539. A. ibique copiosas Bastii Schaeferique viri immortalis notas. Substantivum inde derivatum inque Lexica nondum receptum *γνωσιμαχία* est apud Philonem. De somn. 884. C. *εἰς τὰς ἐριστικὰς γνωσιμαχίας*, ubi inepte vertitur a Gelenio, *in contentiosas respicientias*. Est enim idem quod *ταῖς ἐριστικαῖς φιλονεικίαις* apud eundem Philonem 885. D. ideoque reddendum *ad contentiones pervicaces*, ut recte expressit Th. Mangey ed. novissima I. 698. 43. Nam apud Philonem *γνωσιμαχεῖν* valet *contendere, dissentire*, De Abrahami. 297. B. De con-

gressu quaerend. erud. grat. 337. G. De somn. 444. B. De vita Mos. 493. D. 494. F. alibique saepe.

*Ibid. lin. 16. εἰς ἐξήκοντα χιλιάδας*] Perperam Pagi IV. 28. C. et ex illo Schloezerus Nestor. V. 160. C. *ad septuaginta hominum millia.*

*Ibid. lin. 18. τινές παραβόλῳ τόλμῃ παρακροτούμενοι*] Hoc antecursorum praelium vide an diversum sit ab illo, in quo Cedr. II. 674. D. Romanos magnifice vicisse scribit.

P. 242

*Pag. 140. lin. 4. κατασπαθίζειν τούτους προσέταττεν*] Verbum *κατασπαθίζω* supra quoque obvium 54. B. 84. C. non est in Lexicis. Huius primitivum *σπαθίζω, gladio caedo*, de quo recte dubitat Schneiderus, an in scriptoribus probatis occurrat, in Glossarium Ducangius retulit II. 1415. B. ex Gilberto Gaulmin. 485. B. ad Theodor. Prodr. De amoribus Rhodanth. 45. C. (conf. quoque 106. C. et 221. A.) sed sine exemplis, quae hic utcumque supplebo. Achmet. Onirocr. 81. C. *ἐσπαθίσθη ἐμπροσθίως παρ' ἀγνωρίμου.* 82. A. *ἐσπαθίσθη πρὸς θάνατον, gladio fuit ad mortem vulneratus.* Male ceperunt interpretes Menolog. Graec. mensis Maio I. 745. F. 746. A. vertentes, *virgis palmarum caedo.* Vocabula derivata itemque a Ducangio praetermissa sunt: 1.) *σπαθισμός, iterata cum gladio percussio*, quod Schneiderus item 414. C. dubiae auctoritatis esse censet. Achmet. Onirocr. 82. A. *κατὰ Β τὸ πλήθος τοῦ σπαθισμοῦ ἀγαθοποιήσει αὐτὸν μεγάλας.* 2.) *σπαθιά, ictus gladii.* Theophanes Chronogr. 266. B. *πολλὰς δὲ καὶ σπαθείας [l. σπαθιάς] ἐν τῇ ὄψει αὐτοῦ ἔλαβεν.* Goar recte, *inflictis etiam ad caput crebrioribus ensium plagis*: perperamque, opinor, Ducangius totum hunc locum ad vocem *Σπαθία* col. 1416. referens, Heraclio Imp. in medio praelio a Persis vult bacillis ictus esse inflictos. Neque melius in locis Achmet. Onirocr. 82. A. *ἔλαβε δούλῳ σπαθείαν [l. σπαθιάν].* B. *Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔλαβε σπαθίαν [l. σπαθιάν]*: et 233. A. *ἔδωκέ τινα σπαθείαν [l. τινα σπαθιάν]* vapulationes fustigationesque vult intelligi: sensum verum, *ictus gladii*, et Rigaltius iam in versione expresserat, et in ultimo loco probant quae subsequuntur, *Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι οὐκ ἔστ' Ἐτομή.* Denique *σπαθιστήρ* appellatur Epiphan. De mensur. et pond. II. 172. C. instrumentum ferreum, quo utebantur Iudaei desertores in reparatione recisi praeputii, *τέχνη τιμὴ ἱατρικῆ διὰ τοῦ καλουμένου σπαθιστήρος τὴν τῶν μελῶν ὑποδερματίδα ὑποσπαθισθέντες, φαφέντες τε, καὶ κολλητικοῖς περιουθενθέντες.* Ubi primum moneo, extrema verba a Petavio minus bene reddita *glutino circum adstringunt*, verti debuisse, *glutino curant.* Id enim valere *περιουθεν* apud scriptt. saeculi III. et deinceps, demonstravi ad Timarionem Notitt. Mss. Bibl. Reg. IX. 217. A. Deinde *σπαθιστήρος* ab interpretibus, quorum locos collegit Schleusner. Lex. N. Test. I. 876. C. video mutatum esse in *σπασθητήρος*, quasi a *σπάω* derivaretur. At enim instrumentum illud, non ad pro-



trahendam cutem adhibitum, sed subiectum cuti intrusumque ad separandam a carne, nomen duxit a *σπαθίον*, quia esset gladioli instar latum. Certe Paul. Aeginet. De re med. fol. 81. *verso* edit. Ald. integrum caput habet *Περὶ ὑποσπαθισμοῦ*, qua ratione cutis a carne, inserto instrumento *ὑποσπαθιστήρι*, disiungi possit. Quapropter *σπαθιστήρα* apud Epiph. minime immutandum, verbaque eius non ut in Petavii versione existimo reddenda, *eoque, quem spathisterem vocant, glandis cuticulam attrahentes*: sed, *per spathisterem quem vocant, membrorum cuticulam resolventes*. Est enim is secundus modus tegendae glandis, si nuda est, relatus a Paul. Aegin. cap. LIII. fol. 89. *recto*: cutem a glandis radice instrumento separandam, deinde detrahendam atque deligandam esse, linteolo inter cutem et colem interposito. Tametsi fol. 89. *verso* A. operam eam raro usuvenire ait, quod cutis penuria in partibus illis non asserat *ροσαύτην ἀπρέπειαν, ὡς ταύτης μᾶλλον τινα τὴν διὰ τῆς χειρουργίας ἐρεῖσθαι βάλανον*. Ubi Guinterius non animadverto mendo vertit 31. D. *ut eo magis glandem aliquam ex chirurgia deligas*. Sed omnino scribendum, *ἀρεῖσθαι βάσανον, quod non ita decorē vitiet, ut huius chirurgiae cruciatum subire quis velit*: ut recte vidit Cornar. Dolabellis 57. A.

*Ibid. lin. 7. ὃ καὶ Δρίστραν κικλήσκων εἰώθεισαν*] Codex, ut notavi in ora, *Δρηστραν (sic)*. Cedren. edit. *Δρίστρα* II. 674. B. D. Codd. Cedr. et Scyl., quos quidem vidi, satis constanter *Δρίστα*, absque ρ, quemadmodum Cod. Leonis 83. A. De Dristra vide Schloezer. ad *Nestor, Russische Annalen* etc. V. 131. C.

*Pag. 141. lin. 18. δεξιώσεις ἐστιάσεων*] Verti, *epularum communicatione*: sed notandum, vocem *δεξιώσεις*, etiam nulla P. 243 alia adiecta, apud scriptores certe quarti saeculi et deinceps, saepe *epulas* valere. Exempla complura vel in uno S. Ioanne Chrysostomo Orat. I. in Epist. ad Philippens. expositis verbis D. Lucae xiv. 12. *cum facis convivium, voca pauperes*, pergit IV. 9. 40. *οὐ γὰρ ἀπλῶς δεῖ τὰς τοιαύτας δεξιώσεις ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πεινώσιν, ἀλλὰ τοῖς διψῶσι, κ. τ. λ.* In S. Pentecost. et quare mirac. nunc non fiant V. 604. 34. *εἴτε φιλοτησίαι καὶ δεξιώσεις*. Adde loca In proph. Eliam V. 675. 3. In caec. quem Christ. san. V. 734. 28. In Mesopentecost. VII. 375. 10.

---

 IN LIBRUM IX.

*Pag. 142. lin. 4. διασκηνισάμενος*] Verbum *διασκηνίζομαι* P. 244 non est in Lexicis: nisi mavis legere *διασκηνησάμενος*, a *διασκηνέω*. Cod. tamen iterum *διασκηνίσατο* 106. B.

*Pag. 143. lin. 6. ἐγγρηπτούσιν*] Fortasse, *in fossam irruentes*. *Ἐγγρηπτεῖ, ἐμπηδῶ* Greg. Corinth. De dial. 565. A. Supra 15. B. *ἐγγρημφθέντος* verti *insinuato*, retenta classica signi-  
Leo Diaconus.

fications, quae apes, cum aculeum figunt, κέντρον ἐγγράμπτειν seu absolute ἐγγράμπτειν dicuntur. Vide Ruhnk. ad Tim. 75. B. Sumsit Leo ex Agathia 23. C. aut 41. A.

*Ibid.* lin. 16. τότε πρώτως φανέντες] Inde hausit Cedr. quae habet de eodem praelio II. 676. A. τότε πρώτον φανέντες ἔρικποι κ. τ. λ.

*Pag.* 144. lin. 8. τὰ ἐαυτῶν συναγαγόντες ἀνάτια] De mō-  
B noxyliis Russorum Constant. Porphyrog. De administ. imp. 59. B.  
— 61. F. et Bandur. ad h. l. 36. C. Magnifice Claudianus In IV.  
Consulat. Honorii v. 623. sqq.:

*Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi  
In lintres fregere nemus: ter mille ruebant  
Per fluvium plenae cuneis immanibus alni.*

*Pag.* 145. lin. 11. ἐπὶ τὴν κατὰ Λέσβον Μήθυμναν] Haec sic redduntur in versione Combefis. apud *Pag.* IV. 28. D: *Leo Curopalata, Nicephori Imp. frater, Methymna, quae Lesbi insula est* [l. *Methymnae, quae Lesbi insulae urbs est*] — ad rebellionem animum advertit.

*Ibid.* lin. 21. ὁ Πηλαμὺς κέκληται] Cedr. II. 677. D. κατὰ τὸ προάστειον, ὃ κατονομάζουσι Πηλαμύδιον. Scyl. ma. habet Πηλαμύδα.

*Pag.* 146. lin. 8. ἐφ' ἐστίας] *Verti domi*, ut 19. C. Item ἐστία pro domo 21. A. 91. A. 103. B. D. 106. D. 109. A. D. Praevit Agathias 90. D.

C *Pag.* 147. lin. 9. ὄσον οὐπω βούλεται τυραννεῖν] Verba ὄσον οὐπω, *iamiam, illico*, quibus nihil potest esse frequentius, vel apud Agathiam 80. A. 93. D. 100. B. 164. A. mirere saepius ab interpretibus non esse intellecta. Velut apud S. Theodoretum Encom. in S. Ioann. Bapt. V. 23. D. ἐπεὶ ἐμελλεν ὄσον οὐπω καὶ παρθένος τεκεῖν· vertit Garnerius, *cum virgo paritura esset filium, quantus alias nemo esset: sensus est, cum, licet virgo, tamen mox esset paritura*. Neque melius vocem synonymam ὄσον οὐδέπω apud S. Athanas. Histor. Arian. I. 363. A. προσδοκῶντες ὄσον οὐδέπω μένειν — γυμνοί· Montefalconius: *expectantque se — tantum non nudatos fore*. Vertendum, *sese iamiam nud. f.* Porro in Origene Exhort. ad martyr. ὄσον οὐδέπω πρόσωπον πρὸς πρόσωπον εἶσεσθε, Wetstenius 174. C. *quantum antea nunquam, tunc facie ad faciem videbitis*: Carolus Delarue I 282. D. *cognoscetis quantum non cognostis unquam, f. nempē ad f.* Reddendum, *iamiam videbitis eum f. ad f.* Et paulo post sic D Origenes: ὑπὸ Θεοῦ, τοῦ ὄσον οὐδέπω τὸν Ἀντιόχον — βασανισοντος. Wetsten. 186. C. *a Deo qui aliquando, plus quam unquam, ipsum Antiochum — torsurus sit*. Delarue 289. E. *qui insolito more. Verte, qui mox — sit torsurus*. Similiter via locutionis οὐδὲ ὄσον fugit Montefalc. in S. Athanas. In illud,

*Nunc anima mea turbata est*; II. 1286. A. οὐδὲ ὄσον δαλάσας τὴν χεῖρα τὴν ἡνιοχοῦσαν. *Nec quantum est ipsam manum, quae regit, inflectere.* Traduc, *ne tantillum quidem manum quae r. inflectere*: id enim valere voces οὐδὲ ὄσον vel tironibus nunc notum est.

*Ibid. ead. lin. τῷ ἀθρόω τῆς ἀγγελίας*] Habet passim significationes difficiles neutrum ἀθρόον. Velut in loco Hermogenis ab Ernestio Lexic. rhetor. non illustrato, De inventione 94. B. ubi exponitur, tertiam rationem exordii per hypodiagesim inveniendi illam esse quae appelletur τὸ ἀθρόον πρὸς τὸ μέλλον ἐποδιαίρεσις. Deinde paucis interiectis: *Λεῖ δὲ τὸ τοῦ ἀθρόον πρὸς τὸ μέλλον ποιεῖν τότε, ὅταν ἢ τὸ μηδεπώποτε γεγονὸς τοῦτο συμβῶν μὴ παθεῖν πάλιν φηλατιώμεθα, ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ πράττηται πολλάκις.* Quae in vulgatis pessime versa sunt sic: *Ea quae vocatur divisio temporis continuati.* Et postea: *Oportet igitur in continuatione temporis separare tempus futurum, ut cavēamus ne patiamur iterum unquam tale quid, praesertim si illud saepius fuerit* P. 245 *commissum.* Vides interpretem confundere casus duos distinctos. Sensus est: *quae voc. subdivisio temporis confertim (collective) spectati, relative ad futurum.* Et deinde: *Oportet autem adhibere hanc exordii formam, temporis collective summi relative ad futurum, quando vel aliquid contigit quod nunquam contigerat, idque praecavere volumus, ne rursus accidat, vel quando hoc idem saepius contingit.* Vide quae sequuntur 164. A. de subdivisione ἀθρόον εἰς λεπτόν. Quam quaestionem aliasque similes complures explicare conabor in editione Hermogenis, ubi cum nova versione et commentariis mss. luceque dignissimis in Bibliotheca Regia asservatis vulgavero. Alibi ἀθρόον notum est habere vim adverbii *subito, repente.* Leo noster 108. B. et 110. A. Agathias Histor. 23. D. 24. C. 25. B. D. 26. B. 27. A. 34. C. 37. C. 38. B. 41. B. 42. A. 50. C. 53. D. 57. A. 58. D. 70. D. 76. B. 79. C. 80. A. 82. A. 94. A. 98. C. 99. B. 101. C. 102. C. 103. A. 104. A. 111. D. 112. A. 113. B. 114. C. 124. B. 127. A. B. 129. B. 136. A. 140. B. 145. A. 148. D. 151. D. 154. A. 162. D. 164. A. 169. A. 171. B. S. Ioannes Chrysostomus Oratione VII. ad Corinth. III. 288. i. Homilia XXXI. in S. Matth. I. 357. C. (ubi interpres Latinus vim eius non expressit). Heliodor. Aethiop. 402. B. Ideo corrigendus Ioannes Philoponus De mundi creat. 238. B. de hominibus incredibili celeritate cogitationem a re ad rem rapientibus, *ἐν ἐαντοῖς ἔχοντες τὸν νοῦν τὸν οἰκίον ἀθρόον, ἀλλαγθέν ἀλλαγοῦ μεθιστάμεθα.* Balthasar Corderius: *propriam mentem in nobis ipsis collectam obtinentes, aliunde alio transferimus.* Sed virgula, quae post ἀθρόον est, praeposenda, et vertendum sic: *pr. mentem in nobis habentes, puncto temporis aliunde alio transferimus.* Quo eodem sensu ἀθρόον a Philopono usurpatur alibi, velut 279. A. et C. .

*Ibid. lin. 19.* πρὸς τὴν λεγομένην Καλώνυμον νῆσον] Cedrenus II. 678. A. in Proten insulam ait.

*Ibid. ead. lin. περιουζουσι]* Verti *deportant*: nam δ περιουζουσι respondet *deportationi* Latinorum, quae ipsa cum ab exilio tum a relegatione differt. Vide Michaëlem Attaliatam Synopra. Iuris Graecorum. II. 4. D. Multo graviter, ut hoc utar, lapsus est interpres Simeonis Metaphrastae Vita S. Athanasii I. clj. B. καὶ τοῦτον [Meletium episcop.] οἱ τῆς Ἀρείου αἰρέσεως περιουζουσι, reddens, *illum etiam haeretici Ariani circumvenere*. Vertendum, *deportatione damnandum curant*: nam Meletium Antiochiae episcopum deportatum fuisse instantibus Arianis dicimus ex anonymo scriptore Vitae S. Athanasii cxxii. C. et ex Photii Biblioth. 1446. A.

*Pag. 148. lin. 13.* ἐτύγγανον γὰρ κατακόρως ἀηλιμμένα χρυσῶ] Dicas inde Cinnamum in Historia sumsisse de armatura Ioannis Comneni 63. A. χρυσῶ γὰρ κατακόρως ἀηλιμμένο πᾶσα.

*Ibid. lin. 18.* κρειουργήσαντες] Quod ipsum verbum inde mutuatus est Cedrenus in narratione eiusdem rei II. 678. C.

*Pag. 149. lin. 5.* καὶ τοῦ τῶν Κρητῶν υἱὸς ἀρχηγῶ] Inde Demenda Cedren. II. 678. D. Ἀναιμάς, ὁ τῶν Κρητῶν τοῦ βασιλείου υἱὸς Κουρουπᾶ. Xylandro in versione similiter lapsus, nec animadvertente, βασιλέως scribendum esse. Scylitza ms. (in iis certe Codd. quos inspexi: nam Goari exemplaria videntur aliud quid habuisse) item: Ἀναιμάς [sic], ὁ τῶν Κρητῶν τοῦ βασιλέως υἱὸς Κουρουπᾶ. Sequentia de certamine singulari iuter Aneman et Icmorem paene ad verbum ex Leone excerpit Scylitzes, ex Scylitza Cedrenus.

*Ibid. lin. 20.* πλειστοὺς τῶν αἰχμαλώτων — ἐναποσφάξαντες] Apud Bulgaros, Leone Armenio imperante, similia memorat sacrificia Anonymus Narrat. chronograph. post Theophan. 431. D.

*Ibid. lin. 24.* Ἑλληνικοῖς ὄργλοις κατόχους ὄντας] Ad haec Russorum sacra, ab religione Christiana aliena, pertinere videtur exordium illud narrationis ms. ἀνεπιγράφου, quam reperi in Codice saeculi undecimi: Ἐν ταῖς ἡμέραις Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν βασιλέων ἀρχῶν τις ἐν Πελοποννήσῳ ἠγόρασε παιδα, Σκύθην τῷ γένει· καὶ τοῦτον παρέδωκε τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ Ιερουργῶντι ἐν τῷ εὐκκλησίῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, τοῦ παιδεύειν αὐτὸν, καὶ διδάσκειν τὰ γράμματα. Ὡς δὲ ἐμάνθανεν ὁ παῖς, καὶ ἐξυπηρετεῖ τῷ πρεσβυτέρῳ ἐν ταῖς χρεῖαις αὐτοῦ. Καὶ γενόμενον ἑτῶν δώδεκα ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ Χριστιανοὶ εἰσιν οἱ Σκύθαι, ὅθεν ἄρρητο. Ὁ δὲ ἀπεκρίθη, οὐκ εἰσι Χριστιανοί, καὶ, ὡς νομίζω, καὶ ἐγὼ ἀβάπτιστός εἰμι. Hoc est: *In diebus Leonis et Alexandri Imp. (anno 886 — 911.) praefectus in Peloponneso emit servum, Scytham natione: hunc tradidit presbytero, in oratorio aedium suarum sacra facienti, ut erudiret*

*eum, doceretque litteras. Puer dum instituebatur, item presbyteri utilitatibus inserviebat. Ita cum annos haberet duodecim, quaesivit de illo herus, num Christiani essent Scythae, unde erat ortus. Ille negavit esse, neque ego, ut opinor, inquit, geniali aqua madefactus sum. — Missa facio subsequencia de conversione Scythae illius, aliorumque popularium eius.*

*Pag. 150. lin. 4. Ἀρβιανὸς γὰρ φησιν ἐν τῷ Περιπλῶ] De hoc Scythico Achillis ortu nihil Arrianus, in iis certe, quae de religionibus templi Achillei in Leuce insula copiose tradit Peripl. Pont. 133. A. — 135. B.*

*Pag. 151. lin. 12. Οἴχεται τὸ κλέος] Praeivit Agathias 81. B. D. Οἴχεται. δὲ φροῦδον τὸ παλαιὸν τῶν Κόλχων ἀξίωμα κ. τ. λ.*

*Ibid. lin. 24. ὠθεῖν τε κατὰ τῶν σπλάγγων τὰ ξίφη] A verbo ὠθεῖν compositum προωθεῖν, ut obiter moneam, restituendum est Heroni Spiritibus 187. D. ὅπον ἐπιστραφομένου [I. ἐπιστραφομένου] αὐτοῦ προσωθῆται τὸ ἐλλύχνιον. Scribe, πρόσω ὠθηται, sive προωθῆται, ut iam est 188. A. ὥστε προωθεῖσθαι τὸ ἐλλύχνιον. Item initio capitis ibid. C: Ἀύχνον κατασκευάσαι ἑαυτὸν προσμύσσοντα. Interpres: *Lucernam se ipsam consumentem construere.* Inepte. Legendum est, *προβύσσοντα*, i. e. *quae ipsa ellychnium suum promoveat, vel protrudat.* B et μ in Codd. saec. X. et deinceps saepissime confunduntur.*

*Pag. 152. lin. 8. φιλοψυχότατα] Verti laete: quasi εὐψυχότατα quod non dubitarem, voluisse Leonem ut eiusmodi sensu intelligeretur. Tametsi ea vis prorsus recedit a vocis φιλόψυχος significatione recepta, quae est duplex: altera in vulgus nota, *nimum vitae cupidus, ignavus*: altera ex imitatione loci Sapient. Salom. xi. 26. quando est Servatoris Deive epitheton apud Patres, *animarum amans*, hoc est, *saluti earum consulens.* S. Antioch. De non concupiscendo I. 1140. E. ὁ δὲ φιλόψυχος Κύριός φησιν. De poenitent. 1144. A. ὁ φιλάνθρωπος, ὁ φιλόψυχος, ὁ οἰκτιρῶν. De filior. adoptione 1241. A. δέσποτα φιλάνθρωπε, φιλόπτωχε, φιλόστοργε, φιλόψυχε. S. Dorotheus De institut. frat. in monaster. I. 847. C. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος. Eodem sensu usurpant Zacharias Hierosolymitanus Epistola ad suae plebis reliquias 314. C. S. Nilus De octo vit. 208. B. aliique multi. Phrasin Leonia Cedrenus imitatus est II. 680. A.*

*Ibid. lin. 22. τὸν ἵππον παρεξέλασας] Παρεξελάνειν, quo vocabulo carent Lexica, apud Leonem significare videtur *cum equo prorumpo ex acie.* Tamen 92. B. τῆδε κἀκεῖσε παρεξέλασας denotare videtur *huc illuc obvertere equum*: et certe ita bis accepit Cedrenus: II. 679. A. τὸν ἵππον τῆδε κἀκεῖσε παρακινήσας (Xylander: *equum hac illac torquens*) et 681. B. de Anema, D loci nostri circumlocutione, τῆδε κἀκεῖσε τὸν ἵππον μετακινήσας. Apud Plutarchum Quomodo adolesc. poetas audire debeat 15. D.*

ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελάνειν, sensu prorsus diverso vertendum *praetervehi*. De vocc. ἐπεξέλασις et ὑπεξέλασις dixi supra 199. C.

*Pag. 153. lin. 11. προτροπάδην ὑπενόστου*] In hoc vel in proxime praecedenti praelio Romanos iussu Imp. planitiem versus recessisse Cedrenus auctor est II. 680. B. Ὑbi legendum, εἶκειν εἰς τοῦπίσω, non ἦκειν ε. τ. quod habet cusum. Item C. lin. 2. Codd. fide scribe εἰκοντας, non ἦκοντας. Προτροπάδην vox est Agathiae 34. A.

*Ibid. lin. 22. λέγεται δὲ*] Haec usque ad D. τῶν ὀφθαλμῶν Combesisius vertit ap. Pag. IV. 32, qui ultima mire sic habet: *et in eum modum equum ex virginis oculis evolasse*, credo quod legeret in Graeco: καὶ οὕτω τὸν ἵππον ἀποπέησαι. In Codice manifesto est ὕπνον.

*Pag. 155. lin. 7. ἔξαιμος γεγωνῶς καὶ καταβελῆς*] Vide supra 5. B.

*Ibid. lin. 21. ἐπὶ τῷ*] Fortasse ἐφ' ᾧ, quod habet hoc sensu et ipse Leo 37. B. et Agathias 11. A. 65. D. 142. A. tametsi ἐπὶ τῷ Graece aequè dici posse constat. Vide Viger. De idiotism. edit. Hermann. 619. C.

*Pag. 156. lin. 11. ἐν τῶν ἐξήκοντα χιλιάδων*] Nota in Codice et hic et supra 47. C. χιλιάδων scribi, item 7. C. μυριάδων, non sine aliqua auctoritate Codd. mss. Nam in editionibus quidem P. 247 ubique παροξεντόνως legitur genitivus pluralis harum vocc.: *μυριάδων* Plutarchus Lucullo 519. E. Cicerone 864. D. 883. B. Galba 1060. E. Philo De agricult. 149. G. χιλιάδων Nicetas Paphlago In S. Andream Apost. 142. A. Ioannes Cyparissiota Transgressionibus palamiticis 25. C. sed in his ipsis locis Codd. quos inspexi, mire variant. Ita videant, qui interiores scrutantur et reconditas Graecas litteras, quid de accentu harum vocum in genitivo plurali statuendum sit: nam quantum sunt tenui auctoritate Codd. (vix antiquissimos excipio) ubi scriptiones per ε, ε, η, οι, υ in dubium vocantur, tantum pondus habent, si de genuina accentuum sede consulas. Voces *μυρῖαι μυριάδες*, frequentissime in hymnis sacris Graecorum, velut Liturgia S. Gregorii Alexandrina 100. A. Liturgia D. Marci 153. B. alibique passim, cum ab Euseb. Renaudoto, tum ab Ioanne a S. Andrea aliisque, modo redduntur *decies mille millena*, modo, ut Liturg. D. Marci 154. A. *decies millies centena millia*. Scribe ubique, *decies millies dena millia*: nam *μυρῖαι μυριάδες* conficiunt centum, ut vulgo loquimur, milliones. Mendo haud absimili apud Continuat. Constant. Porphy. 37. B. *χιλιάδες δέκα* redditur *duodecim millium*: quo mendo versionis Latinae Le Beau, ut semper, *Histoire* etc. XIV. 374. C. in errorem inductus est. Obiter addamus Lexicis voces tres compositas cum *χίλιος*, undecim cum *μύριος*, nondum, ut mihi statuo, notatas: 1.) *Μυριάσθρακος*, in-

*numerorum hominum.* S. Gregorius Nyss. Crat. de Meletio episc. II. 1026. C. *καταπαυκνωθέντες ὁ μυριάναθρώπος δῆμος.* Valet idem quod *μυριανδρος.* 2.) *Μυριοκέφαλος, innumerus capitibus.* S. Ioannes Climacus Scala Parad. 253. A. *τὸν παρόντα μυριοκέφαλον δαίμονα φιλαργυρίας.* Usitatius vocabulum *πολυκέφαλος* habent Lexica. 3.) *Μύριομακάριστος, infinite beatus.* S. Nilus Epistola cclvi. ad Timotheum 246. B. *Μύριομακάριστοι μὲν ὑπάρχομεν, ὅταν.* — Substantivum occurrit apud S. Ioannem Chrysostomum Orat. V. in Epist. S. Pauli ad Rom. II. 35. 26. C *ἡ μυριομακαριότης, ἣν οὐ λόγος παραστήσαι δύναται.* 4.) *Μυριονταπλάσιος, decies mille modis plus, infinite multiplicatus,* quasi dicas *decumilliplex:* pro quo *μυριοπλάσιος* Attici. Apud ἅ. Epiphani. Adversus haeres. I. 739. C. *κἄν τε μυριανταπλάσιον ἐάνω εἴη ὄνομα ἔχον·* et 815. B. *ὁ γὰρ Θεὸς ἐπέκεινα μυριανταπλάσιον παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ ἔτι περιτότερον, ἐστὶν ἀκατάληπτος,* per duplex α scribitur. Quod esse perperam, cum aliae eaeque iam vulgatae voces ostendunt *μυριοντάκις, μυριοντάρχης,* tum forma adverbii ab ipso S. Epiphanio usurpati, Ancorat. II. 12. λ. *μυριονταπλάσιως περὶ [1. παρὰ] τὸν ἡμέτερον νοῦν δεδόξαστα.* Et in eodem, 51. C. *ἀπειρώς καὶ μυριονταπλάσιως.* Accedit Georgius Alexandriae episcopus Vita S. Chrysost. VIII. 196. 2. *ὄντως μυριονταπλάσιονα ἀποτίσει σοι αὐτά.* Qua in forma terminationem *ων* Georgius a S. Ioannē Chrysostomo esse mutatus, qui idiectivo *μυριοπλάσιων,* Lexicis ignoto illo quoque, passim utitur. Velut Oratione xi. in Acta App. IV. 674. 29. *μυριοπλάσιων ἢ τοῦ Θεοῦ χάρις·* alibi quoque saepe. 5.) *Μυριοπαθής, innumerablebus passionibus obnoxius.* S. Basilius In Hexaem. II. 237. A. *οὕτως ἀσυμφώνως πάλιν μυριοπαθεῖς ἡμᾶς ποιήσας.* 6.) *Μυριόπλευτος, varius, variegatus,* legitur, si lectio certa, in Oratione S. Ioanni Chrysost. a scripta, In illud, Si filius Dei es, proice te ipsa, deors. etc. VII. 305. 19. *τὰς μυριοπλάστους ταύτας ἐν αὐτῷ βασιλείας.* Sed vereor, ne id vocabulum atque adeo totus locus corrupta sint. 7.) *Μυριοπρόσωπον εἶδος, variegata species,* vidi apud Ioannem Monach. De poenitentia 106. D. ad calcem libri De poenitentia ab Ioann. Marino Parisiis 1651. fol. editi. 8.) *Μυριόσταχυς, mille spicas fundens.* Georgius Pisida De mundi opificio 48. C:

*τὸν ὡσπερ ἐν τάφῳ*

*ᾠθαρέντα κόκκον μυριόσταχυν φέρει.*

9.) *Μυριόστομος, innumerus oribus praeditus,* apud eundem, *ibid.* P. 248 46. A:

*Πικρὴν φάλαγγα, μυριόστομον ἔλιφος.*

10.) *Μυριότης, infinitas, multitudo innumerable,* Schneiderus vir immortalis Lexico 97. D. corruptam lectionem esse ait. Ac sane in scriptoribus vere Graecis aegre invenias. Apud Hellenistas occurrit, velut in Sapia Salomonis xii. 22. 11.) *Μυ-*

ριότροπος, *multis atque adeo infinitis modis*, adiectivum S. Gregorio Nysseno familiare. Homilia viii. in Ecclesiast. I. 460. B. πῶς μυριότροπός ἐστι κατὰ τῆς σῆς πόλεως ἢ τοῦ ἀντικειμένου στρατηγία. Contra fatum 910. D. ἐν ταῖς μυριοτρόποις τῶν ἄστρον ἐπιπλοκαῖς. Adverbium *μυριοτρόπως* apud eundem Contra Eunom. II. 43. A. et 69. C. Voces cum verbo *χιλιος* compositas necdum in Lexica receptas tres animadvertisse mihi visus sum, B quae sunt eiusmodi: 1.) *Χιλιονταετής*, i. q. *χιλιέτης* s. *χιλιετής*, qui mille annorum est. S. Iustinus Martyr Apolog. pro Christ. 57. B. αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περιόδον. 2.) *Χιλιονταετηρίς*, *spatium mille annorum*, *curriculum millenarium*. S. Epiphanius Advers. haer. 1031. A. χιλιονταετηρίδα τινὰ ἐπιτελοῦμεν. B. γέγραπται περὶ τῆς χιλιονταετηρίδος ταύτης. Item 1032. B. et S. Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphone 307. B. 3.) *Χιλιονταετία* idem quod praecedens. Caii Adversus Proclum, apud Euseb. Hist. Eccl. 100. A. ἀριθμὸν χιλιονταετίας. Vocem *χιλιόμβη*, *sacrificium e mille animalibus*, iam habent alia Lexica. Summus vir Schneiderus attulit auctoritatem Iuliani Orat. ad Heraclium Cynic. I. 314. A. Uturur praeterea S. Gregorius Nyssenus In Cant. Cant. I. 475. C. ubi scribitur *χιλιόμβη*, *perperam*, *opinor*.) Anonymus Vita S. Iann. Chrys. VIII. 333. 18. S. Nilus De octo vitiosis cogitat, 49. B nonnullique alii aetate inferiores.

C Pag. 157. lin. 8. Ἐσθῆς τούτῳ λευκῇ, οὐδέν τι τῶν ἑτέρων ὑπαλλάττουσα ἢ καθαρότητι] Inde emenda Priscum de Attila Hist. Goth. 67. A. ad quam Leonem respexisse dicas: *ιτῆ δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἐσθῆς ἐτύγγανεν οὐσα, μηδέν τῶν ἄλλων, πῆν τοῦ καθαρὰ εἶναι, διαφυλάττουσα.* Ubi legendum *διαλλάττουσα.*

*Ibid.* lin. 21. Ἰωάννης δὲ] Haec usque ad pag. 158. lin. 25. *παρεσκευάσε* Combefisius vertit apud Pag. IV. 33.

Pag. 158. lin. 13. ὑποθεῖς, *substratis*] Combefisius *subtractis*, mendo opinor operarum.

*Ibid.* lin. 20. τοῖς τε τῶν δαφνῶν κλάδοις] Cedrenus ipsum populum coronatum Imperatori obviam processisse auctor est II. 682. C. *ὑπεδέξαντο στεφανηφοροῦντες.* Sic enim legendum, Codd. quoque consentientibus, non *στεφανηφοροῦντα.*

*Ibid.* lin. 24. τὰ τῆς βασιλείας — παράσημα] Agathias 32. D.

## IN LIBRUM X.

P. 249 Pag. 160: lin. 1. Θεστίας δὲ ὄρας ἐνισταμένης] Complectitur is liber gesta annorum 973. et 974: nam silet Leo de initibus belli, obsidioneque Amidæ a. 972. a Temelico Melahi, ut Armeni scribunt, suscepta, de qua v. *Détails de la première expédition des Chrétiens dans la Palestine, traduits de l'arménien*



français par F. Martin, in *Magasin Encyclopédique*, Septembre 1811. Cum aunalib. Armeniis egregie consentit Abulpharajius Hist. Dynast. 315. B. qui Romanos ab ipso Domestico ductos, Domesticumque captum esse scribit. Ad annum sequentem 973. pertinent expeditio Mesopotamia Tzimiscae (Leo 99. C.) Basiliique Patriarchae depositio, de qua 100. D. ad annum 974. expeditio in Syriam, et cometae ortus (vide 104. A). Tzimisceam Constantinopoli obiisse die x. Januarii a. sequentis 975. ex Leone dilucide demonstrat Pagius Critic. IV. 37. A.

Pag. 162. lin. 2. χρυσόστικτοις ὑφάσμασιν] Χρυσόστικτος B non est in Lexicis: Leo fortasse habet ex S. Clemente Alexandr. Paedag. 160. B. χρυσόστικτοί τε καὶ χελώνης [f. χελώναις] πεποι- κιλμένοι κολίτης κλισιάδες. Χρυσόστιγής, aequè Lexicis ignotum, legitur apud S. Epiph. De duodecim gemm. II. 227. C.

Ibid. lin. 24. μήτε ὕδωρ βλυστάνουσα] Verbum βλυστάνω, in Lexicis item praetermissum, occurrit in S. Ioannis Chrysost. (cui certe vulgo tribuitur) Orat. iv. De ieiun. VI. 935. 28. phrasi, unde fortasse Leo sumsit: Αἱ τῶν ὑδάτων πηγαί, ἀντιλούμεναι, καθαρώτερον τὸ ὕδωρ βλυστάνουσιν. Nam perperam legere nonnulli volunt βλύζουσιν. Item Orat. in turtur. VII. 266. 14. ἐν μέσῳ τῆς καρδίας βλυστάνων φιλόχριστα νάματα. Inveni praeterea substantivum peraeque Lexicis ignotum, ἡ βλύσις τῆς ζωῆς, fons vitae, in Theophylacti Bulgariae archiepisc. Comment. inedito in Psalm. ad verba, παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, Psalm xxxvi. 9. vel C (alii enim aliter numerant) xxxv. 10. A verbo βλύζω deduci βλύδιον, ius, atque inde brodium Latinorum, Salmasius autumat ad Hist. Aug. 412. A. Ubi Leo βλυστάνω, ibi Agathias usurpat ἀναβλύζω, 126. B.

Pag. 163. lin. 9. Τηνικαῦτα καὶ] Quae sequuntur a Combesio versa sunt IV. 37.

Ibid. lin. 22. καὶ ταύτη μὴ ἀπεκδυόμενος] Sic cum dativo construit Leo, mire saue: accusativo iungunt S. Paulus Epistola ad Coloss. II. 15. III. 9. Iosephus Antiq. Iud. 204. D. S. Gregorius Nyss. De virginit. II. 583. D. S. Basilius Epist. lxxxii. ad Patrophilum II. 908. C. Origenes Homilia ix. in Ierem. 106. B. De vi et constructione verbi multa collegit vir reverendus Ioann. Fr. Schlessnerus Lexico in Nov. Test. I. 255. C.

Pag. 164. lin. 3. τὰς ἀναγωγὰς καὶ ἀναστροφὰς τῶν ἀνδρῶν] Si utcunque ἀναγωγή tueri velis, melius, opinor, fuisset vertere, in disciplinis et conversationibus: nam ἀναγωγή interdum pro disciplina sumi notum est, ἀναγωγεὺς pro eductor, sensu etiam physico, qui sursum tollit. Nihilominus malim legere τὰς ἀγωγὰς, rationibus, institutis: hoc enim valere ἀγωγή, scriptit. Christianis copiose docent apud Suicer. Thesaur. Eccles. I. 72. D. et Schlessner. Lex. in Nov. Test. I. 38. B. congesta exempla, quae facile esset augere infinite: confer quae erudite disputant de hac

voce Bouhier *Explication de quelques marbres antiques* etc. 36. et praecipue Wesselingius *Diatribes de Iudaeorum archontibus* ad inscript. Berenicensem 13. A. Eadem vox, ut unum locum e multis commemorem, occurrit Canonib. Concil. Quinisexti III. 1697. B. ὅπως τε τῇ ἐν τῷ μεταξὺ προνοεῖται ἀναστροφῇ. Vertit Gentianus Hervetus, *quomodo eius quae intercedit vitae rationis conversionisque curam gerat*. Praetulerim genitivum, τῆς ἀναστροφῆς, cum interpretatione hac: *quam providenter euret eam vivendi rationem, quae (inter admissum peccatum et actam poenitentiam) intercedit*. Eadem est significatio verbi ἀναστρέφεισθαι, *versari*. Quo sensu S. Ioann. Chrysost. Homil. LVIII. in S. Matth. I. 624. E. ait, ἀναστρεφόμενων αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ: nam idem paulo post 626. C. ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ διατριβόντων, *illis in Galilaea commorantibus*: quanquam illud alii aliter expo-

P. 250 suerunt. Nota praeterea significationem rariorem vocis ἀγωγή *vices*. S. Ioann. Chrysost. Homil. LXXXVI. in S. Matth. I. 889. C. καθ' ἐκάστην ἀγωγήν καὶ τρίτον καὶ τέταρτον ἔως φανεῖν ὁ ἀλεκτρυὼν, *quavis vice*. Et paulo post D. πρὶν ἢ γὰρ τὴν μίαν ἀγωγήν ἀπαρτίσαι τὸν ἀλεκτρυόνα, *antequam unam cantandi vicem gallus absolvisset*, ut vertit Anianus. Item Euthymius Zigabenus *Panoplia Dogmatica* 430. C. τρίτη ἀγωγή εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθόντα. Etenim non necesse arbitror, ut legamus in his locis ἀναγωγήν, quod caeteroqui saepe respondet *repetitioni* Latino. *Pag. 165. lin. 3. Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν*] Si pronomen τοῦτον demis, duo fere notat locutio κατὰ καιρὸν. Primo, quando, retenta in καιρὸς significatione *opportunitatis*, idem est quod ἐν καιρῷ, *tempestive, ex tempore*. Quo sensu adhibent, praesertim praefixa particula μὴ, Theophrastus *Hist. plant.* 98. C. ἐὰν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα — γένηται. De causis plantar. 273. D. τὰς μὴ κατὰ καιρὸν βλαστῆσεις. 339. A. ἀν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα — γένηται. 347. B. ἢ ἰσχυρότερα, ἢ μὴ κατὰ καιρὸν. C. ἐὰν δὴ τις Β μὴ κατὰ καιρὸν — χεῖρηται. aliique multi. Deinde, quando dicimus, ὁ κατὰ καιρὸν, v. c. στρατηγός, *qui tempore illo vel fuit, vel erit, praetor*. Nam usurpatur et de praeterito tempore, et de futuro. De praeterito a Cyrillo Scythopolitano *Vita S. Sabae III.* 303. C. οἱ κατὰ καιρὸν πρακτεῦνται [l. τρακτεῦνται. vid. Ducang. *Glossar.* sub h. v.] καὶ βινδίκεις τῶν κατὰ Παλαιστίνην δημοσίων — ἠναγκάσθησαν π. τ. λ. *qui pro tempore exactores et vindices fuerunt publicorum Palaestinae tributorum*. De futuro Sultanus Aegypti *Epist. apud Cantacuzen. III. Hist.* 757. D. οἱ κατὰ καιροὺς ἐχόμενοι [l. ἐρχόμενοι] εἰς τὴν προσκύννησιν τὴν ἀγίας ἀναστάσεως, De praeterito simul et futuro *Epist. Gregorii Papae ad Leonem Isaur. Imp. Act. Conc. IV.* 11: C. οἱ ἀρχιερεῖς, οἳ κατὰ καιρὸν ἐν Ρώμῃ διὰ τὴν εἰρήνην καθέζονται. ubi mendum corrigendum in versione Latina. Quem locutionis κατὰ καιρὸν sensum, in inscriptionibus Latinis quoque saepe obvium, ubi

dicitur, qui per tempora fuerint (vid. Inscriptt. antiq. Basilicae S. Pauli Tab. xviii. A.), sed hunc sensum minus bene percepisse Kusterum arbitror Suid. I. 16. C. ubi haec de Agathia, ὧν [f. ὄν] αὐτός συνήξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρῶν ποιητῶν, sic reddit: quae ipse ex recentioribus poetis collegit. Malim, quae ipse collegit ex poetis, qui singulis aetatibus, sive temporibus, floruerunt. Neque felicius Montefalconius apud Cosmam Indicopleust. Topographia Christian. II. 293. haec de Deo: ὅστις καὶ νόμους ἡμῖν δέδωκε, κατὰ καιροὺς ὀπιτανόμενος, πρὸς βοήθειαν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, qui quodam tempore visus, ad infirmitatis nostrae auxilium leges nobis tradidit: sensus est, qui variis temporibus apparens leges nobis dedit ad nostrae infirmitatis auxilium: id quod Cosmas ait 294. A. κατὰ καιρῶν ὀπιτανόμενος, πρὸς τὰς παρακειμένης χρείας: ubi recte interpres: vario tempore pro instantibus necessitatibus visus. In Concilio Trullano quoque seu Quinisexto III. 1647. D. τοὺς ἐκ Πρώμης κατὰ καιροὺς ἀποσταλέντας, vetus versio omnino non illum expressit sensum. D

*Ibid. ead. lin. δίδυμοι ἄνδρες]* Simile fere monstrum Emmaunte in Palaestina exstitisse Theophanes auctor est Chronograph. 60. A. Alios portentosos partus, geminis in unum concretis, enumerant Leo Grammatic. Chronograph. 508. C. Zonaras II. 192. A. Michaël Glycas 301. D.

*Ibid. lin. 17. ἀθήεις τοῦ ἤρος ἀναλάμψαντος]* De hac expeditione Syriaca, a. 974. suscepta, vide ipsius Tzimiscae laureatas plenas rerum, ad Achod Schahin Armeniae regem datas, in *Détails de la prem. expéd. des Chrétiens dans la Palestine, traduites de l'arm. en français par F. Martin, in Magas. Encyclop. Septembr. 1811. p. 22 — 34.* operaeque pretium erit, singula capita epistolae cum narratione Leonis conferre.

*Ibid. lin. 20. προφητικῶς εἰπεῖν]* Quemadmodum προφηταί apud scriptores ecclesiasticos non solum sunt prophetae, sed etiam doctores quilibet rerum sacrarum (vide Suicer. Thes. Eccles. II. 872. A.), ita προφητικῶς εἰπεῖν vel προφητικῶς φάναι nonnunquam vertendum est, ut cum divinis doctoribus loquar, P. 251 loco ex S. Scriptura generatim, non ex propheta aliquo, allato. Gregorius Presbyter Vita S. Gregorii Nazianz. I. cxxx. C. τῶν προφητικῶν ἀξίους φωνῶν· subiuncto loco e Psalmo xlv. Anonymus Vita S. Bacchi iunioris 96. C. ἐλεξάμενοι, προφητικῶς εἰπεῖν, παραρρηπιεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον κ. τ. λ. qui locus item exstat in Psalm. lxxxiij. 11. Simeon Metaphrastes Vita S. Ignat. Antioch. 143. B. Καὶ ἐπάταξ· Κύριος τὸν λαόν, προφητικῶς εἰπεῖν, περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δικαίου· verba, ad quae alludit, sunt Exod. xxxij. 35. Item legitur προφητικῶς in Eusebio Contra Marcell. 43. A. 49. D. 82. A. apud aliosque complures, ubi verba, quae afferuntur, apud Prophetas proprie sic dictos non exstant. Interdum tamen intelliguntur ipsi prophetae. Velut apud Gre-

gorium Presbyt. Vita S. Gregorū Nazianz. I. cxliij. A. *προφητικῶς εἰπεῖν* alluditur ad Iesaiam xxx. 17. Vel Concilio Oecumen. septimo in refutatione definitionis Iconoclast. IV. 328. E. *προφητικῶς φάσαι, ἀναπέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστειλαν*. Ubi praeterea vertendum non, *ut propheticè fateamur*, quod dedit vetus interpres, non animadvertens esse locum Scripturae sacrae, sed: *ut prophetae* [Ezechielis xxii. 26.] *verbis utamur*.

*Ibid. lin. 21. Ἐνταῦθα φρουρῶν προσβάλλει*] Ista, usque ad verba *ἐκ βᾶθρων ἀνήγειρεν*, ante Bandur. Imperio Oriental. II. 481. B., apud quem *Συρῶ* legitur et *Μεμπενζέ*, iam Ducangius vulgaverat Nott. in Zonaræ Annal. II. 107. D. non sine minutis mendis, quae tamen tanti non sunt, ut sigillatim exagites. Ad hanc expeditionem Syriacam Tzimiscae, a. 974. susceptam, Elmacinus Hist. Sarac. 233. C. perperam refert expugnationem Antiochiae, factam a Burza a. 969: vide supra 49. D. et 221. A.

*Pag. 166. lin. 18. Ἐντεῦθεν ἀπάρας*] Haec usque ad finem capitis V, *ὧς μοι ἤδη δεδήλωται*, 103. D, et utraque lingua apud Bandurium II. 480. B. et Graece duntaxat in Ducangii Nott. in Zonar. II. 103. C. Sed ibi, ut alia minuta menda faceam, verba *τὴν εἰκόνα*, quae leguntur in hac ed. pag. 167. lin. 4. una cum linea 5. integra non sine aliquo perspicuitatis detrimento omissa sunt, opinor quod voces repetitae *παρὰ λιπεῖν* et *παρὰ λιπεῖν* Ducangii describentis oculos turbarent.

*Pag. 167. lin. 6. τὸν δὲ τῶν δημορῆσκων*] Ducangius *τῶν δὲ τῶν*, male.

*Ibid. lin. 7. πρὸς ἐνώπια*] Vocem Homericam *ἐνώπιον* (Iliad. Θ. 435. N. 261. Odyss. Δ. 42. X. 121. vide Heynium virum immortal. Obs. ad Iliad. v. 491. B.) non intellexit Banduri, sic vertens, *coniectis oculis in ea, quae a fronte sibi obiecta erant*.

*Ibid. lin. 8. ἀνατεθειμένην*] Ducangius *ἀνατεθειμένην* [sic].

*Ibid. lin. 19. ἀποτρέψασθαι*] Ducang. *ἀποτρέψασθαι*.

*Ibid. lin. 20. προσβολῇ*] Ducang. *προβολῇ*, et paulo post, D. lin. 3. *τοὺς δὲ δυσμενεῖς* item lin. 5. *εἰσπηδήσαι τε τῶν Ἑβραίων ἐστίν*. Quae sequuntur omittit, usque ad verba, *καὶ τ. μεγαλοπεπεῖς* quae item ex Codice restituenda.

D *Pag. 166. lin. 5. πολιορκεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς*] Dictio ex Agathia 50. A.

*Ibid. lin. 9. εὐχήμερον*] Occurrit *εὐχήμερος* hoc fere sensu apud Arist. De rep. II. 438. A. quantumquam vocem eam eicere inde volebat Muretus Variis lect. in Thesaur. crit. Gruter. II. 1125. B.

*Ibid. lin. 20. ἐφ' ὅλαις ἡμέραις ἐπεποίητο τὴν ἐπιτολὴν ὀγδοήκοντα*] Cedrenus II. 683. B. visum esse ait a mense Augusto ind. III. *ἕως Ὀκτωβρίου μηνὸς τῆς τετάρτης ἰνδίκτου*. Sic enim demonstrant Codd. legendum esse, non *ἕως ὀκτώ μηνῶν* x. τ. ζ. quod est in cuso.

*Pag. 170. lin. 4. κατὰ τὴν Παγκάλειαν παρατάξαι*] De

hac rebellione Bardae Scleri, quae fere ab obitu Tzimiscae a. 976. ad a. 981. perduravit (quo anno incipiunt Basilii Imp. expeditiones contra Bulgaros), vide Cedren. II. 692. D. Pagi Crit. ad Ann. Baron. IV. 38. A. et 45. A. Le Beau *Histoire du Bas - Emp.* XVI. 230. A.

*Pag. 171. lin. 3. ἡπέλεγτο κατὰ τῶν Μουσῶν*] De infelice hac expeditione Basilii contra Bulgaros a. 981. suscepta cf. Cedren. II. 695. B.

*Ibid. lin. 13. τῆ κακοπραγίᾳ τῶν στρατηγῶν*] Habet vox *κακοπραγία* apud Graecos significationes tres; quas cum neque Sui- P. 252  
cerus neque ullus alius, quod sciam, distinxerit, hic paulo copiosius expediam. Prima, de qua sola adhuc Lexicographi egerunt, est, *miseria, res adversae*, quo sensu boni scriptores multi vocem usurpaverunt: Iosephus Antiq. Iud. 43. C. 54. A. 103. C. 112. C. 460. F. De bello Iud. 743. D. 847. C. 856. D. 858. D. 975. C. Plutarchus Coriolan. 230. E. Lysandr. 434. D. Demetrio 914. B. M. Anton. 923. B. Eusebius Praepar. Evang. 386. D. Philistus apud S. Clement. Alex. Strom. 260. D. Artemidorus Onirocrit. 234. C. S. Basilii Epist. cclvii. ad Eusebium Samosatens. II. 1028. S. Gregorius Nyssen. Orat. contra fornicarios III. 262. A. S. Ioannes Chrys. Orat. xxx. de ascensione Domini VII. 331. 27. S. Isidorus Pelusiota lib. V. Epist. lxxix. 19. C. et, qui in primis ea voce delectatur, Philo De Cherubim 87. F. G. De sacrificiis Abelis et Caini 116. F. Quod deterius potiori insidiari soleat 140. G. De agricultura 154. E. 163. B. Quod Deus sit immutabilis 234. E. De confusione B. linguarum 251. D. De Abrahamo 281. E. 300. G. De migratione Abrahami 327. B. De congressu quaerendae eruditionis grat. 333. G. De Ioseph. 425. G. 431. E. 434. F. De somniis 450. G. De vita Mos. 524. D. De creatione principis 563. G. De decalogo 579. A. De specialibus legg. 619. B. De mercede meretricis non accipienda 668. C. De praemiis et poen. 714. A. De execratione 723. D. 725. G. In Flacc. 750. F. 760. C. 763. D. 765. C. G. 767. A. Altera significatione apud scriptores Christianos aut Iudaeos: *actio reprehendenda, peccatum*, idque modo generaliter, quod aiunt, modo speciatim. Iosephus Antiq. Iud. 14. A. ἐπὶ λανθανούσῃ κακοπραγίᾳ. S. Clemens Alexand. Strom. 738. A. πᾶσα μὲν οὖν ἢ διὰ τοῦ ἐπιστήμονος πράξις, εὐπραγία ἢ δὲ διὰ τοῦ ἀνεπιστήμονος, κακοπραγία. S. Gregentius Tephrensensis Disputat. cum Herbano Iudaeo 124. A. ὁ νοῦς καὶ ἡ καρδιά [nempe, *corrumpuntur*] ἐπὶ ἄλλοτριῶν κακαπραγιάων. Palladius Vita S. Ioann. Chrysost. 59. B. ἀναδιδάξαι τὰς αὐτοῦ κακοπραγίας. Speciatim videtur significare *peccatum interius*, hoc est, pravam operationem in mente nostra. Ita S. Marcus Eremita De baptismo I. 921. C. fieri non posse scribit, ut ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπραγίας prolixè confabulemur cum eo, quem ex intimo corde oderimus. Sumitur quoque pro corporum commixtionibus vetitis. S. Epiphanius Adversus

haeres. I. 98. B. τὰ αἰσχροῦ ἀποκαλύπτων τῶν τὰς κακοπραγίας ἐργαζομένων. Et 522. B. τὴν τῆς κακοπραγίας ἐργασίαν. Tertia significatio, qua Leo quoque utitur in loco nostro, est, *malignitas, pravitas*, ut iam non sit actus, sed habitus. Quo sensu videtur vox hellenistica. Legitur sic certe Sapientia Salomonis v. 24. καὶ ἡ κακοπραγία περιτρέψαι θρόνους δυναστῶν. Versio vulgata: *et malignitas evertet sedes potentium*. Artemidorus Oniocr. 239. A. θεῶν πανουργίαν ἢ κακοπραγίαν. Iosephus Antiq. Iud. 667. E. de Caio Caesare: σκαιὸς τε καὶ κακοπραγίας εἰς D τοῦ ἄκρον ἀφιγμένος. Vita S. Nili iunioris 104. C. πᾶσι κοινὸν τὸ τῆς κακοπραγίας ἀβούλευμα. Neque fere dubito quin ita intelligendus sit anonymus in Martyrio SS. Eustathii, Theopistes ac liberorum 24. B. qui S. Eustathium sic in precibus conquerentem facit: τὰ γὰρ ἄθλια νήπια εὐ οἶδα ὅτι διὰ τὴν ἐμὴν κακοπραγίαν [ob pravitatem meam] θηριάλωτα γεγόνασι. Combesianus minus bene, *quae mea est misera sors*.

Pag. 172. lin. 8. Τεκμήριον τοῦτο σαφές] Proposui in margine τούτου. Sed Leonem fortasse in errorem impulit studium imitandi Agathiam 48. D. et 133. C.

*Ibid.* lin. 10. ἀνθήμερόν] De prosodia huius vocis si quis quaerat, analogia videtur tueri in adverbio scripturam ἀνθήμερόν· sicque habent et Cod. noster et scriptores plerique (velut unus Plutarchus Poplic. 108. E. Fab. Max. 179. F. Paulo Aemil. 268. C. Aristid. 321. C. 331. E. Pyrrho 389. F. Agide et Cleom. 811. A. Dione 959. C. Stoicos absurdiora dicere quam poetas 1058. B. Leo grammat. De expugnat. Syrac. supra 180. A. item Thucydides, Aristophanes, Iosephus, Eusebius, Agathias, unde opinor P. 253 Leo sumsit 15. D. 42. B. 84. C. 100. D. 125. C. 169. C. 171. A. aliique prope innumeri) et Lexicographi maiore ex parte. Contra ἀνθήμερον S. Antiochus De iracund. I. 1065. B. De inobedientia 1088. C. Achmetes Oniocr. 112. D. (sed 275. A. ἀνθήμερόν). Eustathius Antiochenus De anima et contra Arianos, apud Eustratium Presbyterum De operatione animar. post mortem 499. A. Theodoros Studita De sancta cruce 290. B. Hedericus Lexico manual. (edit. certe a. 1767. 8.) 374. B. Apud LXX. interpretes, quando respondet hebraico כִּי־יָמִי, eo ipso die, acuitur, velut Proverb. XII. 17: quando valet כִּי־יָמִי, die suo, i. e. die pacta et constituta, ut Proverb. XII. 16, scribitur προπαροξυτόνως. Quem disparilem acuendi rationem secundum diversitatem significationis tum Clementem Alex. retinuisse video Strom. 397. B. tum multos eorum, quos memini: nec tamen omnes. Quapropter, quod temere fortasse evenit, ut stabile praeceptum Bobtrudere hic nolim.

*Ibid.* lin. 17. τὰ ἀντὶ διαφέροντα] Mirum, ut huius verbi vis fugerit interpretes caeteroquin non indoctos. Notum est Graeca dici διαφέρει μοι τοῦτο, hoc ad me pertinet. Inde accidit, ut,

quemadmodum senescente latinitate locutio, *res ad me pertinet*, synonyma facta est illi, *res mihi est propria* (unde verba barbara *appertinere* et *appartenire*), eodem modo apud Graecos sequioris aetatis τοῦτό μοι διαφέρει significet, *hoc meum est*. Apud Palladium Vita S. Ioannis Chrysost. 81. C. episcopus Imperatori dicit, ἡ γὰρ πόλις σοι διαφέρει, *civ. tibi est*, h. e. *tu es civitatis dominus*. S. Isidorus Pelusiota Epist. ccxci. ad Titianum, 104. C. τὸ οὗς τοῦ οἰκέτου ἀπέτεμε, τοῦ τῷ ἑρεῖ διαφέροντος, *qui ad sacerdotem attinebat*, vertit Iacobus Billius. Horapollō Hieroglyphicis 18. B. ἡ μονόκερος καὶ ἰδιόμορφος, ἦν Ἑρμῆ διαφέρειν ἐνόμισαν. Mercurus non male, *Mercurio sacrum esse*. Item bene interpres Concilii Oecum. sexti, III. 1297. B. ἐν ἐνὶ μιᾷ τῷ, διαφέροντι τῇ μονῇ Χρυσοπόλεως\* *in uno metato, iuris monasterii Christopholeos*: quanquam error sit in novissima voce. Contra pessime Godefridus Tilmannus in S. Antiocho Homil. LXVI. de veritate I. 1127. D. τὸ γὰρ ψεῦμα τῷ δυσμενεῖ διαφέρει, *mendacium hosti* [*hominum*], h. e. *Diabolo* *proprium est*, sic vertit: *nihil enim ab hoste humanae salutis differt mendacium*. Nec rectius vetustus interpres supplicationis clericorum et monachorum Antiochiae in Concilio Coptano sub Mena II. 1820. C. in phrasi, illi Leonis non absimili: τὰ διαφέροντα αὐτῇ [ecclesiae] σκοπεῖζων, *ea, quae ipsi Ecclesiae conferunt, dissipando*. Scribe, *bona eius*. Melius interpres assecutus sensum est Actione tertia Concilii eiusd. II. 1241. C. παρεγενόμεθα καὶ ἐν τῷ προστειῶ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ, *ivimus ad suburbanum, quod pertinet ipsi Petro*: nisi quod pronomen αὐτός, *ipse*, cum ὁ αὐτός, *idem*, male confuderit, Romanaeque aures *pertinere alicui* aegre ferre possint. Ita inferius quoque 1241. D. ἐν προστειοῖς διαφέρουσιν αὐτῷ τε Ἀνθίμῳ καὶ Πέτρῳ, *in suburbiis pertinentibus ipsi Anthimo et Petro*, scribere saltem oportebat *ad Anthimum et Petr.* Sed apud Stephanum Byzant. De uribus 78. B. νῆσος διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, *insula propria illustri patricio*, Berkelius tantum non ridicule vertit, *insula quaedam est eximia apud celeberrimum patricium*. Et in Theophylacto Bulgariae Archiepisc. Epist. xxvii. ad Michaël. Chalcedon. viii. 848. D. ἐνορία τίς ἐστι, τῇ καθ' ἡμῶν ἀρχιεπισκοπῇ διαφέρουσα\* interpres Latinus Vincentius Marinierus: *Est quidam loci terminus, a nostro archiepiscopatu diversus*. Verte, *n. archiepiscopatu proprius*. Item Epist. xxxiii. ad Ioannem Grammat. VIII. 864. C. χωρίον τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ διαφέρον, περὶ τὸν Βαρδάριον διακείμενον. Interpres, *locus a nostra ecclesia diversus*. Emenda ut supra, *l. eccl. nostrae proprius*. Possim, si liberet, pluribus exemplis lapsus eruditorum, huius quoque aetatis, in eadem voce patefacere. Ne longus fiam, illud duntaxat addam, primo, dici non alio sensu οἱ διαφέροντες, *nos proches, die Angehörigen, propinqui*. Artemidorus Onirocr.

149. A. συνέβη τοὺς πλείονας τῶν διαφερόντων τοῦ Θεασαμένου τὸ ὄναρ νοσῆσαι. Deinde, vetustum esse illum usum verbi δια-  
P. 254 φέρω, aut certe primis saeculis religionis nostrae non incog-  
nitum, testari inscriptiones duas a Jac. Gronovio relatas Memoria  
Cossoniana 144. B. Alteram No. xvi:

ΤΟΥΤΟ. ΤΟ. ΑΝΓΕΙΟΝ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ. ΑΥΤ. ΘΕΟΚΤΙΣΤΩ  
ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

*Hic locus est Aurelio Theoctisto, Marcelli F.*

Alteram *ibid.* No. xvii. in qua, voce penultima, legendum vi-  
detur ΑΥΤΟΥ:

ΑΥΤΗ. Η. ΣΟΡΟΣ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ. ΤΗΠΟΛΙΑ  
ΚΟΝΩ. ΚΑΙ. ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ. ΗΟΥ. ΠΑΛΛΑΔΙΑ.

*Haec arca est Polycarpo subdiacono, et uxori eius Palladiae.*

Inscriptionem secundam Christianam esse patet, priorem creden-  
dum est. Positas opinor saeculo secundo, aut tertio.

Pag. 174. *lin.* 17. γνωματεύων ὄτῳ τρόπῳ] Scripsi *medi-*  
*tans*: fortasse paulo magis ad sensum Leonis fuisset, *vertere hic*  
et 5. C. *explorans*: apud Agathiam certe γνωματεύω est hac no-  
Btione 25. C. γνωματεύοντας ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ βουλευόμενα τῶν πε-  
λεμίων. Apud eundem 20. D. et 119. C. vertitur *perpendens*:  
116. A. *pensitans*.

Pag. 175. *lin.* 10. τῆς Χερσῶνος ἄλωσιν] Haec est illa  
Chersonis a Wladimiro Magno occupatio, quam Nestor *Annal.*  
105. B. version. Scher. a. Christi 988. accidisse auctor est. Ad  
illustrandas res temporum illorum pertinent fortasse epistolaena  
dicam an commentarii fragmenta, servata in Cod. saec. x. exeuntia,  
S. Basillii, Phalaridis, S. Gregorii Nazianzeni epistolas varias  
continente. In hoc igitur Codice, qui fuit Bibliothecae Regiae,  
possessor, qui et legationem circa Danaprim (vide infra 254. D.)  
obivit, et oppido praefuit (257. D.), litteris minutis perplexisque  
admodum, nec multo quam Cod. ipse recentioribus folia duo va-  
cua illeivit, multis verbis mutatis, inductis, superscriptis, ut  
dubitare non queas, eum hunc Cod., ut est exiguae molis, in  
expeditionibus secum portasse, pagellisque eius vacuis ad episto-  
Ctas commentariosque meditandos esse usum. Dabo fragmenta quo  
ordine sunt in Cod.: tametsi legationem, de qua statim, non nisi  
post bellum (vide alterum fragmentum 256. D.) accidisse facile  
dicas. Prius sic incipit imperfecte, de Danapris traiectu, gla-  
cierum fragmentis lintres transmittentium infestantis: . . δυοχερῶς  
κατήγετο, καίτοι μὴ πλείους τριῶν ἀνδρῶν ἐκάστου σφῶν δεχομέ-  
νου· οὕτω πάνυ φαυλότατα ἦν. Ἄλλ' οὐδὲ ταῦτα ὄμως χῶρον εἴη  
παρὰ τῷ ζεύματι· πολλὰ γὰρ αὐτῶν ἐπὶ μεγίστοις πάγοις δυοί συν-  
ηράσαστο καὶ ξυνέπιπτε· καὶ ὄσαχού τοῦτο ξυμβαλεῖ, ἐκπηδῶντες<sup>\*)</sup>

<sup>\*)</sup> ἐκπηδῶντες Cod.



τοῦ πλοίου οἱ ἐν αὐτῷ \*) τῷ πάγῳ καθήντο, καὶ ὡς ἐφ' ὀκταίδος ἐφρόντο. Ἐνια δὲ αὐτῶν καὶ κατέρραξεν ὑποβρύχια· οὕτως ἄρα D χαλεπαίνων ὁ Δάναυρις ἐτύγγαεν. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ χαλεπώτερον καὶ ἐπὶ πλείστον προσεδεγόμεθα, καὶ ἡμεν ὥσπερ ὀργιζόμενοι κατ' αὐτοῦ, τῷ μὴ πεπῆχθαι. Καὶ οὐ πολλὰς πω ὕστερον ἡμέρας τὸ ὕδωρ ἀπανταχῆ πέπηκτο, καὶ ἐπὶ μέγα ἦν ἰσχυρόν· ὡς καὶ περὶ καὶ ἵπποις ἀφόβως ἵναμι κατὰ τοῦ θεύματος, καὶ ἀγῶνας ὡς ἐπὶ πιδίαν ἀνδρικῶς ἀγωνίζεσθαι. Καὶ καθάπερ τις θαναματοποιῶν ὁ Δάναυρις ἐδέδεικτο, βαρὺς μὲν καὶ χαλεπὸς τὸ πρὶν αἰωρούμενος\*\*), καὶ μονονουχὶ τοὺς εἰς αὐτὸν ὀρῶντας πάντας φοβῶν· μετὰ δὲ μικρὸν ἀνεῖναι τε, καὶ τοσοῦτον μαλακισθῆναι, ὡς ὅφ' ἀπάντων παύζεσθαι τε καὶ καταπεπατῆσθαι, ὑπόγειός τις ὥσπερ εἰ δεικνύμε- P. 255 νος, ὑπὸ κατὰδυσίαν τινα ἑαυτὸν καθιδρύσας. Οὐ γὰρ ὕδασι οὕτω νόουσι ἐώκει τὰ θεύματα, ἀλλ' ὄρη σιληρά\*\*\*) τινα καὶ λιθώδη μᾶλλον ἐδέδεικτο. Τί γὰρ ἴσον ἢ ἑοικὸς τὸ καταφερόμενον ἐκείνο καὶ ὕδατι; (B.) Ὅθεν ἡμῖν τὸ κατηφές εἰς χαρὰν μεταβέβητο· καὶ χεῖρας ἀνακροτήσαντες ἱκανῶς προσέλιμεν, κατὰ πέλαγος ἵππασάμενοι. Ἀκωλύτως τε διαβάντες καὶ κατὰ τὴν κώμην γενόμενοι τὴν Βορῶν, πρὸς εὐωχίαν ἐτράπημεν καὶ ἵππων ἐπιμέλειαν, ἠπο- B ρημένων καὶ αὐτῶν καὶ καταπεποιημένων ὡς πλείστον. Κάκει ἡμέρας ὅσον ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς διατρέψαντες, ὡς πρὸς τὸ Μαυρόκαστρον χωρεῖν ἠπειγομεθα. Ὡς δ' ἔτοιμα ἦν ἡμῖν τότε πάντα, καὶ ἐμποδῶν ὑπήρχεν οὐδὲν, περὶ μέσας νύκτας αὐτὰς (ὅτε καὶ προῖαιτερον ἡμᾶς ἐξορμησάμενοι ἐχρῆν), ἄρκτου τότε βαρῶτατον πνεύσαντος, καὶ χειμῶνος παντός μᾶλλον χαλεπωτάτου καταβράχυντος, ὡς ἀβάτους μὲν τὰς διόδους οἴεσθαι, μηδένα δὲ ὑπαίθριον εἶναι, C σχεδὸν δὲ ἀδύνατον εἶναι τὸν μὴ στέγγε σωζόμενον περιεῖναι, δει- C σαντες ἀναπεπαύσθαι καὶ ἡρεμεῖν ἔγνωμεν αὐτοῦ· ἐμοῦ τοῦτο τοῖς συσσίτοις εἰπόντος, ὡς οὐ δεῖ τῆς οἰκίας ὄψασθαι ἐξίεναι, οὐδὲ ἀποκοίτους ἡμᾶς ἐνθένδε γενέσθαι· τοῦ πρώτου τῶν ἄστρων ἐσπέριον φάσιν ἥδη ποιούντος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκείνον μετατρέπομένου τοῦ περιέχοντος (Κρόνου δὴ καλουμένου\*\*\*\*). Καὶ γὰρ ἔτι περὶ τὰς ἀρχαῖς αὐτὸς διῶν ὑδροχόου, ἡλίου κατὰ τὰ χειμερινὰ διατρέχοντος. Ὁ μὲν οὖν χειμῶν ἀρχάμενος αἰεὶ προὔβαινε χαλεπώτερος, καὶ ξυνέβη τὰ πρότερον ἡμῖν δόξαντα φοβερά παιδιὰ καθάπαξ πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα δοκεῖν· οὕτως ἄρα λαμπρῶς ὁ χειμῶν διέχευε πανταχῆ. Ἡμέρας δὲ διατρέψαντες ἱκανῶς, μολίς ὀψέ ποτε καὶ D τῆς πρὸς τὰ οἰκεία μνήμη τις ἐπανόδου εἰσῆει, εὐδεινότερου καὶ

\*) Videtur deesse aliquid vel hic, vel post οἱ.

\*\*) Ἐωρούμενος Cod.

\*\*\*) Haec sunt tam intricate scripta, ut nescias utrum σιληρά an σιμερά legendum sit.

\*\*\*\*) Ante verba τοῦ πρώτου legebatur καὶ ὡς ἐκ τῶν ἄστρων ἐμοῖ δέδικται· post καὶ πρὸς illa, τὴν ἑαυτοῦ φάσιν· post περιέχοντος illa, φάσει ψυχρότατος καὶ χιωνώδης [sic] δοκῶν. Quae omnia ab ipso scriptore inducta sunt: verba Κρόνου δὴ καὶ. videntur loco mota.

τοῦ περιέχοντος δεδειγμένον. (Γ.) Καὶ δὴ ἐξέημεν, δορυφορούμενοι παρὰ τῶν ἐγγυρῶν διαφανῶς, πάντων εἰς ἐμὲ τὰς χεῖρας ἀνακροτούντων, καὶ βλεπόντων ὡς πρὸς οἰκεῖον αὐτοῦ ἕκαστος\*), καὶ τὰ μέγιστα εὐχομένον. Τότε μὲν οὖν οὐδὲ πάντας αὐτοὺς ἐβδομήκοντα σταδίου παραημεψάμεν, καὶ ταῦτα πρὸ ἡμῶν ἄλλων διαβεβηκότων καὶ τὸ πολὺ τῆς χιῶνος ἐκκρουσαμένων. Τῇ δ' ὕστεραίᾳ ἀρξάμενοι χαλεπώτατα προήειμεν, ὥσπερ ἐπὶ πελάγους διαπαλαίοντες κατὰ τῆς χιῶνος. Οὐ γὰρ δὴ γῆ τις ἰδοῦκε εἶναι, οὐδὲ χιῶν συνήθης· ἀλλ' οἱ μὲν ἵπποι μέχρις τραχηλῶν οὐχ ἐωρᾶντο· τὰ δ' ὑποζύγια, καίπερ τελευταῖα ἀκολουθοῦντα ἡμῖν, διεφθέρετο, καὶ αὐτοὺ πολλὰ καταλέλειπτο. Τετραπήγυς γὰρ ἡ χιῶν ἐλέγγοτο, καὶ χαλεπῶς διαβατῆ ἦν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀκολουθῶν ἀφώρησαν οἰκᾶδε, μείζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην δύναμιν τὸ ζυμβαν οἰηθέντες. Καὶ ἦν γὰρ τι τῶν οὐ ξυντρόφων τὸ χαλεπὸν, πολλαχόθεν τῶν δυσχερῶν ἐπιόντων· χιῶνος μὲν βωθείας οὕτω **B** καὶ πυκνῆς κάτωθεν, ἀέρων δὲ βαρυτατων ἄνωθεν ἐμπνεύονταν. Ἀνακωχῆς δ' οὐδαμῶθεν προσδοκωμένης, οὐδ' ὄθεν τις ἄμεινα σχολῆ τεκμαιρομένης (τὰ γὰρ πάντα ἀνωφελεῖ καὶ ἀνόνητά πως ἐν τοῖς τότε δεινοῖς ἐδέδεικτο), οὐκ ἦν πυρὰ καῦσαι, οὐδ' ἀναπαύσασθαι πρὸς ἀκαρῆν χώραν\*\*) ἡμῖν ἢ χιῶν ἐνεδίδου. (Δ.) Εἶναι δὲ τὴν νύκτα αἱ ἀσπίδες προσήεσαν\*\*\*)· πάντα ἡμῖν ἐκεῖναι καὶ κλῖναι καὶ ἐπικλῖνια νομιζόμεναι τὰ λαμπρότατα. Ἐν γὰρ αὐταῖς τὰ σώματα ἀνεπαύομεν ἐπὶ πυρᾷ, κἀκείνη οὐ λαμπρᾷ. (Ἔτνον †) δὲ καὶ τὰ ἐξ ὄνειρον φαντάσματα, ὥσπερ φοβηθέντα κἀκεῖνα, πάντα **C** ἀπέστρηναν. Ἀντίχεις δ' οὐδεὶς ἄλλου κάλλιον ††)· πάντες δ' ὡς ἐν κοινῇ συμφορᾷ ὁμοίως καὶ ψυχᾶς καὶ σώματα διετίθεντο. Ἐπακρίσε τις τοὺς τεθνηκότας, ὡς τοῦ φροντίζειν ἅμα καὶ τοῦ ποιεῖν ἀποστάντας· ἐσχετίλασεν ἄλλος κατὰ τῶν ἰσομένων, τοῖσις ἄρα καὶ αὐτοὶ δεινοῖς τὸ ζῆν ἐκμετρήσουσιν. Οἱ δὲ πρόσκοποι ἐξέταμον καὶ αὐτοὶ, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικηθέντες, καὶ προίενα οὐκ ἴσχυον, ἀσαφῶς οὕτω πορευόμενοι κατὰ τῆς χιῶνος. Τὸ δὲ **D** δὴ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ διὰ πολεμίας ἐπορευόμεθα γῆς, καὶ οὐδ' ἐκ τούτου ἀδεᾶ ἡμῖν καθειστήκει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ τότῃ τοῦ χειμῶνος καὶ τῶν πολεμίων ὑφωρᾶτο κακόν. H. e. . . *difficiliter applicabant [lintres], tametsi unaquamque earum non ultra ternos homines caperet: adeo erant mirabiliter exiles. Quamquam ne sic quidem locum invenire poterant in fluctu, multis earum duobus maximis glaciei frustis collisis atque contritis: quod quoties accidebat, exilientes e lintre qui inerant, in gla-*

\*) Sic Cod.

\*\*) Supra scriptum est χρόνον, idemque postea inductum.

\*\*\*) Sic Cod. Num προσήσαν;

†) Ἔτνος Cod.

††) Hic scripta erant haec non absoluta: ἀλλ' οἱ χρόνους ἐξῆσαν ἐπιπλέοντες καὶ θαυροῖν διακείμενοι πρὸς ἀλλήλους, σημερον ἀμείλις καὶ κατακεκτωκότες· ea omnia postea inducta sunt.

*cie considerabant, ac velut super oneraria navi vehebantur. Aliae lintres vel hauriebantur fluctibus: tam infestum tunc se declarabat Danapris. Nos vero ibi aegre diuque expectavimus, velut succensentes flumini, quod non esset glaciatum. Nec multis diebus post erat aqua tum undique gelu constricta, tum mirifice firma: ut pedites equitesque intrepide per fluxum commearent, certaminaque tanquam in campis strenue ederent. Ita quasi praestigiatores aliquem se Danapris praebebat, prius violenter ac saeve elatus, et prope dicam aspicientibus universis terrorem iniiciens: mirumque eundem brevi tempore submissum fractumque adeo videri, ut illuderent et conculcarent omnes quasi subterraneum factum, et in latibulum aliquod a se ipso absconditum. Neque enim tantum aquas manantes referebant fluenta, quantum montes asperos et petrosos ostendebant. Et subter fluens liquor quamquam in re aquae vel par vel similis poterat videri? (II.) Ita moestitia nostra in hilaritatem conversa est: complosis manibus proxime accessimus, per aequor equitantes. Transgressi nullo negotio cum in vicum Borion venissemus, ad corpus reficiendum iumentaque curanda nos convertimus, quae ipsa ex maiori parte aut erant invalida, aut defecerant. Confectis ibi diebus aliquot necessariis ad vires reparandas, accingebamus nos Maurocastrum profecturi. Sed iam paratis rebus omnibus, cum nihil aliud obstaret, ipsa media nocte (quamquam maturius profectum oportebat), flante tunc aquilone gravissimo, hieme omnium saevissima se praecipitante, ut facile crederes, impervia esse itinera, nec obdurare sub dio ullum, propeque fieri non posse, ut qui tecto non servaretur interitum effugeret, tunc, inquam, formidine commoti subsistere ibidem nosque continere statuimus. Cuius consilii auctor apud sodales ego exstiti: non esse ullo modo domibus exeundum, nedum abnoctandum inde: quod princeps sidus (Saturnum vocamus) iam ad vesperum in conspectum se dabat, inque similitudinem naturae eius immutabatur aër. Transibat enim tunc Saturnus circa initia aquarii, sole brumalia signa permeante. Quare tempestas, ubi semel occooperat, ad maiorem semper saevitiam progressa est, ut quae prius terrificam nobis visa fuerant, cum subsequenter collata ludus prorsus viderentur: tam luculenter se hiems quoquoersum diffuderat. Ibi diebus compluribus confectis, vix tandemque cogitatio aliqua domum redeundi subit animum, aère quoque sereniore se repraesentante. (III.) Itaque egressi sumus, ab incolis splendide stipati: omnes me manibus complosis approbant, me tanquam necessarium unusquisque suum respicit, mihi maxima precatur. Hoc die stadia LXX, neque illa integra, emensi sumus, idque praegressis ante nos aliis, qui maximam vim nivis iam dimoverant. Postridie eius diei statim a principio difficillime progrediebamur, tanquam in pe-*

*Iago contra nivem luctantes. Nulla terra hic videbatur esse, neque nix usitata: equi ad collum usque non apparebant: iumenta, quamvis extremo agmine subsequencia, interibant, multaque ibi relinquebantur. Etenim dicebatur nix cubitorum 17. altitudine, eratque difficillima transitu. Ita multi ex comitibus domum se contulerunt, quod calamitatem vim humanam superare arbitrabantur. Atque erat profecto insueta aerumna, miseris undique fere ingruentibus: infra tam alta et spissa nix, superne flantes venti inclementissimi. Neque ulla sperari poterat malorum intercapedo, nec unde quis meliorem statum assequeretur (omnia inutilia et infructuosa esse his in malis apparebat), nulla erat facultas ignes accendendi, nec requiescere vel minimum spatium permittebat nobis nix. (IV.) Accedebant noctu scuta pro cubilibus: haec pro omnibus habebamus, et pro stragulis et pro opertoriis splendidissimis. In illis enim corpus ad ignem, nec illum splendidum, refocillabamus. Somnum visa per quietem occurrentia, quasi timentem illa quae, universum fugaverant. Neque quisquam magis quam alius ad aerumnas obduruerat: omnes erant ut in communi calamitate aequae et animo et corpore afflicti. Alius beatos praedicabat mortuos, ut iam sensu doloribusque liberatos: lamentabatur alius posteros, quibus miseris oppressi illi quoque vita essent defuncturi. Item labori succubuerant exploratores nostri, vi mali victi, nec per nivem incerto gradu errantes progredi poterant. Omnium autem acerbissimum erat, quod per regionem hosticam iter faciebamus, neque inde erant res nostrae periculo vacuae, sed pariter hiemis hostiumque violentia timebatur.*

Hic imperfecte desinit fragmentum prius. Sequitur post quadraginta circiter folia alterum, eadem intricatissima manu, quod, ut est loco in Cod. posterius, ita praecedenti subiungo: tametsi fortasse ad tempus antecedens pertinet. Gens, cui dux ille, quisquis est, oppidum sibi commissum tradiderit, quae sit, viderint docti, temporum partiumque illarum cognitionem cum prudenti iudicio coniungentes. Rem in Chersoneso Taurica geri declarat mentio Clematum 258. B. facta: scriptura est ligata, quam vocant, saec. x. aut xi. *Ἀρχὴν γὰρ δὴ τότε τοῖς βάρβαροις πολεμῆν ἔγνωμεν,\*) ἢ εἰ δὲ τι τάληθ' ἴφαναί, δέσαντες τὸ μὴ φθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀνααιρεθέντες, ἀπέστημεν, καὶ αὐτοῖς τὸ δυνατὸν ἀντιτετάχθαι διανοήθημεν, πάντας ὁμοίως λεηλατοῦντων καὶ διαφθειρομένων ἀπανθρωπότατα, ὥσπερ τινὰ θηρία κατὰ πάντων τὴν ὁρμὴν ἐνδεικνύοντα. Οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκιοτάτων φειδῶ τις εἰσῆει αὐτοῖς, οὐδὲ λογισμῶ τινι ἢ κρῖσει δικαίου*

\*) Scriptum est hic, et posterius inductum: *Καὶ διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ βόρεια τοῦ Ἰστροῦ.*

τὸν φόνον εἰργάσθαι προὔθεντο· ἀλλὰ τὴν Μυσῶν \*) λειαν καλουμένην θέσθαι τὴν αὐτῶν \*\*) γῆν κακῶς καὶ ἀσυμφόρως μεμελετήκεισαν. Ἀνατίτραπτο γὰρ τὸ πρὶν αὐτοῖς ἴσον καὶ δίκαιον· ἃ δὴ περὶ πλείστον τιμῶντος τὸ πρότερον τρόπαιά τε τὰ μέγιστα κατωρθώκεισαν, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη αὐτεπαγγέλτως προσήθειαν αὐ- B τοῖς. Νῦν δ' ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἀδικία τούτοις καὶ ἀμετρία κατὰ τῶν ὑπηκόων ξυνέστηκε. καὶ πόλεις ὑπηκόους, ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν καὶ συμφερόντως εὐνομεῖν, ἀνδραποδίζειν καὶ διαφθελεῖν ξυνέθεντο. Σχετλιάζοντές τε κατὰ τῶν ἡγεμόνων, καὶ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν βεβαίως δεικνύντες οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲν μᾶλλον ἴσχυον τοῦ μὴ τεθναίνειν. Φορὰ γὰρ τις, ὡς ἔοικεν, οὕτω κακίας ξυμβέβηκεν, ὡς περικλύζεσθαι τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ φοβερῶτατα συγκεῶσθαι δοκεῖν, ὡς ἐκ συμπτώματος ἢ τινος χάσματος παραλογοτάτου καὶ χαλεποῦ. Πόλεις μὲν γὰρ πλείους ἢ δέκα ἀν- C θρώπων ἐξεκείνωθησαν, κῶμαι δὲ οὐκ ἑλάττους πεντακισίων παντελῶς ἐρημώθησαν· καὶ ἀπλῶς, τὰ γείτονα καὶ πλησιόχωρα ἡμῶν ὥσπερ ἐκ χειμῶνος ἐπικλυσθέντα ἐγένοντο, ἄνθρωποι τε, ἡδικοκότες μῆδεν, προβληθέντες ἐκ' ὀμοσίᾳ, χειρῶν ἔξου καὶ ἔξου ἐγένοντο. (B.) Τὸν δὴ τοιοῦτον ὄλεθρον καὶ κοινήν πάντας κακῶς διαφθείραντα, καὶ περιελθόντα τοῖς ταλαιπώροις ἡμῶν ἀστυγέτοισι, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχὴν τελευταίως ἢ πονηρὰ τύχη προ- D σῆξεν, ὑφορωμένον μὲν ἔμοι καὶ πρότερον, καὶ πολλὴν ποιουμένην πρόνοιαν, μὴ ἂν ποτε ἑξαπιναιῶς ἐμπέσοι, μῆδ' ἐκ τοῦ παραχρημα λαθῶν τὰ καθ' ἡμᾶς λυμήναιεν. Ὡς δ' ἀπίκτο καθαρῶς ὁ κίνδυνος, καὶ πᾶσιν ἀνωμολόγητο φανερῶς, ὡς τὰ περὶ ψυχῆς νῦν ἡμῖν κινδυνεύεται, τὸν μὲν τότε ὄλεθρον σφώτατα ὡς εἶχον ἀπεκρουσάμην, ἐμοῦ καίπερ τὰ ἔσχατα παρὰ μικρὸν κινδυνεύσαντος. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, πόλεμος ἡμῖν ἀπηνυκτι καὶ βαρβαροῖς ἐγένετο, ἐν ᾧ οὔτε ἱεπιμύνον ἔτι παρ' ἡμῖν (εἰ καὶ μυριάκις περὶ σπονδῶν ἐκηρύκενον), οὔτε ἀμαχητι πρὸς ἀλλήλους ἤμεν. Καὶ ὁ μὲν πόλεμος εὐθὺς ἤρξατο, ὁ δὲ χειμῶν ἐγγὺς ἦν ἐμβαλεῖν· ἔτι P. 258 γὰρ οὐ πολὺ τῶν . . . \*\*) ὁ ἥλιος ἀπῆν. Ἄλλ' οἱ μὲν βάρβαροι, στρατῶ παρασκευασθέντες ἱκανῶ, ἐσέβαλον εἰς τὴν γῆν ἡμῶν, ἱππικῶ τε ἄμα καὶ πεζῶ, νομίσαντες ὡς ἄμα βοῆ παραλήψεσθαι ἡμᾶς, τῆ τε τοῦ τέλους ἀσθενείᾳ, τῆ τε ἡμῶν ὀφρωδίᾳ. Καὶ οὐκ ἀπεικός ἦν αὐτοῖς ταῦτα ὄλεσθαι, οὕτως ἐπὶ κατεσκαμμένη πόλει τὴν οἰκησιν ποιουμένων ἡμῶν, καὶ ὡς ἀπὸ κόμης μᾶλλον ἢ πόλεως τὰς προσβολὰς ποιουμένων \*\*\*)). Ἡ γῆ γὰρ προκατέσκαπτο παρ' αὐτῶν

\*) Μυσῶν Cod.

\*\*) Sic: prius scripserat ἡμῶν, sed id induxit.

\*\*\*) Haec omnia inducta, reposita, iterum partim inducta. Ubi asteriscum notavi, in Cod. est χειμῶν. Nam χειμῶν, sc. τροπῶν;

\*\*\*\*) Hic subsequuntur illa, posterius inducta: Ἄλλ' ἐκείνοι μὲν πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλλόντες [sic] καὶ κατασυνθέντες ἀπῆσαν πρὸς ἐσπέραν, φυλάξαντες [sic] τὸ περιόρθρον. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ πεζὸν τοξότας καὶ αὐτὸς ἀνταξάμην, πρὸς δὲ τὸ ἱππικὸν ἱππικόν, διχῆ τῶν στρατῶν παρατάξαντες.

τῶν βαρβάρων καὶ ἱκανῶς ἐξερήματο, ἐκ βάθρων αὐτῶν καταβαλ-  
 Βλόντων τὰ τεῖχη· καὶ τότε ἀρχὴν ἐμοῦ πρώτου πάλιν οἰκῆσαι\*) τὰ  
 Κλήματα διανοησαμένου. Τοιγάρτοι φρούριον μὲν τοπρωῶτον ἐκ  
 τῶν ἐνότων ἐξφοδόμησα παρ' αὐτῆν, ὡς ἐκ τούτου ἠαδίως καὶ  
 τὴν ἄλλην ἅπασαν πόλιν οἰκισθήσεσθαι . . . H. e. *Omnino enim  
 tunc barbaris bellum inferre decrevimus: aut, si vera fateri  
 oportet, recessimus ab illis metu, ne ipsi priores ab iis opprime-  
 remur, statuimusque iis quantum possemus repugnare. Aequae  
 enim universos diripiebant inhumanissime et pessundabant, ut  
 quaedam belluae in omnes impetum facientes. Nulla his inerat  
 vel ut erga coniuunctissimos continentia, nec ratione ulla aut  
 iusti discrimine in patrandae caede volebant uti: sed Mysorum  
 praedam, quod aiunt, ipsorum regionem reddere malo ac per-  
 nicioso consilio meditabantur. Evanuerat superior eorum aequi-  
 tas et iustitia: quas praecipue colentes tropaea antehac maxima  
 statuerant, adeo ut civitates et gentes ultro accederent illis.  
 Gliscabant nunc, quae velut e perpendiculari (quemadmodum aiunt)  
 a virtutibus illis distant, iniustitia et intemperantia adversus  
 subditos: neque ornare et ex re ipsarum administrare civitates  
 dedititias, sed redigere in servitutem et excindere constituerant.  
 Conquerentes de dominis incolae, seque nihil mali commissae  
 liquido demonstrantes, nihil amplius proficiebant, quam ut morte  
 non afficerentur. Vis nimirum tanta malorum ingruerat, ut res  
 humanae quasi ruina aut voragine aliqua inopinata ac fatali  
 percussae obrutaeque horrendum in modum viderentur. Erant  
 exinanita hominibus oppida plus X, pagi plane deserti non mi-  
 nus quingentis: vicinitates denique et confinia nostra velut tem-  
 pestate obruebantur: incolae innocentes, pactis iuratis traditi,  
 manibus obruncabantur gladiisque hostilibus. (II.) Eiusmodi pes-  
 stem, generatim omnes misere conculcantem, cum aliquamdiu  
 per infelices conterminos nostros obambulasset, postremo ad praes-  
 idium meum quoque fortuna infesta adduxit. Quam quia iam  
 antehac eram veritus, in magna cura versabar, ne accideret im-  
 proviso, nec latente impetu continuo res nostras everteret. Deinde,  
 ubi perspicuum aderat periculum, omnesque palam fatebantur,  
 in discrimen nos vitae venisse, ego tunc quidem perniciem quam  
 aptissime poteram repuli, quamvis in extremum paene periculum  
 adductus. Verum inde abruptis commercis bellum inter nos et  
 barbaros ortum est, in quo neque communicabant amplius nobis-  
 cum (tametsi sexcenties de compositione ad illos mittebam), nec  
 sine praeliis mutuis res gesta est. Ita bellum continuo exarsit,  
 impendebatque hiems: non multum enim a . . . sol aberat. Sed  
 barbari, comparato amplo exercitu, cum equitibus militibusque  
 in regionem nostram irruperunt, nos momento expugnatum iri*

\*) F. scribere voluit *otulsai*, instaurare.

rati, cum ob murorum infirmitatem, tum ob trepidationem nostram. Neque erat absonum eos hoc sperare, quod in diruto oppido commorabamur, magisque ex vico, ut ita dicam, quam ex urbe eruptiones faciebamus. Vastata enim prius fuerat ab ipsis barbaris regio, et solitudo mera facta, muris solo aequatis: ego autem tunc demum habitare denuo Clemata\*) primus constitueram. Quare in principio iuxta oppidum pro facultatibus feceram castellum, quod inde facile reliquam quoque civitatem instaurari posse, . .

Sequuntur in folio alio abrupta illa, superioribus subiungenda: Καὶ τὸ μὲν ἀνωκοδόμητο τάχει πολλῶν, καὶ περιέφρακτο τὰ φρούρια καὶ ἅμα τούτων \*\*) καὶ ὁ πόλεμος ἤρξατο. Μεμέριστο δὲ τὸ φρούριον κατὰ συγγενείας, καὶ κατέθεντο ἐν αὐτῶν τὰ σπουδαιότερα· ὅσα δὲ περιττά, ἔξω που κατὰ τὸν ἄλλον τῆς πόλεως περίβολον ἔκειτο. Δικεῖτο γὰρ ἤδη καὶ ἡ πόλις ἅπασα· τὸ δὲ φρούριον C ὡς ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ σώσειν ἡμᾶς ἐξητοίμαστο \*\*\*). Ἄλλ' οἱ μὲν βάρβαροι τότε πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλόντες \*\*\*\*) καὶ καταισχυνηθέντες †) ἀπήσαν πρὸς νύκτα, φυλάξαντες τὸ περίορθρον· ἐγὼ δὲ ἅμα ἔω τὸν στρατὸν ἀντεξήγον πολεμῆσειον. Ἦσαν δὲ μοι τότε ἱππεῖς μὲν ὀλίγω πλείους ἑκατον, σφενδονῆται δὲ καὶ τοξόται ὑπέρ τ'. Οὐδαμοῦ δὲ τῶν βαρβάρων ὄντων, τὰ τῶν καιρῶν μοι σύμφορα ἐξεργάτευτο, τείχος μὲν τὸ παλαιὸν ἀνεγείρων ††), καὶ διδάσκων τοὺς ἔμους εὐπαρεσκευάσθαι πρὸς τὰ πολέμια. Πρὸς δὲ τοὺς ἡμῖν προσέχοντας δρόμῳ κήρυκας ἔπειπον, καὶ μετεκαλούμην αὐτοὺς, σκεψόμενος περὶ D τῶν ὄλων †††). Ἀφιγμένων δὲ ἀπανταχόθεν, καὶ ἐκκλησίας ἐκ τῶν ἀρίστων γενομένης, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε, καὶ ὡς οἶον δεσποτῶν μάλλον ἀντιποιεῖσθαι προσήκει, καὶ πρὸς οἶους ἐλθόντας τίνα ἀφέλειαν πειράσθαι ἀπ' αὐτῶν εὐρίσκειν, καὶ τί ποιητέον ἐστὶ, καὶ τὰλλα πάντα, ὅσα τότε εἶπον ἐγὼ, ἃ καὶ παντὸς μάλλον τιμησαίμην, μακρὸν ἂν εἴη πάντα ἐφεξῆς λέγειν βούλεσθαι. Οἱ δὲ, εἴτε ὡς μηδέποτε βασιλικῆς εὐνοίας ἀπολεληκότες, μηδ' Ἑλληνικωτέρων τρώπων ἐπιμελούμενοι, αὐτονόμων δὲ μάλιστα ἔργων ἀντιποιούμενοι, εἴτε ἄμοροι ὄντες πρὸς τὸν κατὰ τὰ βόρεια τοῦ Ἰστροῦ βασιλεύοντα, μετὰ τοῦ στρατῶ ἰσχύειν πολλῶν καὶ δυνάμει μάχης P. 259 ἐπαίρεσθαι, ἤθεσι τε τοῖς ἐκεῖ τὰ παρὰ σφῶν αὐτῶν οὐκ ἀποδιαφέροντες, ἐκείνων καὶ στείσασθαι καὶ παραδώσειν σφᾶς ξυνέ-

\*) Castrum Clematum [vid. Bandur. Imp. Orient. I. 113. B.].

\*\*) Subest verbum adeo inductum, ut legi nequeat.

\*\*\*) Sequitur hic ἐτησίετο, quod oblitus est inducere scriptor.

\*\*\*\*) ἀποβαλόντες Cod.

†) Sic Codex. Vid. supra p. 501. [huftis ed.] not. \*\*\*\*.

††) Sic Cod.

†††) Hic primo leguntur illa: Δείσας δὲ, μὴ ἐσαυθὺς τελείωνι θανάμει ἀφί sed haec inducta sunt. Deinceps illa item inducta, καὶ στρατῶ μεγάλῳ ἀφίξοιντο. Γενομένης δὲ ἐκκλησίας, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε. Inde haec non inducta Ἀφιγμένων δὲ κ. τ. λ. quae in textum recepi.

θεντο, καὶ μετὰ τὰ τοιαῦτα πράξειν κοινῇ πάντες ἐπεψηφίσαντο. Καὶ ἀπήειν, ἵνα τὰ ἡμέτερα σωθῶσι, καὶ ἐνέτυχον αὐτῶν ὡς εὖξει· ἂν μάλιστα τις. Καὶ, ὡς δυνατόν ἐν βραχεῖ λόγῳ πᾶν συμπεράνας Βασιλῆως, ἐκεῖνος μὲν παντὸς μᾶλλον \*) μείζον τὸ πρᾶγμα ἐλογίσαστο, ἐμοὶ δὲ τῆν τῶν Κλημάτων ἀρχὴν αὐθις ἀσμένως πᾶσαν ἔδοτο, καὶ προσέθηκε καὶ στρατησίαν ὅλην, ἔν τε γῆ τῇ αὐτοῦ προσόδους ἐπετελοῦς ἱκανῶς ἔδωκῆσαστο. H. e. *Idque propere et instauratum fuerat, et fossa circummunitum: unaque cum his\* bellum quoque incepit. Didisum erat per cognationes castellum, resque pretiosiores in eo depositae: minus necessariae extra per reliquum oppidi ambitum erant collocatae. Habitabatur enim tunc urbs iam tota: castellum aubem praeparatum fuerat, ut in magno periculo nobis saluti esset. At barbari tunc, multis suorum amissis, cum ignominia noctu recesserunt, servato diluculo: primo mane ego praelii cupidus copias contra eduxi. Erant mihi tunc equites paulo plures quam centum, funditores et sagittarii supra CC. Barbari cum nusquam apparerent, quae apta huic temporis essent a me adornata sunt, murus vetus erectus, edocti mei, quomodo recte se instruerent ad bellum. Eos autem qui ditionis nostrae erant, nunciis cursim missis arcessivi, de rerum summa in consilium ire volens. Undique cum advenissent, concione optimatum coacta, quos tunc ego sermones habuerim, qui domini potius essent expetendi, ad quos venire quamque commoditatem conari oporteret ab illis percipere, quid denique faciendum esset, et caetera universa tunc a me dicta, quae ipse quoque reliquis omnibus praestabilia duxissem, longum est singula ordine dicere velle. Illi, seu quod nunquam benevolentiae Imperatoriae fructum ullum cepissent, seu quod, Graecanicam vitae rationem parum curantes, instituta ad arbitrium ipsorum facta maxime requirerent, sive quod regi ad septentrionem Istri dominanti conterminantes, praeterquam quod ille exercitu magno valeret vique bellica efferret sese, ab illius vitae ratione propriis moribus non differrent: idcirco statuerunt pacisci cum illis aeque dedere, me autem negotium perficere publicitus omnes decreverunt. Ita profectus sum ad servandas fortunas nostras, eumque talem deprehendi, qualem desiderare quis maxime posset. Atque ita, ubi colloquio brevi, ut poteram, totum negotium transegeram cum eo, ille rem maiorem, plus quam ullam, reputans, mihi Clematum imperium iterum volens lubensque omne tradidit, addiditque etiam praefecturam totam, et ex ipsius regione redditus annuos idoneos largitus est. Desinit hic praeclarum illud plenumque rerum novarum fragmentum: quod si commentatio scriptiove, unde manat, integra aetatem tulisset, nae tunc haud paulo plus, quam nunc, sciremus de historia Chersonesi Tau-*

\*) Sic Cod.



ricae in tenebris, ut ita dicam, iacente ab a. 950, circa quem Constantinus Porphyrogenneta scripsit, usque ad colonias Genuensium in hos tractus saec. XIII. deductas. Speremus certe, excusis per alias bibliothecas Codd. Graecis medii aevi, lucem novam huic quoque historiae parti oblatum iri: idque ut confidamus fore faciunt Ill. Comitis *Nicolai de Romanzoff* magnificentia, liberalisque ac generosus animus, quo incitatus cum reliquis disciplinas omnes fovet, tum maxime historiam patriae locupletari cupit et ornari.

*Pag. 175. lin. 16. καὶ αὐτὴν τὴν μίαν ἐπιτολήν].* Lege κατ' C αὐτὴν· nam ex praepositionibus nulla fere tam male a librariis est habita quam κατὰ, modoque ob sigli sive monocondylii, ut vocant Graeci, similitudinem cum vocibus καὶ, κακὰ, κάτω, μετὰ confusa, modo cum vocabulo proxime sequenti coagmentata, secus atque oporteret. Velut (afferam primo exempla confusae καὶ et κατὰ) Actis Conc. Flor. IX. 132. B. ὄφειλε νοεῖσθαι καὶ τὸν νοῦν ἐκείνον, certo certius, legi debere κατὰ τὸν νοῦν ἐκείνον. Item Supplement. Commentarii S. Athanasii in Psalmm., a Montefalconio editis, II. 80. C. μὴ κατὰ νόμον ζῶντας, ἀλλὰ καὶ ἐθνικὴν καὶ βαρβαρικὴν ἀμότητα, lege, ἀλλὰ κατὰ. Porro in Actis S. Bonifacii 284. B. αὐτὴ δὲ τρίτον Κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Πώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα· emenda, κατ' ἐπαρχότητα, et verte, *ter Candida egerat Romae ex praetura, non ex praefectura*, ut habet vetus versio Latina. Filiorum enim, qui Praetores erant, nomine opulens illa Aglais, de qua ibi, ludos ediderat, qui a praetoribus vel quaestoribus candidatis, sumtu ipsorum acti, inde Candida vocabantur. Moris autem fuisse, ut matres filiis sumtus suppedirent ad eiusmodi munerum editionem, Henr. Valesius demonstravit Prolegomen. ad Possini edit. Passionis SS. Perpetuae et Felicitatis 10. A. Contra apud Manuel. Calecam De essentia et operatione II. 21. D. τοὺς παρ' αὐτοῖς κεκαθαμένους κατὰ τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα ἀκτίστους καὶ ἀκτίστα ἀποτελεῖσθαι· dubium non est quin legendum sit, κατὰ τῶν τοιούτων· et in Prolegomenis Hexaplorum Origenis I. 101. C. μαθὼν τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα ἐρμηνείαν ἐαυτῷ ἠρμηνεύσειν, lege et distingue, τὴν αὐτ. διάλεκτον καὶ τὰ στοιχεῖα, ἐρμηνείαν κ. τ. λ. ut sit sensus, non ut redditur in edit. Montefalc.: eorum [Hebraeorum] linguam edoctus, secundum elementa, id est ad litteram, interpretationem edidit, sed potius, eorum linguam et litteras edoctus, interpretationem sibi effecit, et quae sequuntur: est enim phrasis sumpta e S. Epiphanio De lxx. interprett. I. 89. D. Unde similiter corrigendum Chronicon Paschale 255. B. his ipsis verbis, τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα: lege, καὶ τὰ στ. Apud Theophanem porro Chronograph. 144. D. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ τὰ κακὰ τὸν ἅγιον Ἀρῆθαν — P. 260 ἐπράχθη ὑπὸ τῶν Ὀμηριτῶν, scribendum videtur, τὰ κατὰ τὸν

ἄγιον Ἀ. Confusionis vocum κατὰ et κάτω pauciora exempla invenio apud scriptores Graecos medii aevi, velut in Pachymere Histor. I. 341. E. ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Ἀὔξεντιου βουνῶ κάτω πον τοὺς πρόποδας σκηνομένῳ· ubi legendum videtur, κατὰ πον. Multo plura confusionis vocum κατὰ et μετά, ob siglorum  $\pi$  et  $\mu$  in Codicibus inde a saeculo duodecimo summam similitudinem. Velut in S. Ephraimo De perfection. hominis III. 299. B. inter aerumnas Noae cum tot animalibus in angustam arcam compacti: τίς δὲ εἶποι τὰς μετά τὸν κατακλυσμόν ταλαιπωρίας· scribe, κατὰ τὸν κατακλυσμόν· praesertim, si sequentia respicias: Asserimus tamen vertit eodem errore, *miserias post diluvium*. Simile mendum haeret in textu Pseudosynodi Palamiticae Act. Conc. edit. Paris. XI. 344. A. φανεροῦται δὲ, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν — ἀλλὰ μετά [l. κατὰ] τὴν χάριν· quae eadem prava lectio in Com-Bebesianam quoque edit. manavit: versio tamen Latina recte, *sed secundum gratiam*. Item apud Gregentium Tephrensem Disputat. cum Herbano Iudaeo 37. b. B. ἠτάρησε στήναι μετά τοῦ ἀρχιεπισκόπου, manifestum est legendum esse στήναι κατὰ· versio Latina recte, *contra archiepiscopum in disputatione stare*. Contrarium accidit in Nectarii Patriarchae Responzione ad Claudium 181. A. πού πρότερον, κατὰ [l. μετά] Ἑβραϊκὸν λαόν, τὸ εὐαγγελικὸν διέδραμε κήρυγμα; οὐχὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας; versio Latina recte, *post Hebraicum populum*: apudque Alexandrum rhetorem De figuris sententiar. ac elocut. 61. C. leg. ὥστε μεθ' ἐτέρων, πον ὥστε καθ' ἐτέρων· Laurentiique Normanni versio, *ut per plures alias universus sententiae ambitus absolvatur*, sic est immutanda, *ut cum aliis plenam sententiam efferant*. Pravae coalitionis praepositionis κατὰ cum voce subsequente insigne exemplum in Oecumenii Enarrat. in Acta Apost. I. 104. D. ἡ οὖν διαφωνία τοῦ ὀνόματος ἐνταῦθα — ἡ κατάσφαλμα, ὡς εἰκός, γραφικὸν γέγονεν, ἢ κατὰ διωνυμίαν εἰρηκεν· ubi nemo non videt, scribendum esse κατὰ σφάλμα. Contra in S. Athanasii Orat. contra gent. I. 16. D. male cusum est, κατ' ἀλλήλους γὰρ ταῖς οὐσίαις τὰς πράξεις εἶναι χρῆ· estque ex duabus primis vocc. una, καταλλήλους, conflanda. Id addidi summorum virorum Schaeferi et Bastii notis ad Greg. Corinth. 69. C. 285. B. 342. C. 405. C. 638. B. 825. B. ubi κατὰ vel perperam scripta, vel inique expulsae ex oratione est: quod si referre velis, quoties significatus eius argutiores parum percepti sint a viris doctis, secusque redditi, et aliena ea res videri possit ab instituto nostro, et latissime patere, ad plurimosque pertinere.

*Ibid.* lin. 21. ἐσπέρας ἐνισταμένης, ἐν ἡ μνήμην — Ἀγημηρίου — παρέλαβεν ἡ συνήθεια] Hoc est a. d. vii. Kal. Novembr. ut docemur cum aliunde, tum ex narratione servata in veteri Cod. Bibl. Reg. De miraculis S. Demetrii, auctoribus veteris, quorum qui recentissimus, scripsisse videtur saec. x. in-

eunte. A Le Quien Orient. Christ. II. 42. C. aliisque compluribus Ioanni archiepiscopo Thessalonicæ tribuitur. Est ea narratio tam referta variis minutisque rebus ad Thessalonicenses spectantibus (a quibus S. Demetrius summa religione colebatur), ut minus panegyricum esse Sancti, quam Thessalonicensis civitatis annales diligenter perscriptos dicas. Quapropter constituisse se ut totam ederet Combesisius testatur ad Ioann. Cameniatam, Scriptt. post Theoph. 314. C. Posterius quæ facti præventus præstare ille non potuit, Cornelius Byesus executus est Actis Sanctorum ad d. viii. Octobr. tom. IV. Bruxellis 1780. Fol. pag. 104 — 197: nosque fortasse partem narrationis eiusdem e Cod. quem supra memoravimus, emendatiorem vulgabimus pleniorisque volumine aliquo subsequente: quo prodibunt Vitæ Sanctorum, egregie idoneæ ad illustranda tempora Historiæ Byzantinæ ea, quæ maxime muta sunt a litteris. In præsentia satis habuimus, delegisse ex narratione illa miraculum unum, unde dies, qua S. Demetrio Thessalonicenses faciebant, potest intelligi: item situs et nomina ecclesiarum suburbanarum, et quantopere agri circumiecti sæculo sexto vergente incursionibus Scлавinorum fuerint obnoxii: \*) — Τοῦ καλλινίκου καὶ φιλοπόλιδος τούτου μάρτυρος Δημητρίου ἡ ἡγὼν ἑορτὴν ἢ χάρα πᾶσα, καθὼς εἰώθει, τῇ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκάδι ἕκτη ἡμέρα. Καὶ δὴ πάντων εὐφραينوμένων πνευματικῶς, ὡς πληρώσαντος τοῦ Κυρίου τὴν εὐχὴν τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀξιώσαντος αὐτοὺς τῆς χαρᾶς τοῦ μάρτυρος, ἐν εἰρήνῃ πλατεῖα, καὶ βαρβαρικῆς ὀμφῆς μηδ' ὀλας μηδαμοῦ τηνικαῦτα κατακουμένης\*\*), τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς, ἄφνω μέσης νυκτὸς κατ' οἰκονομίαν τοῦ ἀθλοφόρου (οὕτω γὰρ με λέγειν τὸ πέρασ τοῦ πράγματος ἔπεισεν), ἀνήφθη πυρὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ κιβώριον τὸ ἀργύρεον, περὶ οὗ πολλὰ κίς ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν. Τούτου δὲ κατὰ πάσης τῆς πόλεως ἐν βραχεῖ καιρῷ διακουσθέντος, συνήχθη πᾶν τὸ νέον ὡς μάλιστα τῆς ἡλικίας, τὸ καὶ τὸν Β ὕπνον εὐχερῶς δι' εὐσθένειαν ἀποβάλλον. Ὡς δὲ τοσοῦτοι γέγονασιν, ὡς ἀποβυσθῆναι τῷ πλήθει τὸ πανάγιον τέμενος; ὁ μὲν ἄργυρος λυθεῖς\*\*\*) τῷ πυρὶ ἦν ἅπας ἐπὶ ἰδαίφους, ὡς ὕδωρ: τὸ δὲ πλήθος τῶν ἀμφορέων περιέκλυζε τοῦτον ποταμῆδόν. Ἰπ' ὧν καὶ προνοία Θεοῦ νενίκητο τὸ τῆς φλογὸς ἐπικινδύνον. Οὐ τοσοῦτον γὰρ τῇ ἀθυμίᾳ πάντας εἰς ἀμνηστίαν ἐβάπτισεν ἢ τοῦ κιβωρίου πυρπόλησις, ὅσον ἢ προσδοκία, τοῦ φθάνειν τὴν φλόγα περὶ τὴν ὄροφὴν τοῦ ναοῦ, τὰς καρδίας τῶν θεωμένων †) ἐξέτηκεν. Ὅπως καὶ γενομένου (φόβος γὰρ, ὃν ἰδεδόκεισαν, ἐπιλήθον αὐτοῖς, καθὼς γέγραπται, ἐκ τῆς κατὰ κορυφῆς ††) τοῦ κιβω-

\*) Fol. 37 recto.

\*\*) Acta Sanctorum κατακουμένης.

\*\*\*) Acta SS. αὐθεῖς [sic].

†) Acta SS. θεωμένων [sic].

††) Acta SS. ἐκ τοῦ διὰ τῆς κορυφῆς.

ρλον κρεμαμένης ἀλύσεως σιδηραῖς, ἐξ ἧς πολύφωτός τις ἀπηρεεῖτο \*)  
 καὶ ἀργύρεος τηρικαῦτα κρατήρ· δι' οὗ, δίκην σμίλακος, τὸ πῦρ  
 ἀνανεηθὲν φθάσαι τὴν ὄροφὴν, καὶ τοὺς καλουμένους καλάθους  
 ἤρξαστο περιτεφροῦν)· δὴ \*\*) τότε τινές, ἀεροδρομησαντες εὐκινή-  
 τως \*\*\*) κατὰ τῶν δοκῶν, σὺν ἀγγελοῖς πλείοσιν ὑδατοφόροις Θεοῦ  
 συνεργία περιεγέροντο τοῦ φλογμοῦ. (B.) Μετὰ γοῦν ταῦτα, τοῦ  
 Ὀπληθούς τῶν ὄχλων οὐ διεγχεροῦντος \*\*\*\*), ἀλλ' ἐπιμένουτος ἔνδον,  
 καὶ τῶν ἀποσοβούτων ἢ καὶ ὑποχωρεῖν διὰ τὸ ἄωρον τῆς νυκτός  
 κελυόντων, οὐκ ἰσχυόντων πείσαι τὴν πληθύν, δέος ὑπέισηλθέ τι-  
 νας τῶν κηδομένων τοῦ πανσέπτου ναοῦ, μὴ τινες ἀγνώτες, διὰ  
 τε τὸ πλήθος τοῦ ὄχλου, διὰ τε τὸ νύκτα τυγχάνειν, ἐπιχειρήσαιεν  
 εἰς ἀρπαγὴν τοῦ ἀργύρου, οὐ τοῦ καταφλεχθέντος μόνοι \*\*\*\*\*) τῶ  
 πυρὶ, ἀλλὰ καὶ παντὸς τοῦ κρεμαμένου πρὸς εὐκοσμίαν τῆς εορτῆς.  
 Καὶ δὴ βουλευσάμενος εἰς †) ἀξιωμαγιμόνουτος ἀνήρ, καὶ τὴν ἐν-  
 τιμον στρατείαν τοῦ Λακικοῦ καλουμένου σκρινίου τῶν ὑπερλάμ-  
 πρων ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατευόμενος, ὡς οὐκ ἔσται τρό-  
 P. 262 πος ὁ δυνάμενος ἀλύτως καὶ εὐπροφασίστως ἐξωθῆσαι τὸν ὄχλον  
 ἐκ τοῦ ναοῦ, εἰ μὴ προφασίσαιτο τις αἰφνιδίαν ††) βαρβάρων ἐπι-  
 δρομῆν, τοῦ ἀθλοφόρου τὴν ἐκείνου καρδίαν εἰς τοῦτο κινή-  
 σαντος, ἤρξαστο βοᾶν· „Βάρβαροι περὶ τὸ τεῖχος, ὧ ἄνδρες πολί-  
 ται, ἀπροσδοκῆτως ἐφάνησαν· ἀλλὰ σὺν ὄπλοις ἅπαντες ὑπὲρ τῆς  
 πατρίδος ὀρηθήσατε.” Καὶ ταῦτα μὲν ἐκείνος δῆθεν ἔβρα πλατόμε-  
 νος, τοῦ †††) ἐξαγαγεῖν τοὺς ὄχλους ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ κατασφαλίσαι  
 τοὺς κυλιῶνας· ὡς ἂν μεθ' ἡσυχίας ἢ συλλογῆ τοῦ χωνευθέντος  
 ἀργύρου προσεγγήται. Τὸ δὲ προμηθεῖα καθεισθηκεῖ τοῦ πανε-  
 B δόξου μάρτυρος, εἰς τὸ μὴ νυκτός ††††) ὑπ' ἀγνοίας κινδυνεύσαι  
 τὴν πόλιν. Ὁ γὰρ δῆμος ἅπας, τῆς ἀπροσδοκῆτου ταύτης βοῆς κα-  
 τακούσαντες, ἔδραμον εἰς οἴκους, καὶ ὀπλισθέντες ἐπὶ τὰ τεῖχη ἀνή-  
 σαν. (Γ.) Εἶτα καθορῶσιν ἐπὶ τὸ πεδῖον τοῦ σεβασμίου ναοῦ τῆς  
 Χριστοφόρου μάρτυρος Ματρῶνης πληθύν βαρβαρικὴν, οὐκ ἄγαν  
 μὲν πολλὴν (ἄχει γὰρ πέντε χιλιάδων παρ' ἡμῖν ἐλογίσθησαν),  
 σφοδρὰν δὲ τῆ ἰσχύϊ, διὰ τὸ ἐπιλέκτους τε ἅπαντας καὶ ἐμπειροπολέ-  
 μους καθεστημέναι. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀθρόον †††††) πόλει τηλικαῦ-  
 τη προσέβαλλον, εἰ μὴ βῶμη καὶ θάρσει τῶν πώποτε κατ' αὐτοὺς  
 C στρατευσαμένων διενηροχότες ἐτύγχανον. Ὡς δὲ ἀνέκραξεν ἀπὸ τοῦ  
 τεῖχους ἢ πόλιν, αὐτοὺς ἀντιπάλους εἰσβλέψασα (ὄρθρος γὰρ  
 λοιπὸν ἦν, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐπέφωσκεν), οἱ πλείστοι κατελθόν-  
 τες καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντες, ἔξω τὴν συμπαλοκὴν πρὸς ἐκείνους,  
 τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἀθλοφόρου αὐτοὺς ἐνισχυσαντες, ἐποίησαν-

\*) Acta SS. ἀπερεεῖτο.

\*\*) Acta SS. ἄρξασθαι περιτεφροῦν· καὶ δὴ.

\*\*\*) Acta SS. εὐσχύτως [sic].

\*\*\*\*) Acta SS. διεγχεροῦντος. \*\*\*\*\*) A. μόνου.

†) A. βουλευσάμενός τις. ††) A. ὀρηιδίαν [sic].

†††) A. κλ. καὶ μόνον γινόμενος τοῦ. ††††) A. νυκτῶν.

†††††) A. νυκτῶν.

το, ἤδη λοιπὸν φθάσαντας τῇ μανίᾳ τῆς θηριωδίας αὐτῶν καὶ μέ-  
 χροι τοῦ σεβασμίον τεμένους τῶν τριῶν ἁγίων μαρτύρων, Χιόνης,  
 Εἰρήνης καὶ Ἀγάπης. Ὅπερ, ὡς ἴστε, βραχυτάτῳ διαστήματι  
 τοῦ τῆς πόλεως τείρους ἀφέστηκε. Καὶ δὴ μέχρι πολλοῦ τῆς ἡμέ-  
 ρας συζήγγυμένων ἀμφοτέρων ἀλλήλοις, καὶ τὰς διώξεις καὶ τὰς  
 ὑφέσεις ἐπικινδυνώτερον οἱ τῆς πόλεως \*) στρατοποιοῦσάμενοι, διὰ  
 τὸ παντὸς τοῦ τῶν Σκλαβήνων ἔθνους τὸ ἐπίλεκτον ἄνθος, ὡς εἴ-  
 ρηται, τοὺς ἀντιπαρατασσομένους καθεστημέναι· τέλος, αὐτῆς τοῦ  
 μάρτυρος τῆς ἐπιστάσις ἐπιφανείσης, ἀπεδιώχθη τὸ βάρβαρον αὐ-  
 τῆς ἡμέρας τῶν τῆδε μερῶν, ὑποχωρήσαι ἤπερ εἰσέβαλε\*\*). Καὶ τὰ  
 μὲν τῆς τότε γεγενημένης ἀπροσδοκίτου καὶ θηριώδους ἐπιδρομῆς  
 οὕτω συνετελέσθη. H. e. — *Triumphatoris huius et civitati dediti  
 martyris Demetrii diem festum agebat regio omnis, ut consue-  
 rat, die xxvi. mensis Octobris. Ita cum omnes laetantur in  
 Spiritu, quod impleret Dominus preces servorum ipsius, di-  
 gnosque duxisset eos gratia Martyris, late fusa pace, ita ut  
 vox de barbaris omnino nusquam tunc exaudiretur, die festivi-  
 tatis altero, subito media nocte ex dispositione coronati victoris  
 (sic enim dicere persuasit mihi eventus rei), igni correptum est  
 sanctum eius ciborium argenteum, de quo saepe superius memo-  
 ravimus. Id cum per totam urbem brevi percerebruisset, omnes  
 maximeque aetate iuniores eo concurrerunt, qui ob virium inle-  
 gritatem nullo negotio pellere somnum possunt. Ii cum tot eva-  
 derent, ut prae multitudine sanctissimum delubrum obstrueretur,  
 argentum omne igni liquefactum per pavementum fusum erat,  
 aquae ritu: idque undique velut fluminibus inundabat magnus  
 amphorarum numerus. A quibus denique Dei providentia flam-  
 mae superatum periculum est. Non tantum enim anxietate  
 omnes in desperationem mersit ciborii incendium, quantum me-  
 tus, ne flamma lacunar ecclesiae attingeret, corda spectantium  
 emacerabat. Id nimirum cum accidisset (timor enim, quo erant  
 perterriti, subiit illos, ut demonstratum est, ob ferream eque  
 fastigio ciborii suspensam catenam, unde pendebat multis illu-  
 stris luminibus argenteus tunc pharus: per quem, ritu convol-  
 vuli, emicans ignis attingere fornacem, et calathos, quos vocant,  
 amburere coepit): tum vero nonnulli, aërio cursu agiliter per  
 trabes volantes, vasis compluribus aqua plenis Deo obsecun-  
 dante flammam compescuerunt. (II.) Post haec cum ingens illa  
 vis hominum non discederet, sed intus maneret, nec qui abige-  
 rent aut propter noctis intempetum facessere hinc hortarentur,  
 persuadere id multitudini possent, formido subiit nonnullis e  
 curatoribus augusti templi, ne qui ignoti, cum ob multitudinem  
 hominum congregatorum, tum ob ipsam noctem, surripere ten-*

\*) A. οἱ τοῦ ἀθλοφόρου.

\*\*\*) A. μερῶν [sic] οὐ κατ' ὄλιγους ὑποχωρήσαν ἤπερ εἰσέβαλον.

tarent argentum, non modo id quod incendio deflagraverat, verum etiam quodquod suspensum erat ad festum cohonestandum. Ita aliquis vir spectabilis, qui militia honesta scrinii Dacici, quod aiunt, fungebatur, sub dispositione virorum illustrium praefectorum per Illyricum, secum reputans, modum esse nullum, quo sine molestia indictaque causa ex ecclesia pelli turba posset, nisi quis subitam barbarorum incursionem praetexeret, coronato victore cor eius ad id permovente, clamare coepit: „Cives, barbari ad murum apparuerunt inopinato: quin cum armis omnes pro patria procurrite.” Haec ille simulans, ut vulgus videlicet exciri ex ecclesia, vestibulaque occludi posset; posteaque sedate conquisitio argenti fusi fieret. At enim id providentia accidit gloriosissimi Martyris, ne inscientia nostra noctu periclitaretur civitas. Nam populus omnis, audita illa nec opinata voce, in domum quisque stam cucurrit, armisque sumtis muros conscendit. (III.) Ibi conspiciunt in campo venerandi delubri martyris Christum gestantis Matronae turbam barbarorum, non ita quidem magnam (ad quinque millia aestimabantur a nobis), viribus autem plurimum valentem, quod electi essent omnes et in bellis exercitati. Neque tam subito adorti essent tantam urbem, nisi robore et animo quotquot suorum unquam praeliandi causa exierant superassent. Cives ut e muro clamorem sustulerant, adversariis perspicue visis (iam enim diluculum erat, et surgebat dies), plerique descendentes, reseratis portis, Christo et coronato victore illos roborante, foris praelium cum hostibus fecerunt, qui furore feritatis suae iam usque ad augustum fanum trium sanctarum martyrum, Chionae, Irenae et Agapes, proruerant. Id, ut scitis, proxime abest a muro urbis. Ita cum ad multum diem alteri alteris concurrerent, insectationesque ac recessus non sine discrimine facerent oppidani, ideo quod flos ex omni Sclavinorum gente delibatus, sicut dictum est, in adversa acie constiterat: denique, ipso Martyris numine se declarante, manus barbara eo ipso die repulsa est, revertique unde intraverat, coacta. Et quae tunc obvenerat improvisa atque atrox invasio, in hunc modum finem cepit.

De ciborio sive umbraculo altaris altius educto columnisque quatuor innixo copiosi sunt Ducangius Glossar. I. 653. D. Constantinop. Christ. 50. A. — 55. A. Descript. S. Sophiae 573. D. et Reiskius Comment. ad Const. Porphy. Caerimon. sul. Byz. II. 64. A. 78. B. De templo nobilissimo Thessalonicensi S. Demetrii collegit loca idem Ducangius ad Ann. Conn. 252. D. Tempus autem, quo Sclavini Thessalonicam sic tentaverunt, incidere videtur in a. 584: vide J. Chr. von Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs und seiner Nebenländer* I. 259. B. Paucisque annis post, ut prodit scriptor unde haec delibamus, Avarorum

princeps, legatis ad Mauricium Imp. missis, τὸν τὸ τηνικαῦτα τῶν Ἀβαρων ἡγούμενον, στείλλοντα πρέσβεις πρὸς τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, καὶ τὰ σκήπτρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατέχοντα τότε Μαυρίκιον, fol. 97 recto, cum non posset inter eos quicquam convenire, omnem Sclavinorum gentem in Thessalonicam effudit. Nam erat tunc tota haec natio in ditione eius: ὑπέικον γὰρ αὐτῷ τηνικαῦτα τὸ ἔθνος ἅπαν· quo confirmantur, quae Engelus loco cit. I. 258. C. de Sclavinis post a. 573. Avarorum imperio subiectis acute disputat. Sequitur in Cod. longa narratio de Thessalonica bis sub Mauricio Imp. acerrime oppugnata, semel tunc a Sclavinis, iterum ab ipsis Avaris: deque civitatis post varias B summasque angustias improvisa liberatione. Quae omnia ante a. 602, quo caesus est Mauricius, gesta, ab oculatoque teste perscripta (qui ideo alius esse debet ac Ioannes II. archiepiscopus Thessalonicensis, circa a. 680. florens), ut supplementum Historiae Theophylacti Simocattae in aliquo subsequentium voluminum, ut diximus, si res nostrae siverint, aliquanto pleniora atque emendatiora quam sunt in Actis Sanctorum, proferemus.

Pag. 176. lin. 4. τὸ ἡμισφαίριον τῆς ὑπερώας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας] Plura de hemisphaerio illo Ducangius Ad Pauli Silentiarii descriptionem S. Sophiae 546. B. Terrae motum, de quo hic Leo, memorat Elmacinus Histor. Sarac. 252. C. Similem, ut hic sub Basilio, Agathias 145. C. sub Iustiniano accidisse scribit. Alius sub Mauricio tantam Byzantinis formidinem intulit, auctore Theophylact. Simocatta Histor. 24. D. ὡς καὶ τοὺς ἑπκομανούντας ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀθρόον μετέλλεσθαι [1. μεθάλλεσθαι] πρὸς τὸ σῶφρον. Quae inepte vertit Iacobus Pontanus: *ut etiam qui equarum in morem libidinum furiiis agitentur, icti metu, repente ad pudicitiam sese darent.* Sunt enim οἱ ἑπκομανούντες homines equestribus ludis sive Circo dediti, qui omnes ex gymnasio τῶν ἑπικιῶν ἀγωνισμάτων, de quo Simocatta statim post 25. A. in ecclesias trepidantes se coniecerunt.

Ibid. lin. 8. ὁ ἐν τοῖς Εὐτρόπιου] De Eutropii portu Banduri Imper. Orient. II. 738. A. et Petrus Gyllius De Bosporo Thracio I. 338. D.

Ibid. lin. 9. καὶ ὁ ἐν αὐτῷ μοναστής] Quem usum, ut Simeonis Stylitae ritu vixi religiosi super columnis aetatem degerent, ad saeculum XII. perdurasse auctor est Nicetas Choniata. 244. C. Isaacium Angelum convocasse τοὺς γυμνόποδας καὶ χαμεύνας τῶν μοναχῶν, καὶ ὅσοι κλοσι τῆς γῆς ὑπερέρθησαν. Mire Hieronymus Wolfius vertit, *veluti columnis supra humum efferuntur:* et emendat in notis 437. D: *fortasse ὡσεὶ κλοσι, vel κλονες.* Reddendum, *qui columnis supra terram se extulerant.* Ac iam ante Andreas Schottus apud Photium 831. A. haec de S. Simeone Stylita, τοῦ ἐν τῷ κλονι στάσιν ἀθλήσαντος, qui [asceticae] stationis certamen in columna sustinuit, errore paene ioculari sic reddi-

derat: *Sancti Simeonis, qui in seditione Cionensi occubuit.* Nec facile, ut hoc obiter dicam, ea in versione pagellam invenias, quin sit deformata erroribus, interpretisque seu imperitiam seu oecitantiam prodat. Velut 887. D. Sophronius, qui saec. vii. Hierosolymae Patriarcha fuit, ad Honorium Imp. saec. v. mortuum scripsisse dicitur epistolam, ἡ ἀπεισάλη ἐν Πρώμῃ Ὁνωρίῳ τῷ ταύτης ἐπάρχοντι. Schottus: *Honorio Romano Imperatori missam.* Verte: *Honorio, huius [urbis Romae] antistiti, Pontifici.* Epistolae quoque Photii, a Richardo Montacuto versae atque editae, non mellorem subierunt fortunam. Nam modo interpres, ut erat rudis rerum Byzantarum, protospatharium ob non intellectum siglum ἀσπαθαρίῳ (vide supra 217. A.) *Aspatharium* vocat 69. A. et primum notarium vel primicerium (ἀνοτάριον) a *notariis* 361. B. modo tum religionum tum linguae Graecae admodum se ostendit imperitum. Sic 73. C. legitur, ridiculene dicam an scelerate: *retributio a caelis reposita est iis qui cum* P. 264 *proposito mentiendi verba impia protulere.* Sed locutio τοῖς ἐπὶ ψεύδεσι βῆμα πονήρῳν ὑφίσταμένοις, quae est allusio ad S. Matth. V. 11. sic erat reddenda: *iis qui malum verbum contra se mendaciter prolatum sustinent, patiuntur, tolerant.* Et 13. C. παρελθεῖν αἰτεῖσθαι τὸ ποτήριον τοῦ θανάτου, καὶ δόξαν αὐτῷ καλεῖν πάλιν, vertit, *deprecari ut transeat mortis poculum, et eandem rursus glorificationem dicere,* non animadverso participio nominativoque absoluto in altera parte locutionis, sic vertendae: *depr. ut transeat mortis poculum, et illud idem (cum ita visum ipsi fuisset) rursus arcessere.* Sed infinitum esset sigillatim persequi, ubi oscitans interpres ille alucinatus est.

*Ibid. lin. 16. τὴν τε Λογγιάδα καὶ τὸν Δριζήν]* Cedren. II. 683. C. habet κατὰ τὴν Ἀνάβαρσον καὶ τὸν Ποδανδόν. Scylitza ms. τὴν Ἀνάβαρσαν (vide supra 32. B.) καὶ τὰ Πανδαδόν. Δριζῆς sive Δριζῆς videtur locus quem Zonaras II. 201. A. Δριζίβιον, Cedren. II. 554. D. Δριζίον s. Δριζίον vocant.

*Pag. 178. lin. 7. τὰ ὑπάσματα]* Ὑπάσματα sunt saepissime Bapud scriptores Christianos *inquainamenta* seu *maculae* animi, h. e. *peccata.* Usurpant ita Theophanes Nicaenus Epist. doctrinali de patientia et longanimitat. 40. A. S. Basilus Epist. canonica II. ad Amphilocho. II. 773. C. Hesychius presbyter De temperant. et virtute I. 1001. A. Leo Imp. In exaltat. S. Crucis 268. 9. S. Gregorius Nyssa. In principium ieiun. III. 247. D. aliique multi.

*Ibid. lin. 22. ἐνιαυτούς 35, πρὸς ἡμέραις τριάκοντα]* Sic Cod. non siglis, sed plenis litteris. Male Cedr. II. 684. Β. βασιλεύσας ἔτη 5, τοσοῦτους μῆνας. nam Tzimisces die xi. Decembr. a. 969. nocte media Imperator salutatus (vide supra 225. A.), obiit die x. Ianuarii a. 976. Elmacinus Hist. Sar. 243. D. perperam scribit, eum mense Martio vita functum.



# CAROLI BENED. HASII

IN LIBRUM

DE VELITATIONE BELLICA

NICEPHORI AUGUSTI

NOTAE PHILOLOGICAE ET HISTORICAE.

*Pag. 181. ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΠΟΜΗΣ ΠΟΛΕΜΟΥ*] Cum ex P. 265 universo libello, tum maxime ex cap. vi. patet, *παραδρομήν* proprie esse, quando adversarios iter facientes a latere comitatis, exploratoribus et praecursoribus circum fuis, ut pro facultate et hostes a vastationibus arceas, et rei bene gerendae occasionem, si se offerat, ne amittas. Eadem bellandi ratio, adversariis considentibus, vocatur *παραμονή*, 141. D. 142. A. et *παραμένειν* 141. C. D. 144. A. D. 145. B. D. Ad exprimendam vocem *παραδρομή* cum verba *consectatio*, *assectatio*, *observatio*, *iaculatio equestris* (de qua C. Plinium Secundum librum scripsisse scimus), nequiquam satisfacerent, postremo vocem *velitatio* elegi, quae vim rei, quantum quidem Latine intelligo, paulo minus male reddere videbatur. Lambecius Comment. de Bibl. Caes. VII. 432. nimis generatim vertit *De re militari*, Fabricius Biblioth. Graec. VI. 347. *de eventibus bellicis et excursioni*. Quantopere fluctuarim in voce vertenda, vel ex diversis interpretationibus meis patet B 117. A. 125. B. 127. B. 152. A. 157. C.

*Pag. 185. lin. 11. ὃ Μελεινὸς ἐπέκλησις*] Hunc Constantinum Meleinum ducem Cappadociae a. 960. sive 961. operam prae-buisse Leoni Phocae in expeditione contra Chambdanum videmus ex fragmento Chronici inediti, quod dedi supra 199. C. Variatur in scriptura *Μαλεινός*, *Μαλίιν.*, *Μελεινός* et *Μελίινος*.

*Pag. 186. lin. 12. καὶ ἀκριτικῶν θεμάτων*] *Ἄκραι* sunt limites imperii, 122. A. 123. C. ergo *ἀκριτικὰ θέματα* provinciae in extremis finibus sitae, *limitanae*, 157. B. Unde homines qui limites habitant *ἀκρίται* vocantur 122. D.

*Ibid.* lin. 17. ἐπιστῶντας] Eiusmodi formas in ἄω cum scriptor noster tum alii huius aetatis multo magis frequentant quam verba in μ. Sic διῆστῶν 122. B. ἐπιστῶν 121. B. D. ἐπιστῶν 146. A. 152. C. καθιστῶν 122. D.

P. 266

*Pag.* 188. lin. 10. αἱ χωραὶ] Hoc est, *plebs pagana*, habitatores vicorum quos χωρῖα vocat 127. B. χωρίτας 126. B. 133. C. 158. B. οἰκήτορας τῶν χωρίων 132. B. 140. A. τοὺς τῶν χωρίων πολίτας 160. C. Est enim χωρίον apud Graecos medii aevi recentisque *vicus*, *pagus*, ut vel ex Tacticis Nicephori liquet 152. D. 159. C. Ducangius Glossar. II. 1774. D. Quod non animadvertit Reiskius Constantin. Porphyrog. Caerim. aul. Byzant. I. 258. A. τὰ χωρῖα *regiones* interpretatus.

*Ibid.* lin. 11. τῶν ἐκσπηλατόρων] Ἐκσπηλάτορες, seu, ut secundum etymologiam scribendum fuisset, ἐξπιλάτορες, expressi in versione servato nomine *expilatores*: possis tamen quoque vertere *exinanitores*. Nam quod faciebant οἱ ἐκσπηλάτορες, ut multitudinem paganam, greges, omnia denique ex agris in loca munita compellerent, voce propria vocatur *exinanire*. Hirtius Bell. African. cap. 20. Neque aliter Reiskius exponit vocem ἐκσπηλεύειν Constant. Porphyrog. Caerimon. Byzant. I. 258. D. Substantivum ἐκσπηλάτωρ habes praeter hunc locum 127. B. verbum ἐκσπηλεύειν s. ἐξπιλεύειν 139. A. 157. D.

B *Pag.* 190. lin. 12. προσανωφερέης] Omissa est in Lexicis haec vox.

*Pag.* 191. lin. 18. ἀπαξ δὲ ἐπὶ τοῦ καλοῦ βασιλέως Πρωανοῦ] De hoc praelio Leonis Phocae contra Chambdanum vide Leonem Diaconum supra 13. A. et notas meas 199. D.

*Pag.* 192. lin. 16. κατακοπιῶντες] Conieci in margine, *κατάκοποι ὄντες*. Sic 132. A. τὸν λαὸν αὐτοῦ κατάκοπον ὄντα et *κατακόπος* 140. B. De voce *κατάκοπος*, ab aliis quoque usurpata, vide Lexicographos.

*Pag.* 193. lin. 11. ἀπαρόπλιστοι] Vocabulum nondum receptum in Lexica, a *παροπλίζω*, *exarmo*, quod notum est. Vide infra C. *παριπαράτος*.

*Pag.* 194. lin. 12. τὰ λεγόμενα μονόκουρσα] *Μονόκουρσα*, ut patet ex serie orationis, sunt, quando hostium equites soli, absque peditatu, incursionem faciunt. Est enim *κούρσος* seu *κούρσον* impressio subitanea. Quod non intellexit interpret Achmetis Onirocr. 261. A. ἰλεύσεται ἐχθρὸς δίκην κούρσου, ridicule vertens, *instar animalculi vitibus infesti, quod cercum vocant*.

C *Pag.* 196. lin. 9. τοὺς τραπέζιτας ἀποστέλλειν] De trapezitis, quorum iam supra mentio facta est 121. D. vide Ducangium Glossario II. 1535. B.

*Pag.* 197. lin. 13. τοὺς παρασυρτάτους] De his vide Ducang. Gloss. 1494. A. sunt qui equos dextrarios ducunt. Sic πρ-

ρασύρεθαι Constant. Porphyrogen. Caerim. Byz. I. 266. D. 267. A. et τὰ παρὰσουρα ἰππάρια ibid. I. 279. D. De equis συρτοῖς Ducang. ad Alexiad. 227. C.

*Ibid.* lin. 15. τοὺς παριππαράτους] Verti *agasones*, ut vult Ducangius Gloss. 1121. C: sed suspicor verum vocis sensum esse *equis destituti*, vel, *equis detritis* (quos πτωχὰ ἰππάρια vocat Constant. Porphyrog. Caerim. Byz. I. 280. C.) *vecti*: ut eius contrarium sit *καλοῖππαράτος*, 125. D. 139. B. Παριππαράτος α. παραιππαράτος legitur item 139. B. 147. A.

*Pag.* 198. lin. 12. τὰ φούλκια] Φούλκον est militum globus, in subsidiis locatus ad tutandum τὸ σκόρπισμα (131. C.), hoc est eos qui diripiendi aut insequendi causa solutis ordinibus discurrunt. Sic 131. D. 144. A. 149. C. 152. B. C. 153. A. D. 154. A. 161. A. C. Interdum praesidio est iumentis pascentibus 135. D. Idem vocatur *φουλακή* 148. C.

*Pag.* 199. lin. 6. ὄχλαγωγίαν] Videtur significare *fremitum castrorum*, ut voce T. Livii utar xxx. 30. Confer 129. D. et 142. A.

*Pag.* 200. lin. 21. ξινίχνα] Vox adhuc neque in Glossaria recepta, neque in Lexica.

*Pag.* 202. lin. 9. οὗς δὴ σάκα ὀνομάζουσι.] De voce *σάκα* vide Ducangium Glossar. II. 1319. B. ubi tota haec comprehensio tanquam ex auctore anonymo descripta est. Ex locis autem ibi allatis nostrisque 146. B. 147. B. 166. C. D. intelliges, sic nominari turmam equitum, exercitus incedentis agmen claudentem, ita tamen, ut rato intervallo a novissimo agmine absit. Apud Continuat. Theophan. 298. A. videtur esse *agmen subsidiarium*. Contrarium τοῦ *σάκα* est agmen antesignanorum, a Saracenis Tarsensibus *veredum*, βέρεδον, vocatum, 136. C. et 137. A.

*Ibid.* lin. 10. Μήκοθεν] Huius vocis paulo rarioris antepenultimam Codd. nostri acunt ubique, ut hic et 132. A. 136. D. P. 267 146. A. 147. A. 149. A. 152. A. 161. A. cui et analogia suffragari videtur (conf. Wagner *Lehre von dem Accent* 129. B.) et patrocinantur Codd. editionesque S. Epiphanii Adv. haer. I. 1076. D. 1106. A. S. Macarii Homil. xxviii. De calamitat. animae 385. A. Incertique De Persica captivit. 329. B. Contra penultimam acuit Schneiderus vir summus in Lexic. II, 73. C. ex fabula in Tyrwhitti Dias. de Babrio p. 12. eodemque modo scribit Ammonius De SS. monachis Sinaitis 109. C. Certe adverbium *μακρόθεν* paenacutitur vel in nostro Cod. 128. D. 131. C.

*Pag.* 213. lin. 16. Ἴππους τραχεῖς] Sive potius *ταχεῖς*. Infra quoque 147. A. Ἴππους ταχεῖς.

*Pag.* 216. lin. 4. τοὺς παριππαράτους καὶ ἐνταγιστράτους] De παριππαράτοις dixi 266. C. Vocem *ἐνταγιστράτοι* exponit Ducangius Gloss. II. 1523. B.

*Pag. 241. lin. 5. περιπολούντων*] Conieci *περπολούντων*·  
conf. 157. D. *χρονίζειν ἐν αὐτῇ, καὶ περπολεῖν*· item 159. C.

B *Ibid. lin. 16. τὸ κάστρον Μισθελίας*] De hoc oppido, prope  
Iconium, occidentem versus, sito, Le Quien Orient. Christ. I.  
1085. C. Scribitur *Μισθιον, Μισθελία, ας, et τὰ Μισθια*, plu-  
rali neutro.

*Pag. 250. lin. 19. Ἀδατῶν*] Fortasse oppidum Adadorum,  
*τὰ Ἀδαδα*, in Pisidia prope Seleuciam, ortum versus. Le Quien  
Orient. Christ. I. 1035. B. Tametsi inspecto locorum situ potius  
dicas esse *τὴν Ἀδάνην s. τὰ Ἀδανα*, notissimam Ciliciae Tracheae  
civitatem, Tarsi vicinam, ad Sarum flumen.

---

## INDEX EDITIONUM \*

### SCRIPTORUM SIVE GENTILIIUM SIVE CHRISTIANORUM,

#### QUIBUS

C. B. HASIUS IN NOTIS SCRIBENDIS PRAECIPUE USUS EST.

---

- A**CHILLES TATTUS De amoribus Clitophontis et Leucippes, cum P. 273 notis Cl. Salmasii. Lugdun. Batav. 1640. 16.
- A**CHMETIS, F. Seirim, Oneirocritica, cum Nicolai Rigaltii notis. Lutetiae, 1603. 4.
- A**ELIANI Varia historia, curante Gronovio. Lugdun. Batav. 1731. 4.
- A**ESCHINIS Socratici Dialogi tres graece. Tertium edidit Ioh. Frider. Fischerus. Lipsiae, 1786. 8.
- A**GAPETI diaconi Expositio capitum paraeneticorum, graece et lat. ex recensione Mart. Hayneccii, in Enchiridio ethico edito Lipsiae, 1600. 8.
- A**LCIPHRONIS Epistolae, cum Stephani Bergleri commentario integro et notis I. A. Wagner. Lipsiae, 1798. 8.
- A**LEXANDER monachus De inventione S. Crucis, Iacobo Gretsero interprete. Ingolstadtii, 1620. 8.
- A**MMONIUS monachus De caede monachorum Sinaitarum, editus a F. Combefisio, una cum Vita SS. Eustachii et Theopistes uxoris, et cum Actis S. Phileae, Petri Alexandrini, Theodotae Nicaenae, Silvestri Romani, etc. Parisiis, 1660. 8.

\* Eiusmodi indices, quamvis a familiaribus quibusdam meis non nimium probatos, vix tamen abesse posse arbitror ab hoc genere scripturae, in gratiam Lexicographorum partim suscepto: quodque saepe nitatur auctoritatibus labentis Graeciae atque inclinatae. Quas si quis ad trutinam revocare denuo velit, nae ille sine indice, qualis est huc coniectus (quo subsequentiis etiam voll. lectores referre se poterunt), multum laboris et operae volutandis libris frustra consumat necesse est. Praeterea monemus, 1.) scriptores historiae Byzantinae sicubi laudantur (veluti Agathias, Anna Comnena, Cedraeus, Georgius Codinus, Nicetas Choniates, Theophylactus Simocatta, Zonaras, etc.), adeundas semper esse editiones Regiae Corporis Byzantini; 2.) scriptores ineditos, quibus usi simus, inveniri infra in Indice altero, sub voce *Inedita*. C. B. HASIUS.

- AMPHILOCHI**, episcopi Iconii, Oratio de occurso Domini, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II, Parisiis, 1624. Fol.
- ANASTASII** Sinaitae Quaestiones et responsiones, Gentiano Herveto interprete. Ingolstadii, 1617. 4.
- Eiusdem Hodegus, editus a Iacobo Gretsero. Ingolstadii, 1606. 4.
- Eiusdem Homiliae in Psalmum sextum, et de sacra synaxi, in tomo III. Lectionum antiquarum Henrici Canisii. Ingolstadii, 1603. 4.
- Eiusdem liber De creatione hominis, editus à Ioanne Tarino in fine Philocaliae Origenis. Parisiis, 1618. 4.
- P. 274 **ANDREAE**, archiepiscopi Hierosolymitani, Sermo in salutationem S. Mariae Deiparae, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- S. ANTIUCHI** Pandectes Scripturae divinae, ad Enstachium praepositum, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.
- ANTONINI** Imp. De vita sua libri XII, cum notis Guil. Xylandri et Merici Casauboni. Londini, 1643. 8.
- ARETHAE**, Caeareae episcopi, Explanations in Apocalypsin, ex interpretatione Ioannis Hentenii. Lutetiae Parisiorum, 1631. Fol.
- ARISTRAE** Historia, LXX. interpretum, edit. Schardii. Basileae, 1661. 8.
- ARISTOTELIS** Opera omnia graece et latine, etc. Guillelmus DuVallius tertio recognovit, etc. Parisiis, 1654. Fol.
- ARSENII** Doctrina et exhortatio, in Combefisii Bibliothecae graecorum Patrum Auctario novissimo. Parisiis, 1672. Fol.
- ARTEMIDORI** Daldiani Oneirocritica, cum Nic. Rigaltii notis. Lutetiae, 1603. 4.
- ASTRAMPSYCHI** Somniorum interpretatio, ad calcem Artemidori, edit. Rigaltii. Lutetiae, 1603. 4.
- Vita S. Antonii, scripta a S. **ATHANASIO**, edita a Davide Hoeschelio. Augustae Vindelicorum, 1611. 4.
- ATHENAEUS** De machinis, inter Mathematicos typis Regiis excusos. Parisiis, 1693. Fol.
- ATHENAGORAE** Atheniensis, philosophi Christiani, Opera, ad calcem S. Iustini Martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.
- Vita S. **BACCHI**, edita a Combefisio in Christi martyrum lecta triade. Parisiis, 1666. 8.
- S. BARNABAE** Epistola catholica, cum notis Hugonis Menardi. Parisiis, 1645. 4.
- S. BASILII** Magni Opera omnia quae reperiri potuerunt. Parisiis, sumptibus Claudii Morelli, 1618. Fol.
- S. BASILII**, Seleucia in Isauria episcopi, Opera omnia, ad calcem S. Gregorii Thaumaturgi. Parisiis, 1621. Fol.

- BIBLIA** Septuaginta interpretum. Londini, 1653. 8. iuxta editionem Romanam.
- CEBERTIS** Tabula; edidit Iosephus Simpson. Oxonii, 1738. 8.
- CHARITONIS** Aphrodisiensis De Chaerea et Callirrhœ amatoriarum narrationum libri VIII. publicavit I. P. d'Orville; editio altera. Lipsiæ, 1783. 8.
- CHRYSAIPPI**, presbyteri Hierosolymitani, Homilia de S. Maria Deipara, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- Ἰωάννου τοῦ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ τὰ εὐρισκόμενα, δι' ἐπιμελείας καὶ ἀναλωμάτων Ἐρδίκου τοῦ Σαβίλλου.** Etonae, in collegio Regali, 1612. Fol.
- S. IOANNIS CHRYSOSTOMI** Opera, ex edit. Frontonis Ducaei Burdigalensis. Parisiis, 1636. Fol.
- S. IOANNIS CHRYSOSTOMI** Homiliae quatuor in Psalmos, et Interpretatio Danielis, interprete Ioanne Cotelerio. Parisiis, 1661. 4.
- Eiusdem** De educandis liberis liber: accedunt eiusdem Orationes aliae quinque, in Christi nativitatem, in Sancta lumina, in recens Baptizatos, in Timores, et Post terraemotum: edita a Francisco Combefis. Parisiis, 1656. 8.
- CLEMENTIS** Alexandrini Opera quae extant, graece et latine. Lutetiae Parisiorum, typis Regis, 1641. Fol.
- S. CLEMENTIS** Romani Epistola ad Corinthios, cum notis Patricii Iunii. Oxonii, 1633. 4.
- Eiusdem** De peregrinationibus S. Petri epitome, Parisiis, apud Turnebum, 1656. 4.
- Eiusdem** Constitutiones apostolicae, graece. Venetiis, 1563. 4. P. 275
- Collectio Regia maxima CONCILIORUM**, seu acta Conciliorum etc., graece et latine, studio Ioannis Harduini. Parisiis, ex typographia Regia, 1715. Fol.
- ΚΟΣΜΑΣ** Indicopleustae Topographia Christiana, graece et latine, ex interpretatione et cum notis ac praefationibus D. Bernardi de Montfaucon. Parisiis, 1706. Fol.
- S. CYRILLI**, archiepiscopi Hierosolymorum, Oratio de occursu Domini, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- Eiusdem** Catecheses, opera I. Prevotii Burdegalensis. Parisiis, 1608. 4.
- DEMOSTHENES** inter Oratores graecos Reiskii. Lipsiæ, 1770. 8.
- Laërtii DIOGENIS** De vitis philosophorum libri decem, Londini, apud Hatchiffe, 1664. Fol.
- DIONYSII** Halicarnassensis Opera omnia, cum annotatt. Io. Iac. Reiske. Lipsiæ, 1774—1777. 8.
- DIOSCORIDIS** Opera edit. Saraceni, apud Wechel. 1598. Fol.
- B. ΔΟΘΥΚΕΙ** Expositiones et doctrinae diversae de vita recte et pie

- instituenta, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.
- VITA S. ELLAE, auctore anonymo, edita a Combefisio in Christi martyrum lecta triade. Parisiis, 1666. 8.
- EPICURETI Opera, editione I. Schweighaeuseri. Lipsiae, 1799. 8.
- S. EPIPHANII Opera omnia. Dionysius Petavius S. I. recensuit, latine vertit, et animadversionibus illustravit. Parisiis, 1622. Fol.
- EURIPIDES, ex editione Beckii. Lipsiae, 1778. 4.
- EUSEBII Pamphili Ecclesiasticae historiae libri decem, ex edit. Henrici Valesii. Parisiis, 1659. Fol.
- Eiusdem De demonstratione evangelica libri decem. Parisiis, 1628. Fol. Accedunt eiusdem libri Contra Hieroclem et Contra Marcellum.
- Eiusdem Praeparatio evangelica. Fr. Vigerus recensuit. Parisiis, 1628. Fol.
- Eiusdem Commentarii in psalmos, in Collectione nova Patrum D. Bernardi de Montfaucon. Parisiis, 1706. Fol.
- EUSTRATII presbyteri Constantinopolitani liber De operatione animarum post mortem, editus a Leone Allatio in libro de Purgatorio. Romae, 1655. 8.
- EUTHYMI monachi Confutatio Iamaëltarum, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- EVAGRII scholastici Historia ecclesiastica. Henricus Valesius graeca emendavit, latine vertit et annotationibus illustravit. Parisiis, 1673. Fol.
- GELASII Cyziceni Historia concilii Nicaeni, in tomo I. Actorum Concill. edit. Harduin. Parisiis, ex typographia Regia, 1715. Fol.
- GEORGI archiepiscopi Alexandrini Vita S. Ioannis Chrysostomi, in tomo VIII. Operum S. Chrysostomi editionis Anglicanae. Etonae, 1612. Fol.
- GEORGI Pisidae Exaëmeron [sic] seu mundi opificium, poëma. Item Senarii de vanitate humana, graece et latine per Fed. Morellum. Parisiis, 1584. 4.
- S. GERMANT, archiepiscopi Constantinopolitani, Orationes, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- GREGENTII, archiepiscopi Tephrensensis, Disputatio cum Herbaso Iudaeo, Nicolao Gulonio interprete. Lutet. Paris. 1586. 8.
- S. GREGORII Neocaesariensis, cognomento Thaumaturgi, Opera omnia. Paris. 1621. Fol.
- S. GREGORII Nysseni Opera omnia. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1615. Fol.
- P. 276 GREGORII presbyteri Vita S. Gregorii Nazianzeni, in fronte Opp. S. Gregorii editionis Billianaë. Parisiis, 1609. Fol.
- HADRIANI Isagoge Sacrarum Scripturarum, edita a Davide Hoeschelio. Augustae Vindelic. 1602. 4.
- Collectio Regia maxima Conciliorum, seu acta Conciliorum etc.



- graece et latine, studio Ioannis HARDUINI. Parisiis, ex typographia Regia, 1715. Fol.
- HELIODORI Aethiopicorum libri decem, cum notis Iohannis Bourdelotii. Paris. 1619. 8.
- HERPHAESTIONIS Thebani Apotelesmatica, in Astrologiis Ioachimi Camerarii. Norimbergae, 1532. 4.
- HERMETIS Triamegisti Iatromathematica, in Astrologiis Ioachimi Camerarii. Norimbergae, 1532. 4.
- HERMIAE philosophi Gentilium philosophorum irrisio, ad calcem S. Iustini martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.
- HERODIANI Historiarum libri octo, curante Theophilo Guilielmo Irmisch. Lipsiae, 1789. 8.
- HERODOTI Historiarum libri novem, ex editione Wesselingii. Amstelodami, 1763. Fol.
- HERONIS Belopoeitica, cum versione et notis Bernardi Baldi, inter Mechanicos typis Regiis excusos. Parisiis, 1693. Fol.
- HESYCHII presbyteri Sermo de temperantia et virtute, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.
- HIMERII sophistae quae reperiri potuerunt. Edidit Gottlieb Wernsdorffius. Gottingae, 1790. 8.
- HIPPOLYTUS De antichristo, ex editione Marquardi Gudii. Parisiis, 1661. 8.
- HORAPOLLINIS Hieroglyphica, cum notis Ioannis Merceri et Davidis Hoeschelii. Augustae Vindelicorum, 1595. 4.
- HYPERECHII presbyteri Adhortatio ad monachos, in Combesii Bibliothecae graecorum Patrum Auctario novissimo. Parisiis, 1672. Fol.
- LAMBLICUS in Arithmetica Nicomachi Geraseni, interprete Samuele Tennulio. Arnheimiae, 1668. 4.
- IGNATHI Epistolae, cum notis Isaaci Vossii. Amstelodami, 1646. 4.
- IOANNIS a S. Andrea Liturgia S. Marci Alexandrini, in Eusebii Renaudot Collectione liturgiarum Orientalium. Parisiis, 1715. 4. *Interdum tamen (ut 269. D.) usus sum edit. priore, instituta ab ipso Ioanne a S. Andrea*, Parisiis, 1583. 8.
- IOANNIS Climaci Opera, interprete Matthaeo Radero. Parisiis, 1633. Fol.
- IOANNES Ieiunator De poenitentia, et IOANNES monachus De eadem, editi a Ioanne Marino in fine libri De poenitentia. Parisiis, 1651. Fol.
- IOANNIS Moschi Pratum spirituale, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- IOANNES Philoponus De creatione mundi, interprete Balthasare Corderio. Viennae Austriae, 1630. 4.
- FL. IOSEPHI Opera quae extant. Coloniae Allobrogum: excudebat Petrus de la Rouiere, 1611. Fol.
- S. ISIDORI Pelusiotae Epistolarum mille ducentarum libri tres, etc.

- Parisiis, 1585. Fol. *In libro quarto autem et quinto usus sum editione illa:*
- S. ISIDORI Pelusiotae De interpretatione Divinae Scripturae Epistolarum libri V. Parisiis, sumptibus Aegidii Morelli, 1638. Fol.
- P. 277 S. IUSTINI philosophi et martyris Opera. Lutetiae Parisiorum, typis Regiis, apud Claudium Morellum, 1615. Fol.
- LEONTII Byzantini Sectarum historia, sive de sectis scholae, graece et latine editae a Leunclavio, cum legatione Manuelis Comneni ad Armenios. 1578. 8.
- LONGI Pastoralium de Daphnide et Chloë libri IV. cum notis Gothofredi Iungermanni. Hanoviae, 1605. A.
- LUCIANI Opera, editione Ioannis Frederici Reitzii. Amstelodami, 1743. 4. *Ubique numerus tertius indicat versum s. lineam paginae. Sed quando loco tertio littera maiuscula conspicitur, quaerendus est locus in editione Benedicti duobus tomis, Salmurii, 1619. 8.*
- LYCOPHRONIS Alexandra, editione H. G. Reichardi. Lipsiae, 1787. 8.
- MACARII Aegyptii Homiliae spirituales quinquaginta, editae studio Zachariae Palthenii. Francofurti, 1594. 8.
- Liturgia S. MARCI Alexandriini, in Eusebii Renaudot Collectione liturgiarum Orientalium. Parisiis, 1715. 4. *Interdum quoque usus sum edit. Ioannis a S. Andrea, Parisiis, 1583. 8.*
- S. MARCI eremitae Opera quae extant omnia, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.
- MENOLOGIUM Graecorum, iussu Basilii Imp. graece olim editum, nunc primum graece et latine prodit studio et opera Annibalis Tit. S. Clementis presbyteri Card. Albani. Urbini, 1727. Fol.
- METHODII Convivium decem virginum, edit. Leonis Allatii. Romae, 1656. 8.
- NEMESIUS De natura hominis, editione Nicasii Ellebodii. Antverpiae, apud Plantinum, 1565. 8.
- Catena graecorum Patrum in Iob, collectore NICETA, Heraclaeae metropolita, graece nunc primum in lucem edita et latine versa, opera et studio Patricii Iunii. Londini, 1637. Fol.
- NICETAE Paphlagonis Vitae S. Hyacinthi et Eustathii, editae a F. Combefis. Parisiis, 1666. 8.
- Vita S. patris nostri Ignatii archiepiscopi Cplitani, auctore NICETA cognomento Paphlagone, in tomo V. Actorum Concill. edit. Harduin. Parisiis, ex typographia Regia, 1714. Fol. pag. 943. — 1010.
- NICOMACHI Geraseni Arithmeticae libri duo, apud Christianum Wechelum. Parisiis, 1538. 4.
- S. NILI Epistolae, op. et studio Petri Possini. Parisiis, ex typographia Regia, 1657. 4.
- Eiusdem Capita de octo vitiis, in Combefisii Auctario Patrum novissimo. Parisiis, 1672. Fol.

- Eiusdem *Capita paraenetica*, in *Bibliotheca Patrum graeco-latina*, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- Vita S. NILI iunioris, s. Rossanensis Calabri, cum versione Ioann. Matthaei Caryophili. Romae, 1624. 4.
- NONNUS medicus De omnium particularium morborum curatione, edit. Hieremiae Martii. Argentorati, 1568. 8.
- OLYMPIODORI Commentarii in Ecclesiasten et in Canticum Canticorum, in *Bibliotheca Patrum graeco-latina*, tom. II. Parisiis, 1724. Fol.
- ONOSANDRI Strategicus, ex editione Nicolai Rigaltii. Lutetiae, 1599. 4.
- ORIGENES in Ieremiam, editus sub nomine Cyrilli a P. Corderio. Antverpiae, 1648. 8.
- Idem *Contra Celsum*, interprete Sigismundo Gelenio. Cantabrigiae, P. 278 1658. 4.
- Eiusdem *Exegetica*, seu *Commentaria in S. Scripturas*, graece et latine, studio et labore Petri Danielis Huetii. Rothomagi, 1668. Fol.
- PALLADII De vita S. Chrysostomi dialogus, graece et latine, cura et studio Emerici Bigotii. Lutetiae Parisiorum, 1680. 4.
- Eiusdem *Historia Lausica*, in *Bibliotheca Patrum graeco-latina*, tom. II. Parisiis, 1624. Fol. *Interdum, sed rarius, usus sum editione Meursii*, Lugduni Batav. 1616. 4.
- Idem De Bragmanibus, interprete Edoardo Bessaeo. Londini, 1665. 4.
- PANTALEONIS, diaconi magnae ecclesiae, Sermo de sanctis luminibus, in *Bibliotheca Patrum graeco-latina*, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- PAULI Alexandrini *Isagoge apotelesmatica*, cum versione Andreae Schatonis. Witebergae, 1586. 4.
- PETRI Siculi *Historia Manichaeorum*, edita per Matthaeum Raderum, e societate Iesu. Ingolstadii, 1604. 4.
- PHALARIDIS *Epistolae graece et latine*, Thoma Naogeorgo interprete. Basileae, apud Oporinum, 1558. 8.
- PHILO Byzantius De telorum constructione, inter *Mathematicos veteres*. Parisiis, ex typographia Regia, 1693. Fol.
- PHILONIS Iudaei *Opera*: excudebat Petrus de la Rouiere. Coloniae Allobrogum, 1613. Fol.
- PHILOTHEI, patriarchae Constantinopolitani, *Laudatio trium Pontificum*, in *Bibliotheca Patrum graeco-latina*, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- PHOTII patriarchae ad episcopum Aquileiensem *Epistola*, in *Bibliothecae graecorum Patrum Auctario novissimo* a Combefisio edito Parisiis, 1672. Fol.
- Eiusdem *Bibliotheca*, latine reddita scholiisque illustrata ab Andrea Schotto. Rothomagi, 1653. Fol.

- PINDARI** Carmina: iterum curavit Chr. Gottl. Heyne. Gottingae, 1798. 8.
- PLUTARCHI** Opera, Guillelmo Xylandro interprete. Francofurti, in officina Aubriorum, 1620. Fol.
- POLYBII** Historiarum quidquid superest. Recensuit, digessit, illustravit Ioann. Schweighaeuser. Lipsiae, 1789. 8.
- Vita S. Epiphanii**, scripta a **POLYBIO** Rhinocorurorum episcopo, in tomo II. Opp. S. Epiphanii edit. Petav. Parisiis, 1622. Fol.
- PORPHYRII** Opera, graeco-latine. Cantabrigiae, 1655. 8.
- Eiusdem Vita Plotini**, initio Operum philosophicorum Plotini. Basileae, 1580. Fol.
- PROCLI** Lycii Hypotyposis astronomicarum positionum, graece, apud Ioannem Walderum. Basileae, 1540. 4.
- Eiusdem Paraphrasis in Ptolemaei libros iv. De siderum affectionibus**, interprete Leone Allatio. Lugduni Batav. 1635. 8.
- Balthasaris Corderii Expositio Patrum Graecorum in PSALMOS**, ex vetustissimis mss. Codicibus concinnata, graece et latine, ex versione eiusdem Balth. Corderii. Antverpiae, 1643. et 1646. Fol.
- Cl. PTOLEMAEI** Tetrabiblos, graece et latine, libri iv. Melanchthous interprete. Eiusdem Carpus, ex versione Ioviani Pontani. Basileae, per Ioannem Oporinum [*sine nota anni*], 8.
- Eiusdem Geographia**, graece. Basileae, apud Frobenium, 1533. 8.
- P. 279 SAMONAE**, archiepiscopi Gazae, cum Achmede Saraceno disceptatio, in Ducaci Auctario Bibliothecae Patrum, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- SCHEIDERS** Kritisches Griechisch-Deutsches Wörterbuch. Zweite Auflage. Iena und Leipzig, 1805. 4.
- SEVERIANI**, Gabalorum episcopi, Oratio in S. Crucem, edita a Combefisio ad calcem S. Chrysostomi De educandis liberis. Parisiis, 1656. 8.
- Eiusdem Orationes sex in creationem mundi**, in tomo VII. operum S. Ioannis Chrysostomi. Etonae, 1612. Fol.
- SEXTI** Empirici Opera, a Fabricio edita. Lipsiae, 1718. Fol.
- SIMEONIS** Metaphrastae Vitae SS. Ioannis et Lucae, editae Oxoniae, 1597. 12.
- STEPHANI** Byzantini Gentilia per epitomen, De urbibus inscripta, quae restituit, supplevit ac latina versione illustravit Abrahamus Berkelius. Lugduni Batavorum, 1694. Fol.
- STRABONIS** libri XVII. editione Almeloventi. Amstelaedami, 1707. Fol.
- SUIDAE** Lexicon ex editione Kusteri. Cantabrigiae, 1705. Fol.
- SYNESI** Epistolae, Thoma Naogeorgo interprete. Basileae, per Ioannem Oporinum, 1558. 8.

- TATIANI** Assyrii Oratio ad Graecos, quod nihil eorum studiorum, quibus Graeci gloriantur, apud ipsos natum, sed omnia a barbaris inventa sint: ad calcem S. Iustini martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.
- THALASSII** abbatis Centuriae de charitate et continentia, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- THEMISTOCLIS** Epistolae, interprete Ioann. Matthaeo Caryophilo. Romae, 1626. 4.
- THEODORETI** Opera etc. . . . edit. I. A. Noesselt. Halae Sax. 1771. 8.
- THEODORETI** episcopi Cyri Historia ecclesiastica. Henricus Valesius graeca emendavit, latine vertit et annotationibus illustravit. Parisiis, 1673. Fol.
- THEODORI** Abucarae Opuscula, ad calcem Hodegi Anastasii Sinaitae edita ab Iacobo Gretsero. Ingolstadii, 1606. 4.
- THEODORUS** Studita De inventione capitis S. Ioannis Prodromi, *in calce libri Ducangiani* Traité historique du chef de S. Jean-Baptiste, et, par occasion, des autres reliques du même Saint. Paris, 1665. 4.
- THEODOTI** Epitome adhortationis Orientalis, ad calcem S. Clementis Alexandrini edit. Paris. 1641. Fol.
- Τῶ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΜΕΝΑ** τῆς ἀριθμητικῆς, edita Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1543. 4.
- THEOPHANI** Ceramei, archiepiscopi Tauromenitani, Homilia in Evangelia dominicalia et festa totius anni, graece et latine, studio Francisci Scorsi. Lutetiae Parisiorum, 1644. Fol.
- THEOPHANI** archiepiscopi Nicaeni Opera omnia, interprete Gonzalvo Ponce de Leon. Romae, 1590. 8.
- THEOPHILI** patriarchae Antiocheni Contra Christianae religionis calumniatores ad Autolycum libri tres, ad calcem S. Iustini martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.
- THEOPHRASTUS** De historia plantarum, edit. Stapel. Amstelodam. 1644. Fol.
- THEOPHYLACTI** archiepiscopi Bulgariae Epistolae, edit. Ioannis Meursii, in Opp. Ioann. Meursii ex recensione Ioann. Lami vol. VIII. Florentiae, 1746. Fol.
- THEORIANI** Orthodoxi Disputatio cum Catholico Armeniorum, edita cum latina versione Io. Leunclavii. Basil. 1578. 8.
- TIMOTHEI**, presbyteri Hierosolymitani, De Simeone propheta oratio, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol. P. 230
- TITI**, Bostrorum episcopi, Expositio in evangelium Lucae, in Bi-

- bibliotheca Patrum graeco - latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
- Fragmenta ex Anthologia VETTI VALENTIS, in Astrologia Camerarii. Norimbergae, 1532. 4.
- ZACHARIAE, Hierosolymorum patriarchae, De Persica captivitate ex Perside epistola, edita a Combefisio ad calcem Chrysostomi De educandis liberis. Parisiis, 1656. 8.
- Vita S. Benedicti, a S. Gregorio Magno latine conscripta, et a ZACHARIA Papa Romano in graecam linguam translata. Ingolstadii, ex typographia Adami Sartorii, 1602. 8.
-

---

NICOLAI MARIAE FOGGINII  
A D N O T A T I O N E S  
IN  
THEODOSII ACROASES.

---

IN PRAEFATIONEM.

Vers. 1. Ὁ Μαγίστρων ἦλκε] Nicephorum Phocam Magistri Ed. Rom.  
dignitate fuisse insignitum Cedrenus Curopalates, incertus con- P. 376  
tinuator Theophanis, ceterique scriptores testantur. Magister Col. 1  
autem dicebatur primus inter nobiles Imperatoris familiares, seu,  
ut inquit Evagrius Histor. lib. III. cap. 29. ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ  
αὐτῇ τάξεω, praefectus officiorum palatii. Haec dignitas, vel  
ipso Patriciatu illustrior, et ἀπέρολαμπρος splendidissima ab Hi-  
storicis dicta, uni primum conferebatur, at deinceps collata est  
pluribus, ut ex Luitprando Rer. per Europ. gest. lib. VI. cap. 5.  
colligitur, qui viginti quatuor Magistros enumerat. Theodosius  
Magistorum solem Nicephorum appellasse videtur, vel quia Ni-  
cephorus inter plures primus esset, vel ob praeclara eius gesta,  
quibus huius dignitatis splendorem auxerat ad ceterorum Magi-  
strorum exemplum.

2. Πώμης ἐνδικητά] Romae vindex certe fuit hic Nicephorus,  
quia, ut inquit Cedrenus Histor. Comp. pag. 642. πολλὰ τρώπαια  
στήσαντα κατὰ τῶν ἐφῶν Σαρακηῶν, multa de Saracenis orien-  
talibus statuerat tropaea, qui Romani Imperii provincias depo-  
pulantur, et quia Cretam a Saracenis Hispanis olim occupatam  
Romanorum Imperio restituerat.

3. Πεπόνηται μὲν πρὸ καιροῦ etc.] Haec de Cretae expugna-  
tione carmina iam antea, vivente nempe Imp. Romano iuniore,  
a se confecta fuisse Theodosius testatur. Cur autem ea in lucem  
non produxerit, necdum capta occasione triumphi, atque adeo Col. 2  
ovationis, quam Nicephorus de Creta expugnata egerat, rationem  
hanc reddit: id facere timuisse, quod a gestorum eius gloria plus  
aequo illa distarent. At vera causa fortasse potius fuit, ne Imp.  
Romano displiceret, in cuius suspicionem venerat nimis apud po-  
pulum inclarescens Nicephorii nomen. Vid. Monitum.

4. Καὶ περὶ τῆς τοῦ Χαλέπε etc.] Confecto Cretico bello Nicephorum ad Chalepi expugnationem se contulisse omnium Historicorum consensu certum est; et hanc expeditionem dum ille gereret, Romanus obiit. Itaque cum Chalepum expugnasset, a Theophanone Augusta Romani uxore revocatus est Constantino-polim, ubi de utraque victoria, Cretica nempe et Chalepensi, solemnem egit triumphum. Hac occasione Theodosius Acroases suas Nicephoro obtulisse videtur, et quia solummodo victoriam Creticam in eis celebraverat, Chalepensem etiam victoriam alio poematio se celebraturum spondet. Vide, quae hac de re fusius in Monito disseruimus. [Alepum antiquis Berroea. καὶ τὸν Λέοντα δὲ τὸν Φωκῶν τὸν τοῦ Νικηφόρου δμαίμονα κατὰ τοῦ Χαμαδᾶν, δς τοῦ Χαλέπε ἐκράτει, ὁ Ῥωμανός σὺν δυνάμει ἀπέστειλε. Zouaras in Annal. XVI. Quid vero hic de Chalepe, quum de Creta poeta noster statuerit? CORNELIUS.]

7. Ὡς ἐν προσώπῳ γούν etc.] Haec ea sunt verba, ex quibus liquet Theodosium has Acroases Nicephoro obtulisse post Romani obitum. Videsis Monitum. Cornelius verba τὸν πάλαι βασιλεῖα ἡμῶν minus recte vertit: *veterem nostrum Imperatorem*, quum *defunctum* vertere omnino debuisset.

### IN PRIMAM ACROASIM.

Col. 1 Τῷ φιλανθρώπῳ etc.] Humanissimo ac potenti Imperatori Romae, Romano scilicet Iuniori poema suum inscribit Theodosius, quia illud perfecerat, dum Romanus in vivis agebat, et quia Romani iussu Creticum bellum a Nicephoro susceptum fuerat. Quamvis autem defuncto iam Romano, et solummodo ut blandiretur Nicephoro vulgaverit, nihil tamen in eius inscriptione immutavit, fortasse ne Theophanonem Romani uxorem offenderet, et ne totum poemation, in quo exstant plurima ad Romanum spectantia, refugeret. Quare de hoc Nicephorum monere in Praefatione non praetermisit, asserens tamen ad eum potissimum spectare, quae in poematio continentur, laudes Imperatori Romano collatas.

Vers. 3. Ὁ Σκηπίων] P. Cornelium Scipionem intellige, cui, ut inquit Florus lib. II. cap. 6. p. 292, *tam grande de Africa nomen fata decreverant*. Is admodum iuvenis in Africam profectus, contra Carthaginenses bellum indixit, in quo adeo praeclare se gessit, ut brevi Carthaginem expugnaverit. *Consul ante annos factus*, inquit Sex. Aur. Victor de Viris illustr. cap. 49, *conce-*

Col. 2 *dente collega in Africam classe traiecit. Asdrubalis et Syphacis castra una nocte perrupit. Revocatum ex Italia Hannibalem superavit. Victis Carthaginensibus leges imposuit. Ideo autem addit Theodosius tunc totum Carthaginis robur non ad-*



fuisse, quia Hannibal cum exercitu satis magno Romam aggressurus in Italia commorabatur.

8. *Τίς ἦν ὁ Σύλλας*] Obsidionem a Sylla Athenis impositam, ἔργῳ μὲν οὐ μεγάλην, τῇ δὲ δόξῃ λαμπροτάτην, *facto sane haud magnam, sed gloria clarissimam*, appellat Plutarchus in vita Syllae p. 102. Athenienses enim eo tempore, ut observat Velleius Histor. Rom. lib. II. cap. 25, *oppressi Mithridatis armis, homines miserrimae conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis; et animos extra moenia, corpora, necessitati servientes, intra muros habebant*. Praeterea quo tempore Athenas Sylla obsidebat, magnum sane passae sunt ex igne detrimentum, ab Atheniensibus ipsis hostiles machinas confligare studentibus primum excitata: qui deinde Syllae consilio saevius etiam exarsit, dum Piraeo capto τὰ πλείστα κατέκαυσεν ὧν ἦν καὶ Φίλωνος ὀπλοθήκη, θαναταζόμενον ἔργον, *pleraque inflamavit, in quibus armamentarium Philonis, inclutum opus, fuit*; sicut testatur praelaudato loco Plutarchus pag. 65. Huc itaque respicit Theodosius, dum Syllae virtuti succensere studens, eum in Athenarum oppugnatione nihil praeclari gessisse affirmat.

P. 377  
Col. 1

10. *Βαλῶν ἀπ' αὐτῆς*] In Cornelianae editione claudicat hic versus, quem tamen facile restitues, si nobiscum ad fidem Codicis articulum τῆς ante vocem σφαγῆς suppleveris.

11. *Τίς ἦν ὁ Καῖσαρ*] C. Iulium Caesarem innumera, eaque difficillima certamina, felici exitu subisse fatetur; sed duce fortuna potius, quam virtute censet.

12. *Ἀφύρτοις*] Ita haec vox legitur in Codice, sed restituendum esse verbum ἀφύκτοις, bene monuit Cornelius. [*Ἀφύρτοι συμπλοκαὶ* esse videntur congressiones exercituum bene compositae, nihil perturbationis habentes. ἀφύρτως cum ἐμμελῶς iunxit scriptor Vitae Nicolai Damasc. in Prodomo βιβλ. ἑλληνικῆς a Coraë editae p. 227. ubi editor p. 363. σημειῶσαι τὸ ἀφύρτως ἐπὶ τοῦ ἀσυγγύτως, ἐν οὐδενὶ που εὐρεθὲν ἢ ἐν τῷ παρόντι βίῳ Νικολάου, σωζόμενον ἐν τῷ ἐπιβήρηματικῷ ἄφύρτα τῆς συνηθείας, ἢ καὶ τὸ ἐπίθετον Ἀφύρτος ἐφύλαξε. F. I.]

13. *Τίς ἦν ἐκεῖνος*] Retinet poeta Imperatoris nomen, de quo hic loquitur: historia tamen, quam adducit, clare, ut arbitrator, Augustum designat. Celebre est navale praelium ab Augusto contra Sextum Pompeium prope Messanam commissum, in quo Augustus, Dione teste lib. XLIX. § 5. pag. 573, non modo maiorem suae classis partem amisit, sed parum etiam abfuit, quin ipse periret. Ad hanc cladem alludit etiam, ut videtur, Suetonius in Augusti vita cap. xvi, cuius haec sunt verba: *Traiecto in Siciliam exercitu, cum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret, oppressus ex improvviso a Demochare et Apolliphane praefectis Pompeii, uno demum navigio aegerrime effu-*

*git.* Non diti tamen Pompeius victoria gavisus est, nec fortunam expertus est permanentem; instaurato enim ab Augusto contra ipsum praelio, eoque strenue admodum terra marique oppugnato, tandem Augustus M. Agrippae opera adiutus, insignem retulit victoriam; adeo ut merito de Augusto dici possit, eum prius victum navali praelio, mox suos victores superasse.

14. *ἔϋλον*] Hoc verbum *classem* interpretati sumus; frequenter enim illud a Graecis inferioris aevi scriptoribus ad naves designandas usurpatur. Praesto cuique esse possunt exempla, quae Du-Fresnius in Glossario mediae et infimae Graecitatis adducit. [Fortasse hi quoque versus referendi ad Iulium Caesarem, qui in itinere (*ἐν στόλῳ*, quod vocabulum etiam de unius itinere usurpari constat) a praedonibus captus, eosdem paulo post classe contracta superavit, captosque cruci affixit. Plutarch. Vit. Caes. c. 2. Vellej. Pat. II. 42. *ἔϋλον*, *crux*, Pisid. Exped. Heracl. II. 253. *ὑψοῦμενον τὸ ἔϋλον*. et alibi. F. I.]

15. *Οὐκ ἦν στρατηγός*] Mancum hunc versum edidit Cornelius contra fidem Codicis, ex quo nos restituimus ante articulum *δ* particulam *ὡς*, quam tamen necessario addendam, ut sensus integer prodiret, Cornelius coniectando adnotavit.

16. Quam de Pompeio historiam Theodosius adumbrat, haec est: An. U. C. 679. L. Licinio Lucullo, M. Aurelio Cotta Cosa Creticum bellum a M. Antonio infeliciter inceptum, a Q. Caecilio Metello perfectum est. Sed quum victoria elatus Metellus saevius in captivos animadverteret, multi Pompeio in Asia comoranti se dediderunt. De hac re ita Florus Rer. Rom. Epit. Col. 2 lib. III. cap. 7. *Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus, intra castella, et urbes redegit, et Gnossum, et Erythraeam, et ut Graeci dicere solent, urbium matrem Cydoneam conficerent, alii deditionem suam ad Pompeium absentem mitterent.* Pompeius autem Romam reversus non modo de Mithridate et Tigrae in Asia subactis triumphavit, sed alterum etiam triumphum egit de bello Cretico: captivis e Creta ducibus, qui ad se defecerant, secum adductis, Metelli triumphum imminuens, quamvis reapse nullam in bello Cretico partem habuisset. Theodosius itaque hisce in versibus Pompeium cum Romano, seu potius cum Nicephoro confert, ut eo magis eiusdem Nicephori virtutem extollat, quoniam ei Cretensis victoriae gloria vere debebatur, dum e contrario Pompeius veteris illius Cretensis belli laudem usurpaverit, ac quasi praesens decertasset, alterum de eadem Creta triumphum Romae ostentare praesumpserit.

*Ibid.* *Πομπιος*] In Cod. supra hoc nomen haec legitur nota interlinearis eiusdem, ut videtur, scriptoris manu exarata *δ Καίσαρ δ μέγας*, quod animadvertit etiam Cornelius, sed omnino praeterit coniectari quid ea sibi velit. Itaque scias volo, eam

respicere ad versum 13, qui in Codice in tres columnas ex tribus versibus sibi subsequenter ordinatim compositas distincto, superior exstat versiculo 16. Quum enim in v. 13. Theodosius, suppresso nomine, obscurius cuiusdam Imperatoris mentionem fecerit, scriptor Codicis subiecit ὁ Καῖσαρ ὁ μέγας, *Magnus Caesar*, Augustum nempe designans, de quo reapse Theodosium fuisse in eo loquutum, iam supra luculenter ostendimus. [Supra verbum Πομπῖος, *Pompeius*, in Cod. scribitur: ἡ . . . Καῖσαρ ὁ μέγας. *Expende*. CORNEL. Notabilis forma nominis pro ea, qua alii constanter utuntur Πομπήϊος; praesertim quum non appareat, qua de causa Theodosius immutaverit nomen, quod versus iambico non adversatur. Magis etiam memorabile, quod infra III. 209. legitur: Βροῦτος, ὃς τοῦ Πομπῖου ἔβαψε τὴν μάχαιρον ἐν τῶν αἱμάτων. Quis enim existimaverit, Theodosium historiae tam ignorantem fuisse, ut Brutum manus Pompeii sanguine inquinasse crederet? Quare *Cornelius* ibi pro Πομπῖου corrigendum auspicatur Καῖσαρος: quam correctionem probabilitate destitutam esse recte iudicavit Fogginius, ipse locum mutilum esse existimans. Quod non magis probabile est. Verum in priore loco, de quo dicere instituinus, alia quoque sunt, quae lectorem moerentur. Nam primum non tam certum est, quod Fogginius existimat, res a Pompeio ad Metelli laudem in bello Cretico imminuendam actas spectari; omnem enim rerum a Pompeio gestarum laudem comprehendi apparet; nec verbi πλουτολεξιῶν sensus ex illa interpretatione prodit perspicuus; nec denique voculae ὡς τῶν quem sensum habeant apparet. Si contra glossatori fides haberi possit, qui de *Julio Caesare* cogitavit (nam quod Fogginius existimat, verbis Καῖσαρ ὁ μέγας *Augustum* significari, minime potest probari), primum summi Ducis commemoratio poetae consilio accommodata; tum πλουτολεξιῶν accipi possit de divitiis in bello Gallico congestis (*Γαλατικὸν πλοῦτον* appellat Plutarchus in Vit. Caes. c. 29.), aut etiam de iis, quas belli civilis initio ex aerario sumsit; tandem versus 17. admissa emendatione nostra ἀστῶν pro ὡς τῶν, facilem habuerit explicationem de potentia a Caesare civibus devictis in bello civili parta, qua instructus (ὠπλισμένος) venit; sicut etiam v. 18. verba τὰ τύχης στίφη retuleris ad opinionem illam, quam Caesarem de fortuna sua habuisse constat. At nomen Πομπῖος quomodo ad Caesarem trahas? nescio equidem, neque in glossatoris verbis quicquam inest, quod ad tenebras illas diluendas faciat. In Glossis apud Ducan- gium reperio: πόμπιος. *parricida*. Num igitur dicamus, Caesarem sic appellari a Theodosio, quod secundum famam nonnullorum mater eius inter pariendum perierit? (Vid. Constant. *Manassis Compend. Chron.* p. 37. C. et Millium ad Io. Antioch. *Mal. Chronogr.* p. 275.) quae appellatio, sive in laudem trahas Caesaris, non ea qua vulgus hominum via in lucem editi; sive in

vituperium, Theodosii consilio non adversaretur. An vocabulo *πόμπιος* triumphatorem significari dixeris, quum vix alius quisquam plures splendidioreque triumphos egerit? Verum quidquid sit, locus, de quo supra diximus, III. 209. Βροῦτος, ὃς τοῦ πομπίου ἔβαρε τὴν μάχαιραν ἐκ τῶν αἱμάτων — nonne manifeste docet, voce *πομπίος* sive *πόμπιος*, ex quocunque tandem fonte manaverit, Caesarem significari, a Bruto occisum? Sed superest tertius in his Acrosibus locus, qui omnem hanc de Caesare opinionem videtur evertere. Nam III. 205. Imperatoris potentia et Nicephori res bello gestae praeferuntur rebus gestis et potentiae summorum antiquitatis virorum, quorum recensum instituit hunc: *Κῦρος, Δαρείος, Κροῖσος, οἱ στρατοκράται, Καῖσαρ, Ἀχιλλεύς, Μακεδῶν καὶ Πομπίος*. Iam quum in his verbis *Πομπίος* commemoretur una cum *Caesare*, sponte apparet, *Πομπίον* non accipi posse pro *Caesare*. Vide tamen, quam alieno loco *Καῖσαρ* ponatur inter *Croesum* et *Achillem*; et quantum adversetur versui in hac sede, trochaicum offerens pro iambo aut spondeo. Ob duas itaque causas suspectum nomen, cui si *Αἴας* substitueris, omnes illae difficultates evanescent, et simul historiae consuletur et versui. Nec improbabilis videri potest coniectura, quae a litterarum vestigiis non multum recedit; praesertim quum in Codice, ex quo ductae Acroses, versuum initia plurimis in locis ita sint evanida et obscura, ut quid scriptum fuerit, non appareat. Nec profecto aliud nomen huic sedi accommodatius reperiri poterit. *Aiacis* enim nomen et alibi cum *Achille* iungitur, et, quod ad nostrum negotium unice facit, a *Theodosio* ipso I. 37. *Αἴας, Ἀχιλλεύς, Ὀδυσσεύς*. Si quis tamen totam hanc de vocabulo *πομπίος* s. *πόμπιος* disputationem nimis lubricam esse dixerit, non multum refragabor equidem, gratiamque habebo, si quis difficultates, quae insunt cum in forma nominis *Πομπίος* pro *Πομπήϊος* accepti, tum in historia, faciliore ratione solverit. F. I.]

19. Σὺ δὲ κτυπῶν Ὅμηρε] *Theodosius* *Homerum* incusat, quod in *Iliade* omnia pro lubito suo confinxerit, nihilque de vera *Troiae* historia scripserit. Obiecerat hoc *Homero* crimen iam antea *Dio Chrysostomus* *Orat. XI*, quam totam ad *Homerum* conviciandum concinnavit, ubi inter cetera ταῦτα δὲ μοι εἰρηται, inquit pag. 157, ὥσπερ ἤδη ἔφην, οὐ κατηγορίας ἔνεκεν, ἀλλ' ὅτι ἀνδρειοτατος ἦν ἀνθρώπων πρὸς τὸ ψεῦδος Ὅμηρος· καὶ οὐχ ἤττων ἐθάύρει καὶ ἐσεμνύνετο ἐπὶ τῷ ψεῦδεσθαι ἢ τῷ ἀληθῆ λέγειν· οὕτω γὰρ σκοποῦσιν οὐθὲν εἰ φαίνεται παράδοξον, οὐδὲ ἀπιστον, τῶν ὑπ' ἐμοῦ δεικνυμένων· ἀλλὰ μικρὰ καὶ ἀνθρώπεια ψεύσματα πρὸς θεῖα καὶ μεγάλα. Porro haec a me dicta sunt, quemadmodum dixi, non accusandi gratia, sed indicandi, quod audacissimus hominum fuerit ad mendacia *Homerus*: et non minus confidens et iactabundus in mendaciis dicendis, quam

*veritate. Ita enim attendentibus valde parva, et nullius pretii videbuntur ea, quae ego mentitum esse dicam. Sunt enim vera humana mendacia, et valde credibilia, si conferantur ad ea, quae de divina atque immensa natura mentitus est.*

24. Πορφυροῦς δόμους] His verbis notat poeta Homerum, P. 878 qui Troiam εὐτείχεον, bene muratam, et εὐδημήτους πύργους, bene Col. 1 aedificatas turres frequenterque dispositas habentem, saepius in Iliade vocare solet.

27. Ψευσμάτων] Cornelius edidit ψευσάντων, sed ad oram paginae mendum in ea voce latens advertit.

29. Ἄλλ' ὃ στρατηγῶν ὁ κρατήρ] Non ineleganter adsimilatur Homerus crateri, in quo humilia Graecorum Ducum facta cum elatis ac fastuosis verbis miscentur et adtemperantur, eo modo, quo in crateri vinum cum aqua solebat temperari. Audi Phavorinum: Κρατήρ σκευὸς τι, ἐν ᾧ τὸν οἶνον οἱ παλαιοὶ κερνῶντες ὕδατι, ἐξ αὐτοῦ ἐπινον λαμβάνοντες. Crater vas quoddam, in quo vinum cum aqua antiqui miscebant, ex quo sumentes bibebant.

32. Ὡς ξυγὸς γενοῦ] Ultimam huius versus verbum desideratur in editione Cornelii, quoniam in Codice eo loci maxime absumpto, vix ullum eius vestigium superest. Nos tamen superstitionibus litteris diligenter, ut potuimus, inspectis, σταθμοῦ reponi posse censuimus.

46. Πολλὰς ταχέας δικάσι.] Nicephorum classe satis magna comparata exercitum Cretam adduxisse, cum aliis Graecis scriptoribus Theodosius hic commemorat. Harum navium numerum diligentius perstringit Incertus Continuator Theophanis, auctor, ut creditur, coaevus, in Romani Iunioris vita num. X. pag. 297. hisce verbis: νῆες γὰρ ὑπήρχον μετὰ ὕγρου πυρός δισχίλιαι, δρόμωνες ἑλλιοι, καθάρια καματηρὰ σιτήσεις ἔχοντα καὶ ὄπλα πολεμικὰ τριακόσια ἑπτὰ. Naves erant igne Graeco instructae bis mille, celoces mille, carabia oneraria annonas armaque bellica convehentia septem supra trecenta. Parem navium numerum recenset etiam Simeon Magister, et Logotheta in Romano Iunioris num. II. pag. 498. in eoque solo differt, quod naves onerarias usque ad trecentas sexaginta auget.

51. Ἔστησε τὰς φάλαγγας] Nicephori solertia ac peritia rei bellicae his versibus commendatur, qui postquam exercitum in Cretam eduxit, milites ordinatum disposuit, ac in suo quosque loco stare iussit, ne forte inopinato aggressi ab Agarenis opprimerentur: quod laudi etiam Nicephoro tribuit Simeon Magister in Romano Iunioris num. II. pag. 498. ita scribens: Ἀτάκας οὖν τῆς βασιλίδος Νικηφόρος ὁ Δομestικός, καὶ τὰ Φύγελα καταλαβάν, ἐφρόντιζεν, ὅπως ὁ σύμπαξ στόλος αὐτῶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἴη, καὶ προσορμίζοιτο. Solvens itaque Byzantio Nicephorus Domesticus, et

*Phygeia veniens, hoc maxime studuit, omniique cura enixus est, ut omnis ei classis uno agmine concerta esset, ac appelleret.*

52. Οὐλαμούς πυργοδρόμους] Haec duo nomina tanquam inter se distincta explicabam, ac πυργοδρόμους de turribus illis Col. 2 ambulatoriis intelligebam, quae ad maturandam turrium expugnationem apud veteres in usu erant. Hesychius vocem πύργος eo etiam sensu interpretatur, scribens: πύργος πολεμιστήριον ὄργανον, *bellicum nempe instrumentum*, de quo fusius disserunt Hero de Machin. Bellic. cap. 13. et Vegetius lib. IV. cap. 17, ubi machinae huius bellicae etiam imaginem vulgavit Steuvechius. Verum quum πύργος, eodem adnotante Hesychio, sit item τάξις ἐν τετραγώνῳ ὀπλιτῶν, *agmen militum quadrangula forma*, eoque sensu frequentius a scriptoribus Graecis usurpatum occurrat, de hoc ipso agmine fortassis loquutum Theodosium censendum est. Eustathius ad lib. IV. Iliad. pag. 469. edit. Rom. discrimen affert, quod intercedebat inter οὐλαμός et πύργος, atque primum agmen fuisse ex 40. viris compactum, alterum vero trecentis sexaginta viris constituisse: οὐλαμός δὲ τάξις ἐκ τεσσαράκοντα ἀνδρῶν . . . πύργος δὲ ἐκ τριακοσίων καὶ ἐξήκοντα· τάξις αὕτη τετραγωνοειδῶς πυκνοσυμένη. Οὐλαμός *acies est, seu globus virorum quadraginta . . . Πύργος vero acies turrita, seu quadrata, agmen est virorum trecentorum et sexaginta: ita ut hoc agmen quadrangula forma confertum sit, atque constipatum*. Quum tamen idem eruditus Grammaticus subdat, non semper ea nomina adeo praecise, sed latiori etiam modo saepius ab Homero adhibita fuisse, non ideo improbanda est Cornelli versio, qui οὐλαμούς πυργοδρόμους de uno eodemque agmine est interpretatus. Fieri enim potest, ut Theodosius voce πυργοδρόμους hic usus sit eodem sensu, quo πυργηδὸν dixit Homerus Iliad. lib. XII. v. 43. scribens:

Οἱ δὲ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες  
Ἄντιλοι ἴστανται.

*Hi autem instar turris se ipsos conglobantes  
Adversi stabant;*

ad quae verba ita adnotat prae laudatus Eustathius pag. 892. edit. Rom.: Τὸ δὲ πυργηδὸν ἀρτύναντες ἀντὶ τοῦ δίκεν πύργου συντάξαντες· πύργος δὲ νῦν ἐρρέθη διάταξις στρατιωτικῆ τετραγωνοειδῆς, κατὰ πλίνθιον συντεταγμένη. *Ea autem verba πυργηδὸν ἀρτύναντες instar turris dispositos significant: turris vero nunc a poeta dicta est instructio militaris quadriformis iuxta laterculum disposita.*

53. Ἕκονομένη] Ita in Codice scriptum legitur amanuensis oscitantia; sed ἕκονομένη legendum esse, bene iam vidit Corneliū.

56. Ἐπεὶ δὲ πάντας] Nullus ex Graecis, qui ad nos pervenire, scriptoribus, precum meminit, quas ad Deam fuisse Nice-

phorum Theodosius modo enarrat. Verisimile est tamen, id non prorsus ad assentationem Nicephori a poeta fuisse scriptum, quum Incertus Continuator Theophanis in Romani Iunioris vita num. XL pag. 298. Nicephorum ab Agarenis reformidatum scribat ob eius *τὴν διέγερσιν καὶ σύνεσιν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν, καὶ δικαιοσύνην, vigilem solertemque animum, fidemque in Deum, et iustitiam.*

62. *Καὶ σὲ προβάλλει*] Rogat Deum Nicephorus, ut in obse. P. 379 quum Christiani populi Cretensium turrets et moenia deiiciat, Col. 1 quemadmodum pro Hebraeis in expugnatione Ierico ad preces Iosue fecit. Vid. Ios. cap. vi, qua de re et Dux gloriosus Deus appellatur.

64. *Αὐτῶν*] Ita Codex, non *αὐτῶν*, ut in editione Cornellii, qui tamen sic emendandum esse notaverat.

67. *Δεῖξον Πέτρος τίς*] Pergit Nicephorus Deum precari, ut potentia sua ostendat, quis sit Petrus Apostolus, Christianae Ecclesiae basis et fundamentum, et quis impius Moaneth, Saracenicae superstitionis auctor, quem dicit falsitatis convictum ab ipsa sua calliditate; cum enim, ut Hebraeos sibi conciliaret et Christianos, utriusque Legis, veteris nimirum ac novae, praecepta immiscuerit, assecras suos utriusque Legis transgressores effecit. Itaque permissam Hebraeis polygamiam concedens, Christianos ad se deficientes fecit fornicatores, et docens cum Christianis vetitum non esse omnibus carnibus vesci, Hebraeos sequaces suos docuit praeceptum transgredi eis datum, ne camelorum carne vescerentur, Levit. cap. xi. v. 4. Deuter. cap. xiv. v. 7. Videsis eruditum auctorem Siphra in Leviticum cap. iii. et iv. in Thesaur. Ugolini Tom. XIV. p. 1000. Narrat Cedrenus Histor. Compend. pag. 421, Hebraeos, qui Mosaicam Legem deserentes Moamethi adhaeserant, rati eum esse Messiam, postquam carnibus cameli vesci solitum conspexerunt, eum non esse id quod opinati fuerant sensisse. Fortassis Theodosius ad hanc ipsam alludit rem.

79. *Ῥώμης ὑπήρχον*] Creta Romano Imperio paruit usque ad Michaëlem Balbum, quo imperante a Saracenis capta est, occasionem ipsis potissimum praebente Thoma quodam, qui a sancta Christianorum fide desciscens, Moamethicam sectam amplexus erat. Videsis Cedrenum fusius de hoc agentem Histor. Compend. pag. 499. et seqq.

80. *Παρεγράψας ὄκνος*] Ob desidiam certe Graecorum tamediu Creta sub iugo Saracenorum ingemuit. Classis enim ab ipso Michaële Balbo eo missa Duce Cratero Cabyraeotarum praefecto adeo feliciter barbaros fudit, ut Cretam facile recuperassent, nisi victoria elati milites, adventante nocte, comotationibus ac luxuriis sese immersissent, ex quo factum est, ut somno vinoque oppressos, barbari subito adorti eos sint, et usque ad internecionem turpiter profligaverint. Consule Cedrenum Hist. Comp. pag. 511.

Plures deinde expeditiones in Cretam ab aliis etiam Imperatoribus susceptae sunt, omnes tamen haud prospero exitu; et praecipue, quae iussu Constantini Porphyrogeniti suscepta est, Ducis imperitia ac socordia male omnino Graecis cessit. Habes rei historiam in excerptis Leonis Diaconi apud Pagium Critic. in Annal.

- Col. 2 Baron. Tom. III. pag. 874. *Constantinus Imperator cum Cre-tensium iniuriam occultasque grassationes ferre non posset, iusto conscripto exercitu, multaque longe navium incendiariarum instructa classe adversus Cretam misit, quasi primo statim assultu praeliique inceptantis clamore ea potiturus: Ducis tamen, ac Praetoris, ignavia imperitiaque (viri scilicet esseti, Cubiculariique in umbra educati, Paphlagonum regione oriundi, Constantinus ei nomen, Gonzyles cognomen erat, tametsi Patriciorum illustri dignitate fulgebat) omnis hic exercitus, paucis dumtaxat exceptis, a barbaris concisus, internecioneque delatus est.*

89. Ἐν γὰρ τὸ λουτρόν] Ad excitandos eo magis militum animos, Nicephorus martyrii desiderium illis inspirat. Hanc credulitatem diu late invaluisse pluribus comprobari potest exemplis. Vide Bollandum Tom. IV. Iun. pag. 658. et Tom. V. pag. 81. Mabillonium Annal. Tom. III. pag. 227.

97. Κροτεῖτω] In Codice sic esse scriptum videtur. Cornelius emendandum censuit κρατεῖτω: sed, ut opinor, nihil immutandum est. [Dubitabat Cornelius, utrum κροτεῖτω (sic, non κροτεῖτω) esset in Codice, an κρατεῖτω. Prius in contextu exhibuit; Fogginius posterius. Unde apparet, in hac Annotatione nonnulla esse confusa. F. I.]

99. Πατρικὸς ὀπλισμένος] Cornelius edidit πατρικῶς, vertitque, more patrio armatus. Codex habet πατρικός, quam vocem patrium militem Latine reddidi, eamque lectionem eo libentius recepi, quod magis cum sequenti versu cohaereat. Quum enim hic dicat Nicephorus, quod quisque patrium militem satagat se ostendere, addit, nec dedecoret Romanum Imperium. Ὀπλισμένος vero dictum est hic pro ὀπλίτης, quemadmodum eadem ratione τοὺς ἐν ὄπλοις scribit aliquando Thucydides.

101. Πτερώσας] Hic militibus ad committenda cum hostibus praelia allocutio Nicephori, Caco vero apud Virgilium Aes. VIII. v. 224. ad effugiendam Herculis iram timor addidit alas.

105. Οὐ μὴν παρέργως] Virtutem Graecorum militum optime hisce verbis exprimit poeta. Graeci enim scriptores eum, quem ab hoste strenue pugnantem occisum indicare volunt, ἔργον τοῦ πολέμου, ἔργον πολέμου, καὶ ξίφους dicunt: senes autem, mulieres, infantes, ceterosque imbelles, quos hostis sine ullo negotio ac quasi aliud agens interficit, εἰ πάρεργον factos aiunt, ad caedis facilitatem significandam. Ita senio confectum Priamum, dum a Neoptolemo, strenuo fortique iuvene occisus est,



*πάρρηγον* eidem fuisse, hoc est, nullo labore ab eo caesum scribit Pausanias in Phocicis lib. X. cap. 27. Eadem itaque ex causa Theodosius Graecorum fortitudinem innuere volens inquit, Nicephorum emisisse suos milites *οὐ παρέργως*, non facili nempe *negotio superandos*, utpote recte instructos, tantoque animo praeditos, ut non sine maximo labore vinci a barbaris possent. [*Οὐ μὴν παρέργως*, non sane negligenter, curaque, quam res requirebat, neglecta. Cf. ad Philostrati Iun. Imagg. p. 613. F. I.]

110. *Ἐπεὶ δὲ πάντες*] Cladem, quam simul ac Nicephorus cum exercitu Cretam applicuit, barbari acceperunt, graphice de- P. 380 scribit poeta. De hoc Graecorum cum Saracenis Cretensibus Col. 1 primo conflictu agit Leo Diaconus, ubi ait: *Tunc Romanorum Dux Nicephorus triplici agmine distributa acie, clypeisque ac hastis longe constipata, bellicum canens, cum crucis tropaeum praecire iussisset, obversa fronte in barbaros irruit: gravique conserto praelio, instarque grandinis devolantibus telis haud fieri poterat, ut barbari Romanarum imbrem sagittarum diutius ferrent: quin imo terga vertentes, solutaque phalange, quam effuse licuit cursum expedientes, in suum se praedium recepere. Romani pone sequentes immensam eorum stragem dederunt. Talem nimirum prima aggressio pugnaque faustum Romanis nacta finem est.* Vid. Pagium Crit. in Ann. Bar. Tom. III. pag. 874. [*Ἐπεὶ δὲ πάντες ἦσαν ἀντὶ θηρῶν* male vertitur: *egressi sunt contra belluas*. Sensus est, milites Romanos haud secus ac feras irruisse in hostes, et undique se pestilentiae ad instar in terram hostilem effudisse. Cf. infra v. 208. F. I.]

[117. *τῇ ποδῶν περικλάσει* vertitur: *conculcati pedibus*. Imo, in illa festinatione, quum fugerent — *πρὸς φυγὴν* enim legendum pro *πρὸς σφαγὴν* — conciderunt, *fracto pedum robore*; quod est *λύτο γόνυατα* apud Homerum. F. I.]

123. *Γονῆς ἀστοργίαν*] Tantum accepta clades timorem feminis incusserat, ut naturalis etiam affectus in filios ob imminens periculum obliviscerentur. *Γονῆς ἀστοργίαν κίνδυνος ἀντήγειρε*, ut melius vim Graecae huius locutionis exprimeremus vertimus: *periculum extinguebat maternum amorem in filios*. *Ἄστοργος* a Graecis proprie dicitur, qui expers est amoris, quo parentes liberos suos prosequuntur: quare Athenaeus Deipn. lib. XIV. cap. 20. pag. 655. de avium natura loquens, quae Meleagridas appellant, inquit: *Ἦστι δὲ ἀστοργον πρὸς τὰ ἔχονα τὸ ὄρνεον, est autem animal, quod non ita prolem suam amat*. A voce *ἀστοργος* vocem *ἀστοργίαν* derivavit Theodosius, quam vocem in Graecis melioris aevi scriptoribus vix reperies.

128. *Τρίχροος τιμωρία*] Clades a Graecis illata barbaris *tricolor ultio* appellatur a Theodosio ob caedem nempe senum, puerorum, ac mulierum, quos modo memoravit.

132. *Εὐσέγγοντο τῶν πυλῶν ἔσω*] In excerptis Leonis Diacono-

ni, si bene vulgata Latina versio ineditum reddit Graecum textum, legitur, Cretenses, quum impetum Graecorum ferre non possent, *in suum se praedium recepisse*. Theodosius illos praes metu portas urbis ingressos ait, cui concinit etiam Incertus Continuator Theophanis in Roman. Iun. num. X. pag. 298. ita scribens: *Πρὸς δὲ κάστρον χωρήσας, πάντας τοὺς Κρητικούς τοὺς ἔξω ὄντας τοῦ κάστρου μετὰ φόβον ἔσω ἐπέκλεισεν. Admotis autem ad urbem castris, cunctos Cretenses foris palantes metu conterritos intra moenia cogit.*

138. *Εἰς στροφῆν*] In editione Cornelii deest *εἰς*, quod ad fidem Codicis restituimus.

139. *Ὀρισμάτων*] Vox, ut arbitror, mendosa; *ὄρμα* enim nunquam stationem navium significat, de quibus Theodosius loquitur. Fortassis scriptor Codicis scripsit *ὀρισμάτων* pro *ὀρμίσεων* ob litterarum similitudinem in errorem lapsus. *Ὀρμῶς* scriptores saepe apud Graecos ad stationes navium designandas occurrit, eodemque sensu verbum *ὀρμίω* pro *naves in stationibus continere* a Graecis etiam inferioris aevi scriptoribus usurpatur.

Col. 2 141. *Καὶ ναῦς ἀνάψας*] Naves in terram Nicephorum subduxisse, ut contra aestus maris tutas redderet, dicit poeta: quod, magis licet generatim, adnotarunt etiam Leo Diaconus et Cedrenus. *Triremes vero, ac reliquas onararias tranquillo in portu, ac navali confertas stationem habere iubet*, inquit Leo Diaconus apud Pagium Crit. in Ann. Bar. Tom. III. pag. 874. ac Cedrenus scribit, quod *τὸν στόλον ἐν ὄρμοις γαληνοτάτοις ὀρμίσας, naves tutissimis in stationibus continuerit.*

142. *Ἀπιστον εἰδώς*] Verbum *εἰδώς* desideratur in editione Cornelii, quamvis adsit in Codice.

145. *Καὶ γῆν σκοπήσας*] Hanc Nicephori diligentiam in perscrutanda summo studio tota Saracenorum regione, adnotaverat etiam laudato saepius loco Leo Diaconus.

147. *Καὶ γῆθεν ἐρρίξωσας*] Munimentum hoc a Nicaphoro excitatum, ut exercitum suum castraque protegeret, memorat Incertus Continuator Theophanis in Romani Iunioris vita num. X. pag. 297. scribens: *Καὶ ἀποβάς τῶν νηῶν χάρακα, καὶ τάφρον βαθύτην κατασκεύασεν, ἐδυσίασθε εὐ navibus copiis, altum aggerem duxit, vallumque posuit*; idque iisdem fere verbis testatur etiam Simeon Magister, et Logotheta, in Roman. Iun. num. II. pag. 498. Sed praes caeteris diligentius id ipsum in sua historia recensuit Cedrenus pag. 643. inquires: *Χάρακά τε οὖν ἐπέστην κατὰ τὸν ὄρμον, καὶ σταυρώμασι, καὶ πασσαλοῖς τοῦτον καταχυρώσας, καὶ τὸν στόλον ἐν ὄρμοις γαληνοτάτοις ὀρμίσας, καὶ πάντα κατασθησάμενος κατὰ τὸ ἀσφαλές, ἐνεργῶς ἤπειρο τῆς πολιορκίας τῶν ἐν τῇ νήσῳ πόλεων. Inde castris positus, iuxta alta fossa, vallo, ac palis defixis communivit, naves tutissimas*

in stationibus continens, omnibus probe constitutis, insulas urbes omni vi oppugnat.

148. Τὰς στραφάς] A verbo στρέφω, *flecto, torqueo*, deduxit forte Theodosius nomen στραφάς ad significanda militum tabernacula, seu tentoria: suspicor tamen legendum potius esse τροφάς. Τροφή enim proprie annonam et comteatum significat: ac latiori etiam modo pro tentoriis seu castris accipitur, quod adnotarunt eruditi Lexicographi Hesychius et Phavorinus, scribentes τροφῆς, χάραξ. [Στραφαὶ στρατευμάτων globi militum verterim, ut sit circumscriptio exercitus in λόχους divisi. Sensus enim est, Nicephorum castra munivisse, urbis munitae ad instar, quae legiones continerent et tuerentur. F. I.]

150. Ἑλληνικὰς κήρυσσε] Homeri locus exstat in Iliade lib. VII. v. 435. ubi sic describit murum a Graecis aedificatum, ut nares et castra communirent:

ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἴδριμαν  
 Πύργους θ' ὑψηλοῦς, εἴλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.  
 Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίησεν εὖ ἀραρυίας,  
 Ὅσρα δὲ αὐτῶν ἐπηλασίῃ ὁδὸς εἴη.  
 Ἐκποσθεν δὲ βαθείαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὕρυξαν,  
 Εὐρείαν, μεγάλην· ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.

apud autem ipsum, murum extruxerunt  
 Turresque altas, munimentum navium et ipsorummet.  
 In ipsis vero portas fecerunt bene aptatas,  
 Ut per illas equestris via esset:  
 Exterius autem profundam circa ipsum fossam foderunt,  
 Latam, magnam, et in ea sudes acutas defixerunt.

P. 381  
 Col. 1

151. Ἄς Ἐκτορος χεῖρ] Saevum ab Hectore commissum praedium ad nares et propugnacula Achivorum fusius describitur ab Homero Iliad. lib. XV. v. 874. et seqq.

Ibid. Βολή] Ita Codex, Cornelius autem legit βουλή. Βολή profecto de cunctis armis, quae iactu feriunt et occidunt, a Graecis dicitur, eaque vox magis huic loco videtur convenire, quum Hectorem telis hastisque nares ac munimenta Achivorum aggressum Homerus scribat.

153. Ἀραγνοειδῶς] Quum Homerus dixerit Hectorem tanto impetu in Graecos irruisse, ut eorum propugnacula cito deiecerit, Theodosius postam, seu potius Graecos ipsos reprehendit, quod eorum munimenta adeo debilia extruxerint, ut araneorum instar excitata viderentur. Verum hanc erroris notam immerito Homero inurit, quum Apollinem in hac expugnatione Hectori adiutorem fuisse, ac cum eo dimicantem turres facillime diruisse fingat Iliad. lib. XV. v. 363. et seqq.

155. Οἱ δὲ στραφάς] Artifices hic describuntur allaborantes in fundamentis substruendis, quae quum ex saxis potissimum qua-

dratis, ac ingentibus confecta essent, ideo dicit Theodosius, quod hi plurimum insudarent in volvendis ope vectium huiusmodi saxis, ut sensim in foveas ad hoc paratas demitterent. In versu hoc verbum verbo reddere fidi interpretes non curavimus, ne sensum abstrusum nimis eliceremus. *Στροφᾶς ἑκαστον ἀνθελιγμάτων* proprie dictum est de iis, qui intenti erant in detinendis magno nisu ac labore in oppositos gyros ergatis, quas ob ingens lapidum iis alligatorum pondus ad sibi proprias volutiones magno impetu tendebant. [*Στροφαὶ ἀνθελιγμάτων, funes torti machinis adhibiti, quibus saxa torquebantur.*]

163. Βολῆ] Hoc etiam in loco Cornelius edidit βολῆν αὐτῶν a fide Codicis aberrans, ideoque non a consilio artificum vertendum est, sed icti ac percussi ab artificibus.

[169. ὡσπερ χαράδρας εὐκλεισεύσα πικρία male vertitur: *tanquam in alveos cadens acerba ultio.* Iunge χαράδρας πικρία, ut II. 36. τῆς σφαγῆς ἢ πικρία. II. 99. τὸ πῦρ ἢ πικρὰ τιμωρία. Sensus est igitur: sanguinis rivi extinguebant ardentes caminos, sicut torrentis vis violenta irruens. Hi sanguinis rivi cum calce in caminis mixti, hanc colore purpureo inficiebant, ita ut lateres inde confecti etiam purpurei fierent. F. I.]

179. Πατρικὰς τὰς ἀξίας] Ad morem apud Orientales omnes barbarasque gentes receptissimum gestandi circa collum torques, seu circulos aureos, alludit poeta. Quum enim Nicephorus captivus ex barbaris colla catenis circumdedisset, ait, eos patriis honoribus decorasse. Hasce autem torques, patrios honores, ac dignitates appellat, quoniam iis primores potissimum et principes ornabantur; ut de Medis scribit Agathias de Bello Gothico lib. III. observans, quod iis *Medorum primores praecipue decorantur, ut spectatiores ceteris sint, et a vulgaribus aliis noscuntur*; ac testatur etiam Tertullianus de Idol. cap. xviii. pag. 245. iniquis: *Igitur purpura illa, et aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis.* Sed de torquum apud barbaros usu consule susius disserentem Ioannem Schefferum in Syntagmate de antiquorum torquibus cap. 12.

202. Οἱ κρηῆς] Haeret in hoc verbo mihi aqua, nec quid sibi velit omnino assequor, adeo ut mendum subesse non dubitem, quemadmodum suspicatus est quoque Cornelius. Ἀκραῆς reponendum suspicabar, quae vox *ventum per summa flantem* significat: verum ne id tuto statuam me deterret quorundam Graecorum Grammaticorum auctoritas, qui ἀκραῆς non ventum vehementem interpretantur, sed potius prosperum, suaviterque spirantem, inter quos Eustathius ad lib. XIV. Odyss. pag. 1759. edit. Rom. sic loquitur: *Ἐνθα βορέαν ἀκραῆ λέγει, οὐχ οὕτω τὸν ἀκρὸς ἀέντα, ὡς μᾶλλον τὸν μὴ κεκραμμένον ἑτέροις ἀνέμοις· τοῦ γὰρ τοιοῦτου δεινότητα κατηγορεῖ Ὀμηρος ἐν τῷ, δεινὴ μισγομένη ἀνέ-*

μοιο θύελλα. Hinc boream ἀκραιή dicit, non per summa flantem, sed potius quod non sit aliis ventis admixtus: huius enim asperitatem reprehendit Homerus eo in versu, *terribilis est mixta vento procella*. Fieri tamen potuit, ut Theodosius voce ἀκραιής latiori modo usus sit pro quocumque vento indicando. [Admissa correctione nostra, ὡσπερ ἄκριες, omnis difficultas tollitur: ira, quam milites spirabant, comparata cum ventorum turbinibus, quos montes interdum fundunt. F. I.]

[203. Ὁ λαμπάδας — λαμπηδόνας. noctis ingruentis descriptio: Sol, qui lucidas pulchrasque (καλοχρόους) faces iusto tempore tollit, iterumque cohibet, splendidos radios suos in maris fluctibus tanquam in lavacro extinxerat. Postrema haec vulgo male versa. F. I.]

215. Ἐίνους] Ita Codex, non ζώους, ut edidit Cornelius, qui tamen ξένους emendandum esse bene censuit.

219. Ἴπερ θυῶν] Aliquid in hoc versu deest ad numeri complementum, sed in Codice nihil amplius scriptum apparet. Legendum forte θυῶν σοῦ.

227. Λευκόμορφον] Terram albicantem, utpote ab Aurora illustratam, recte vocat Theodosius, eo modo, quo Aurora ex oriente *albescere lucem* dixit Virgilius Aen. lib. IV. v. 586. Sed propius ad rem nostram agrum ob Aurorae lumen albentem descripsit Claudianus de Rap. lib. III. v. 232. ita canens:

*Et prima sub luce legunt, cum rore serenus  
Albet ager:*

nec absimili plane modo idem sic asseruit Valerius Flaccus Argon. lib. II. v. 72:

*Iamque sub Eoqe dubios Atlantidis ignes  
Albet oger:*

qui etiam alio in loco *ibid.* lib. III. v. 258, ob diem ortam *turres albescere* scripsit.

229: Τελχεῖ] Septum illud, seu aggerem a Nicephoro pro sui exercitus munimine iam aedificatum hic designari pro certo habeo. Audi Leonem Diaconum apud Pagium Crit. in Annal. Baron. Tom. III. pag. 874: *A littore ad Austrum spectante coepta structura, ad alteram usque littoris partem, quod terrae interiectum erat, septo intercludit, ne scilicet barbari pro libito in agrum facile effundi possent, liberumque ipsi erat pugnam conserere, aut non conserere cum et luberet.*

*Ibid.* Μὲν ἀκροῦ] Cornelius edidit μικροῦ, et corrigendum censuit μακροῦ: sed neutrum horum in Codice scriptum esse videtur. P. 382 Equidem μὲν ἀκροῦ legendum arbitror, eo magis quod monosyllaba necessario est addenda, ut versus mensura recte se habeat.

*Ibid.* Προσέτειν] Ἔξσαι, κατασκευάσαι interpretatur Hesychius, quod verbum pro armando instruendoque exercitu non

semel apud Graecos scriptores occurrit. Hic autem peculiari magis significatione pro advocandis ad bellum militibus usurpatum videtur: adeo ut praeco bellicum tuba canens phalangem e septe illo advocaverit, et eduxerit, quae in barbaros irrueret.

231. Ἐκεῖ τὸ πλῆθος] Pulchrum profecto Nicephori stratagemata collocandi in fronte phalangis captivos barbaros, ut in conspectu suorum civium necarentur, ac vel sic commoti Saraeni ad pugnam exire concitarentur. Simile quid stratagemata contra Sardes a Cyro excogitatum refert Polyaeus Stratag. lib. VII. cap. 6. num. 3.

237. Πρὸς τάφρον] Fossa haec illa est, quam Saracenos ad sui custodiam effodisse sic enarrat Leo Diaconus: *Accedebant et duae in latum quam maxime ductae fossae, atque profundae, qua undique munimentum praestarent.* Vid. Pag. Crit. in Annal. Baron. Tom. III. pag. 874.

239. Καί] Ita Codex: et sic quoque ad oram paginae corrigendum adnotavit Cornelius.

256. Παρρησίαν] De viribus, vel de animi virtute explicandam hanc vocem censemus, eo nempe sensu, quo illam significatione sibi minus propria adhibitam fuisse scribit Phavorinus: *Ἐσ τούτου δὲ καταχρηστικῶς ἐρρέθη παρρησία καὶ τὸ θάρρος καὶ ἡ ἐξουσία.* *Ex hoc autem per abusivam παρρησία dicta est et animi virtus, et vires.* [Caesar non amplius audebit res a se gestas iactare.]

260. Κύζικς συνθηγήνησον] De Cyzici obsidione a Mithridate posita agit Cicero *pro Lege Manilia* in principio, ubi L. Luculli laudes, qui Cyzicum ab oppugnatione Mithridatis liberavit, perstringit. Verum propius hosce versus illustrat Appianus *Alexandrinus de bello Mithridatico* p. 221. seu al. 371. qui urbis incendium describit, quod hic memorat Theodosius. Ita enim inquit: *Καὶ τότε αὐτοῖς φερεπονώτατα δὴ κακοπαθοῦσιν, ὅμως γε τοῦ τείλους ἐκάνθη τι καὶ συνέπεσεν εἰς ἐσπέραν· οὐ μὴν ἔσθασέ τις ἐσαλάμενος ἔτι θεῖμον, ἀλλ' αὐτοὶ νυκτὸς ἀντίκα περιπροδόμησαν οἱ Κυζικηνοί.* *Attamen omnem laborem patientissime ferentes, efficere non potuerunt, quin pars moenium exusta corrueret sub vesperam: sed propter calorem incendii nemo sustinuit irrumperere: verum ipsi Cyziceni noctu substruxerunt munitionem aliam.*

261. Ἰσσηρατεῖς] Ita bene emendandum iam viderat etiam Cornelius.

265. Εἰπεῖν] Ita certe legendum est, non εἶπον, ut edidit Cornelius, qui tamen εἰπεῖν reponendum esse, et ipse adnotaverat.

271. Ὡς ἂν βαδίσῃ χειρ] Ex his duobus Theodosii versibus aperte colligitur, eum vel scripsisse, vel certe conscribere vo-

fuisse aliud poemation ad celebrandam quoque Nicephori de Chal-  
lepsi Sultano victoriam, quod supra etiam ex eius epistola ad  
Nicephorum in nostro Monito comprobavimus.

## IN SECUNDAM ACROASIM.

Vers. 4. *Εἰς καῦμα*] Mensibus fere octodecim in Cretae ex- Col. 1  
pugnatione pugnatum esse scribit Incertus Continuator Theopha-  
ris in Rom. Iun. num. XVI. pag. 300. quare et ardentis solis  
aestus ea in expeditione Graecos milites sustinuisse recte adnotat  
Theodosius.

7. *Αὐτὸς δὲ καῦμα*] Has Imp. Romani curas, ac sollicitudi-  
nes, nullus ex superstitibus Historicis memorat. Quamobrem  
ad eius assentationem confictas a Theodosio arbitror, ut ab auli-  
cis potissimum scriptoribus fieri assolet; scimus enim, Romanum  
voluptatibus potius domi indulgere consuevisse, quibus fractus  
paullo post contabuit.

20. *Τὴν σὴν θλίψιν*] Ita hunc versum ad fidem Codicis  
restituimus, qui in editione Cornelii male se habebat ob defectum  
pronominis *σὴν*.

23. *Ἐξωσμένον*] Pro verbo hoc Cornelius a Codice aberrans,  
nullo sensu edidit *ἔξεσμένον*. Nuncium afferentem victoriam Ro-  
mano missum dicit poeta ab eo, qui in sui servitium strinxerat  
gladium, quibus verbis Nicephorum designat, qui in Romani ob-  
sequium ad bellum huiusmodi Saracenis inferendum processerat.  
[Verbis *μάχαιραν δουλικῶς ἐξωσμένος* circumscribitur dux, ense,  
ut dignitatis signo, cinctus, idque *δουλικῶς*, ut minister Impe-  
ratoris, qui solus est dominus. F. I.]

28. *Μονοτρόπων*] Hoc nomine proprie dicuntur, qui idem Col. 2  
vitae institutum sectantur, seu, qui concorditer simul degunt,  
ut in Psalm. LXVII. v. 6. *Ὁ Θεὸς κατοικεῖει μονοτρόπους  
ἐν οἴκῳ, Deus inhabitare facit unius moris in domo.* Sed  
Symmachus vertit: *Domum praebet iis, qui solitarie vivunt.*  
Itaque Ioannes Tzetzes Chil. IX. v. 338. aliique inferioris aevi  
Graeci scriptores ea voce ad Monachos designandos saepius usi  
sunt. Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. 28. Mona-  
chorum virtutes describens, allatum Psalmi versiculum ad Mo-  
nachos transfert.

33. *Ἐυστρατηγῶ*] Quis huius vocis hoc in loco verus sit  
sensus non bene assequor. *Ἐυστρατηγός* pro collega imperii mi-  
litaris, seu pro eo, qui simul militat, et praeliatur, scriptores  
Graeci adhibent; et proinde ad Nicephorum referenda videre-  
tur. Verum ea interpretatio cum reliquis, quae a poeta hic enar-  
rantur, non bene cohaeret; et idcirco potius Deus ipse *Ἐυστρα-  
τηγός* a Theodosio appellatus videtur, cuius potissimum ope ac

virtute reportata est de Saracanis victoria, quasi cum Nicephoro contra eos pugnaverit. Certe *ἐν κλεῖᾳ στρατηγέτην, gloriosum Deum* ab eodem Nicephoro appellatum supra vidimus Acroas. P. 383 Col. 1 I. v. 63. ubi illum invocat, ut ad auxilium sibi ferendum contra barbaros veniat.

35. *Στόμα*] Os nempe, seu hiatus fossae illius, in quam Saracenos caesos incidisse superius enarravit. [*Ποινῆς στόμα* dictum videtur per periphrasin, ut *στόμα ὑσμίνης* II. XX. 359. *στόμα δηϊοτήτος* ap. Quint. Smyrn. 1. 193. et *στόμα χάριτος* ap. Eund. 1. 485. quod veteres Grammatici interpretantur τὸ κατεργαστικῶτατον μέρος τοῦ πολέμου. Est igitur *ποινῆς στόμα cruenta caedes, poenae loco hostibus inflicta*, ut apparet ex proximo versu. F. I.]

36. *Ἡ πικρία*] Hoc verbum, quod in Codice ob chartae vitium ferme omnino periit, quodque ideo Cornelius penitus omisit, ex litterarum vestigiis adhuc superstitionibus sic legendum videtur.

40. *Ὀδοιπορήσαι*] Ita Codex, non *ὀδοιπονήσαι*, quemadmodum edidit Cornelius.

*Ibid. Ἐνκόλωσ*] Ita Codex, non *ἀκόλωσ*, ut in editione Cornelii. Nicephorus, ut viam ad commodum sui exercitus facile coaequaret, hiatus illius fossae iussit repleri: cumque ea prope moenia Saracenorum esset, ne milites, dum opus perficiunt, a barbaris laedi possent, eos testudinibus protegi mandavit. Porro haec testudo machina erat tectoria, e corio duriorique alia materia desuper contacta, quae muris admota, tuto in se milites continebat. Hunc Theodosii locum apprime illustrat Iulius Caesar de Bell. Civil. lib. II. cap. 2. ubi ita inquit: *Antecedebat testudo pedum LX. aequandi loci causa, facta item ex fortissimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides defendi possent.* Vide plura apud Vitruvium lib. X. cap. 20. et 21.

44. *Ἄγε*] In editione Cornelii legitur *ἀήρ*, sed *ἄγε* restituendum esse contextus certe, ac sensus ipse poematis exposcere videntur. [*Ἄγε* Fogginii versum pessumdat. Codicis lectio *ἀήρ* si vera est, Theodosius aërem ipsum in testimonium de pugna acerrima appellat, quod telorum hostilium nube repletus, vicissim Romanorum tela in hostes iacta retorserat. *Χιτῶν* aëri tribui potuit eadem imagine, quae inest v. 62. *λεπτόνητον* (sive *λεπτόστημον*) *αἰθέρος πλάτος*. Sic Pisidas in Hexaem. v. 135. de caeli ambitu: *Στολίζεται δὲ τὸν χιτῶνα τὸν μέγαν, Τὸν ἄερα, κλωστήνα κερκίδι ξένη, Χιτῶν, διαυγῆ, λεπτόν, ἠραιωμένον.* Ib. 271. aër vocatur *ὑφασμα λεπτόν* et *ἔργον ἀερόστημον*. Vel sic tamen sunt nonnulla in his versibus, quae non expedio. F. I.]

45. *Τοῦ σοῦ χιτῶνος*] Testudinem nempe, quam veluti vestem quandam, seu tegumentum metaphoricè describit.

*Ibid. Τήν*] Omisit hunc articulum Cornelius: qua de re versum edidit claudicantem.



46. Ἀντανέκλασας] Damnum, quod barbari Graecis inferre conabantur, contra ipsos cedebat: nam Graeci testudini inclusi, ex ipsius machinae meatibus consulto tutis in locis ad hoc excisis, contra illos tela mittebant, quae eos supra turretes et moenia in apertum stantes plurimum laedebant.

48. Κάτω] Sic Codex; Cornelius aliter legerat, sed ita emendandum bene coniecit.

52. Κηρόν] Pro κῆρα positum arbitror, seu errore librarii, seu potius aevi vitio, quo Graecae linguae elegantia magna ex parte perierat.

53. Κριούς] Nicephorum haec machinas ad oppugnanda Saracenorum moenia adhibuisse narrat etiam Leo Diaconus, ita scribens: *Qua re perspecta Praetor petriarum quantocumque adduxit, illis lapidum imbre barbaros peti iussit. Ad haec etiam obsidionalem peculiariis machinam (arietem Romani vocant) adhibuit: petriarum autem crebra saxorum pondera rotantibus, facili negotio Barbari repressi sunt: interimque ariete muris admoto maiore impetu quatiente, viri non pauci fossam subiere.* Col. 2 Vid. Pag. ibid. pag. 874.

Ibid. Χελωνίους τέχνας] Testudines scilicet oppugnatorias ab iis, quas supra memoravit, diversas, ideoque et ab eo aliter nuncupatas. Erat haec machina quatuor suffulta rotis, quo facilius, ubi opus foret, veheretur, crudisque animalium coriis ad sui munimen extrinsecus contexta. Continebat ea milites ad muros suffodiendos, et ad eos deinde quassandos libratus aries contorquebatur. Optime eam descripsit hisce verbis Vitruvius lib. X. cap. 19: *Cetras autem Chalcedonius de materia primum basim subiectis rotis fecit, supraque compegit arrectariis, et iugis varas, et in his suspendit arietem, coriisque bubulis textit, ut tutiores essent, qui in ea machinatione ad pulsandum murum essent collocati. Id autem, quod tardos conatus haberet, testudinem arietariam appellare coepit.* Huiusmodi machinae iconem exhibuit Lipsius in Polyorctico Dial. VIII. Tom. III. Opp. pag. 279.

55. Κλιμάκων ἀσυνδέτων] Scalae hae sunt, quae compactiores, seu solutiles dicebantur. Hae pluribus constabant partibus, earumque gradus ita erant compositi, ut facile removeri, ac stipite coeunte quasi in vaginam recondi possent. *Κλιμακας πηκτάς*, hoc est *scalas plicatiles*, appellavit illas Appianus in Ibericis, magisque ad rem nostram *διαλυτάς*, *solutiles* nempe, Plutarchus in Arati Vita pag. 317. ubi ait Aratum obsessurum Sicyonem eas in modis frumentarios coniectas recondidisse.

57. Οί] Hunc a Cornelio omissum articulum cum Codice restituimus.

61. Τὰς κάρας] Terribile certe stratagema ad terrefaciendos hostes a Nicephoro excogitatum, iaciendi nempe fundarum ope abscissa barbarorum capita, ut vel ab ipais concivibus suis per-

cussi caderent. Nullus historicorum, quorum scripta ad nos pervenere, tale Nicephori commentum recensuit: sed fortassis de eo mentionem fecerat Leo Diaconus, qui plura in hac Cretensi expugnatione Nicephori stratagemata, teste Pagio *ibid.* pag. 874. memoraverat.

62. *Λεπτόνητον*] Ita melius corrige pro *λεπτόνημον*.

[64. Verba *τῆς ἀμαρτίας* iungenda videntur cum *ποινήν*. F. I.]

68. *Θανῶν εἰς*] Ita lego haec verba, quae mendosa et manca edidit Cornelius.

77. *Σεήπφ*] Saracenorum perturbationem, clamoremque inter eos excitatum rei crudelissimae novitate, propria eorum lingua ac dialecto exprimit Theodosius. Verba videntur Turcica, sed difficillimae interpretationis, quia obsoleta et Graecis litteris fortasse non sine librarii mendis expressa. Si quid interim emergerit, dabimus ad calcem.

[80. Sensus: oppidani clamorem tollentes patrio sermone utebantur, illa autem Cretenses occidendi ratio tuum erat inventum, recens itaque et insolitum. F. I.]

82. *Ἀμῆρᾶς*] *Amir* vox Arabica, quae dominum seu dominatorem significat, ex qua, tum apud Graecos, tum apud Latinos sequioris aevi deducta sunt plura vocabula ad significandas apud Saracenos et Turcas varias, quas habebant, cum alio quo imperio dignitates. Quin etiam ex ea voce apud nos in honore est titulus *Ammiraglio*, qua Siculi summos classium praefectos ad Saracenorum imitationem appellasse videntur primi. Porro Amerae huius in Creta tunc imperantis nomen reticet poeta, sed nobis illud innotescit ex anonymo Continuatore Theophanis in Rom. Iun. n. XI. pag. 298. et ex Cedreno pag. 643. qui eum *Κουρούπας Cururam* vocant, nec non ex Simeone Magistro, et Logotheta, in Rom. Iun. num. IV. pag. 498. qui paullo aliter *Κουρόπα Curoram* eum nuncupat.

P. 384  
Col. 1

83. *Τὸν ἐκ Πύλου*] *Pylium senem*, Nestorem nempe, quem tamquam Graecorum disertissimum saepius describit Homerus.

[89. *γέροντες ἐν χρόνῳ ὁμόστολοι*, senes Amerae aetate annisque aequales. F. I.]

108. *Ἀφθαδῶς*] Cornelius minus correcte nulloque sensu edidit *ἀφθαδῶς*.

*Ibid.* *Ἡπλωμένος*] Curupas certe imperium suum extendere nitebatur, quoniam barbari, teste anonymo Continuatore Theophanis in Rom. Iun. n. VII. pag. 296, *πολλὰ δεινὰ καὶ κακὰ καὶ αἰχμαλωσίας καθ' ἐκάστην εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐποιοῦντο, ἀφ' ὅτου ταύτην τὴν μεγάλην νῆσον ἐπόρθησαν, damna multa ac mala quotidie Romanis inferebant, captivosque ac praedas abigebant, quo ex tempore vastam eam insulam suae ditionis fecerant*: sed potissimum ob victoriam de Graecis nuper reportatam nimis insolentes, Romani Imperii loca in servitutem re-

digebant. Audi saepius laudatum Leonem Diaconum: *Etenim infortunio, quod Romanis nuper acciderat, immensum superbiens, Romanae ditioris littora locaque maritima praedationibus maxime infestabat.* Vide Pagium ibid. pag. 873.

111. Ἐκ τῶν ὀπῶν] Saracenos extra urbem palantes antra et impervia loca habitasse, testatur mox laudatus Theophanis Continuator anonymus in Rom. Iun. num. X. pag. 298. scribens: *Μαθῶν δὲ ὁ Νικηφόρος ὅτι οἱ ἔξω τοῦ κάστρου ἀποκλεισθέντες εἰς τὰ στενώματα καὶ κλεισούρας καὶ θυάκια καὶ ἔλη καὶ ὄρη προσέφυγον.* *Intellexit autem Nicephorus, eos, qui urbe exclusi erant, in angusta et clausuras alveoloque et salius et montes confugisse.*

122. Προφήτης οἶδε] Conflictam Moamethis visionem de Paradisi beatitudine recitat Arabice et Latine Ludovicus Marraccius in P. II. Prodromi ad Refutationem Alcorani pag. 20. ubi haec leguntur: *Sunt autem ibi calices ad bibendum tot numero, quot sunt sidera in caelo: et puellas et pueri ministrantes in Paradiso ad manducandum et bibendum: et adolescentulae pulcherrimae, quantum cogitari possit; ex quibus si una apparet in caelo, vel in aëre nocturno tempore, illuminaret mundum universum, non secus ac si esset sol lucentissimus: et si spueret in mare, certe mutaret salsedinem eius in mel, et amarorem aquarum eius in dulcedinem et suavitatem.* Verum propius hosce Theodosii versus illustrat Cedrenus Hist. Comp. pag. 422. ubi de impiis Moamethis dogmatibus disserens inquit: *Εἶναι δὲ τρεῖς παραδείσους ἐν τῷ παραδείσῳ φλυαρεῖ, ἓνα μέλιτος, καὶ ἕτερον γάλακτος, καὶ ἕτερον οἴνου.* *Praeterea nugatur, in Paradiso tres esse Paradisos, unum mellis, alterum lactis, vini tertium.* Col. 2

126. Μεταστάς τοῦ σκότους] In tenebricosis locis impios detineri scripsit Moameth, ubi vento urente ferventeque aqua excrucientur: ita enim in Alcorano Sur. LVI. num. 44. inquit: *In vento urente et aqua fervente morabuntur, et umbra et fumo nigerrimo.* [Ἰσχυρῶς τοῦ σκότους τιμωρίαν.]

133. Τὰς ὁδοὺς προμηνύων] Eadem narrat Theophanis Continuator anonymus in Rom. Iun. n. X. pag. 297. ita scribens: *Ἐμπροσθεν δὲ ὁ συνετός ταχυδρόμους γαλέας ἀποστείλας, κατασκοπῆσαι καὶ κρατῆσαι γλώσσαν προσέταξεν.* *Missis itaque vir prudens ac catus, quae classi praeirent, celeribus galeis, explorare iussit, ac indigenas loci rerumque indices captare.*

139. Σταθεῖς] Mancum hoc verbum edidit Cornelius, quoniam in Codice ob chartae vitium primae eius litterae ferme omnino deletae sunt.

142. Κενός] Litterarum vestigia adhuc in Ms. exstantia diligenter considerans ita legendum hoc verbum censui, quod in Cornelii editione desideratur.

145. Ἰδού] Eadem ex causa huius etiam verbi primas tantum litteras innuit Cornelius.

152. Τῆς Ἀγάρ τέκνα] Agareni scilicet, ita dicti, quod ab Ismaële descenderent filio Agar ancillae Abrahae, quam ipse, permittente Sara, duxit in coniugem. Huiusmodi populos etiam veteres cognoverunt: Agarenos enim memorant sacrae Paginae Psalm. LXXXII. v. 6. nec non Plinius lib. VI. cap. 28. qui Arabiam Felicem habitasse dicit, et Strabo lib. XVII. pag. 528. qui ipsos Nabathaeis adiungit. Observandum tamen, quod Agarenorum nomen a recentioribus scriptoribus latiori modo ad designandos omnes cuiuscumque regionis Arabas ac Saracenos usurpatum fuit. Agraei etiam ii nuncupati occurrunt, ab Agar, urbe Arabiae Petraeae principe, cui eandem Agar Abrahae uxorem nomen dedisse contendunt nonnulli.

161. Τῆς φυγῆς ἢ ζήτητα] Hanc a Nicephoro habitam ad milites allocutionem nullus ex Graecis, qui adhuc restant, huius expeditionis scriptoribus recenset. Plura tamen his similia sunt, quae allocutum esse Nicephorum ad milites alia occasione refert Theophanis Continuator anonymus in Rom. Iun. num. XII. pag. 299. ex qua haec ad rem nostram accipe: *Λάβωμεν πίστιν τὴν τῶν φόβων φονεύτριαν· ἀναλογισάμεθα ὅτι ἔνδον ἔσμεν τῆς Συριακῆς νήσου· μέγαν κίνδυνον ἢ φυγὴ ἀπὸ τῶν ὁδῶν φέρει. Fidem arripiamus, quae timores perimit: animo reputemus nos in Syriaca insula versari. Ingens periculum est, si inde fugerimus.*

166. Θεὸς γάρ] Haec etiam a praefata, quam Theophanis Continuator recitat, allocutione illustrantur; ibi enim sic Nicephorus loquitur: *Στώμεν καὶ καρτερήσωμεν εἰς ἀντιπαράταξιν τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς συνεργήσει ἡμῖν, καὶ ὀλέσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ πορθήσεται τὸ κάστρον τῶν ἀλαζόνων τοῦ Χριστοῦ. Stemus intrepidi adversaque acie Christum negantes infideles audacter appetamus, feret suppetias Christus Deus noster, hostesque profligabit, ac superborum eique insultantium oppidum arcemque diruet.*

169. Τειχισμάτων] Sic recte Codex, quod mendose edidit Cornelius, etsi ita esse emendandum adnotavit.

172. Χώρον] Stationem scilicet, seu sedem, in qua tunc dies consistebat. Eleganter autem dixit diem sedem tertiam habuisse, ut horam ipsius tertiam indicaret.

174. Ὡς ὄνειδος] Turcarum morem satis notum tangit radendi sibi capita. Quod autem addit, *ὡς ὄνειδος*, Romanorum Graecorumque morem respicit, apud quos vilibus et ignominiosis hominibus capita radebantur. De servis atque ad opus publicum damnatis ita Artemidorus Oneirocrit. lib. I. cap. 22: *Ὅποτερον δ' ἂν τῆς κεφαλῆς ψιλὸν ἔχει τις οὐκ ἂν εὐσυνί-*

δητος, κατακριθήσεται τὴν εἰς ἔργον δημόσιον κατὰ δίκην· τοῦτο γὰρ καὶ ἐκεί παρασημῶν ἐστὶ τοῖς καταδικαζομένοις. *Utram autem capitis partem quis nudam habet, ut non probe cognosci queat, damnabitur in opus publicum adiudicatus, Hoc enim etiam istic insigne est damnatis.* Qua de re Polygotum, ut servilem Aethrae Thesei matris conditionem ostenderet, derasam usque ad cutem eam pinxisse observat Pausanias Phocic. lib. X. cap. 25. Scurras item, aliosque viles homines raso fuisse capite testatur Iuvenalis lib. I. sat. V. v. 171. ita inquires:

*pulsandum vertice raso*

*Praebebis quandoque caput, nec dura timebis*

*Flagra pati, his epulis, et tali dignus amico.*

188. [Ἡμᾶς] Ita ad fidem Codicis suo loco hoc pronomen reposuimus omissum in editione Cornelii.

194. [Πλατυνθῆ] Sic bene emendandum quoque censuit Cornelius.

198. [Βρυχῆν] Cornelius legendum maluit βροχῆν, sed nihil immutandum: βρυχῆ enim pro *tempestate* ac *procella* bene ponitur.

204. [Ἐγκρυμμάτων] Cornelius male legit *ἐγκρουμάτων*. Ἐγκρυμμα ad designandas militares insidias passim usos esse Graecos scriptores constat. Ceterum *ἐγκρυμμα* a *κρύπτομαι*, quod est *se abdere*, derivatum contendit Eustathius in suo ad Homerum Commentario pag. 932. edit. Rom. scribens: Ὅθεν καὶ ἐγκρυμμα τὸν λόγον ὁ τοῦ δήμου ἄνθρωπος λέγει· κρύπτονται δὲ πάντως οἱ Col. 2 μὴ τετανοῖ ἐστώτες, ἀλλ' ἀναγκαίως ἐν τῷ συνιζάνειν συστήλλοντες ἑαυτοῦς, ὡς μὴ περιφαινεσθαι. *Quare et ἐγκρυμμα insidias vulgo dicuntur: occultantur enim omnino, qui coarctati stant, ac necessario, dum inter se coeunt, contrahunt semet ipsos, ne videantur.*

*Ibid.* Plura huius generis stratagemata referuntur a Polyaeo lib. II. cap. 1. num. 27. lib. V. cap. 10. num. 4. cap. 16. num. 2. lib. VIII. cap. 3. num. 2. et alibi.

233. [Ἐντεροπράτης] *Viscerum* nempe *venditor*; *πράτης* enim apud Graecos pro *venditore* adhibetur. Frigent, quae fusius quam par est, hic prosequitur Theodosius.

242. [Ἡ δίκη] *Deus*, seu *iustitia divina*; *Δίκην* Dei commitem, divinaeque legis vindicem, ideoque ex Jove ipso genitam finxerunt veteres.

245. [Ἡ κόνις] Ita ex Codice restitue, Ἀκόνις, nullo certe sensu, edidit Cornelius.

246. [Ὁ πλατὺς . . .] Verbum, quod ultimo loco subsequitur, adeo est deletum in Codice, ut ne eius quidem vestigia dignosci possint. Στόνιξ forte, ut arbitror, vel quid aliud simile ibi est restituendum, quasi nimirum Cretensis illius gigantiae occisio maximam Nicephoro gloriam attulerit.

251. Φωργμούς] Cornelius quoque ita esse corrigendum bene adnotavit.

261. Δουλοσπόρων] Ex servili progenie genitos Agarenos vocat, utpote qui ex Ismaële filio Agar, quae Abrahae famula erat, originem suam ducerent. Moameth enim, ut scribit Cedrenus Hist. Comp. pag. 421, genere ac tribu Ismaëlita fuit, ad Ismaëlem Abrahami filium genus referens.

266. Ξέροξης] Male edidit contra Cod. fidem hoc nomen Cornelius: sed bene ad oram paginae correxuit.

*Ibid.* Θαλασσωῶσαι] Celebre apud Historicos est Xerxis facinus, qui Athon montem a continente abscidit, per eam mare derivans, ut suis navibus commodum praeberet transitum. Audi Plinium ita de hac re disserentem lib. IV. cap. 10: *Fretum, quo montem Athon Xerxes rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum MD. Mons ipse a planitie excurrit in mare LXXV. mill. pass.* Hoc idem, ut alios praeteream, memorat etiam Pomponius Mela lib. II. cap. 2: *Qua continenti Athos adhaeret, Xerxe in Graios tendente, perfossus transnavigatusque est, factus freto navigabili pervius;* unde Lucanus Pharsal. lib. II. v. 676. cecinit:

*cum vela ratesque  
In medium deferret Athon.*

### IN TERTIAM ACROASIM.

Vers. 1. Τῆς ἀβύσσου] Quod in se continet immensam aquarum multitudinem, ἄβυσσον Graeci dicunt. Hic autem *Abyssi* nomine intelligitur maxima aquarum congeries in aëre a Solis attractu collecta, ex qua pluviae ac tempestates gignuntur; ideoque additur *πολυστόμους χύσεις, qui habet effusiones ex multis ostiis erumpentes.*

P. 386  
Col. 1

8. Ἐν Σταγειρίταις] Ita Codex; sed malim legi: *Σταγειρίτης ἢ Πλάτων.* Stagiritam dictum fuisse Aristotelein, quod Stagirae natus esset, nemo ignorat.

9. Ὁ κρατῶν] Demosthenes inter Athenienses summus ac plurimum pollens dicitur, vel quod, post mortem Alexandri et Antipatri, rebus Graeciae praepositus fuerit, vel potius, quod prae omnibus doctrinae et eloquentiae laude excelluerit.

10. Ὁ κρούων] Pindarum intellige lyricorum poëtarum principem.

14. Κενρεῖ] Ad fidem Codicis hoc verbum restitui, in editione Cornelii praetermissum.

*Πόλεις*] *Πόλας* scripsit Codicis librarius, sicque ad eius fidem edidit Cornelius; nos *πόλεις* emendavimus.

32. *Ἡρακλῆς*] Quum Laomedon Troiae moenia moliri stauisset, Neptunum et Apollinem ad opus pacta mercede conduxit, quam postea Laomedon persolvere recusaui; qua de re Neptunus ira percitus *omnes*, ut inquit Ovidius Met. lib. XI. v. 207, *inclinavit aquas ad avarae litora Troiae*: neque hoc contentus Hesione quoque, Laomedontis filiam et Priami sororem, celo obiciendam poposcit, quam *dura ad saxa revinctam* Hercules liberavit.

34. *Τοῦ πυρός*] Vitiosum esse hoc verbum arbitror, ac potius legendum *θηρός*. Meleagri fabulam, qui patriam suam Calydonem ab immani illo apro, a Diana vindici animo immisso totumque regnum evastante, liberavit, satis omnes cognoscunt. Non adeo autem se praeclare gessisse ait Meleagrum, dum feram illam interfecit, ut Romanus Imp., seu potius Nicephorus, qui mundum universum a Cretae tyranno, regiones omnes praedationibus plurimum affligente, vindicavit. [De Calydonio apro non est cogitandum, nec sollicitanda Codicis lectio. Respicitur Il. IX. 589. 593. F. I.]

36. *Ἀλωεῦ*] Aloëi filii Otus et Ephialtes gigantes Cretenses, ut loquitur Apollodorus lib. I. pag. 15, *Ἐδησαν δὲ καὶ Ἀρηνοῦτοῦτον μὲν οὖν Ἐρμῆς ἐξέκλεψεν*. *Martem insuper in vincula coniecere, quem demum Mercurius furto eripuit*; hinc Claudianus de Bello Get. carm. XXVI. v. 67. cecinit:

*Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?  
Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloëus,  
Martem subdiderint vinculis?*

Sed prae ceteris omnes hos Theodosii versiculos illustrat Homerus Iliad. lib. V. v. 385. ubi ait:

*Τλῆ μὲν Ἀρης, ὅτε μιν ὄτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης,  
Παῖδες Ἀλωῆος, δῆσαν κρατεροῦ ἐνὶ δεσμοῦ.  
Χαλκίῳ δ' ἐν κρηάμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας·  
Καὶ νῦ κεν ἐνθ' ἀπόλοιο Ἀρης ἄτος πολέμοιο,  
Εἰ μὴ μητρυνὴ περικαλλῆς Ἡερῖβοια  
Ἐρμῆα ἐξήγγειλεν· ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἀρῆα  
Ἦδη τειρομενον· χαλκός δέ ἐ δεσμός ἐδάμνα.*

*Passus est quidem Mars, quando ipsum Otus fortisque  
Ephialtes*

*Filii Aloëi ligaverunt validis vinculis.*

*Aereo autem in carcere ligatus fuit tredecim menses:*

*Et quidem ibi periisset Mars insatiabilis belli,*

*Nisi noverca perpulchra Eeriboea*

*Mercurio illud indicasset: hic autem furtim subduxit,*

*Iam dura enim ipsum vincula conficiébunt.*

38. Οὐ μητρικά] Eeriboeam scilicet, quam ope Mercurii Martem ex aereo carcere liberasse ex Homero mox vidimus. Dicit autem, quod in Cretensi hac expeditione non Eeriboea, sed ipse Despota Martem in libertatem vindicaverit, ut iterum de Cretensi tyranno vindictam sumeret.

47. Πολλοῖς] Ita Codex, sed librarii oscitantia. Lege πολλῶν.

59. Κύριε] Verba sunt ex Psalmo XXVII. v. 1. paullulum a poeta immutata, ut versus mensurae accommodaret.

61. Ἐν βόθρῳ] Cornelius a Codicis lectione recedens edidit ἐμβόθρων.

68. Ὡς Μωσῆς] Victoriam adversus Amalecitas a Iosue precibus Moisis reportatam innuit. Legitur in Exod. cap. XVII. v. 11: *Cum levaret Moses manus, vincebat Israël: sin autem paullulum remisisset, superabat Amalec.* Qua de re quum manus Moisis fatigaretur, Aaron et Hur ex utraque parte eas sustentarunt, *fugavitque Iosue Amalec, et populum eius in ore gladii.* [Vid. Not. crit. in Anth. Pal. p. 16. F. I.]

73. Ἐπιστάσης] Sic ad fidem Codicis emendavimus hoc verbum; quod minus correcte edidit Cornelius.

[77. ἐν ξυρῷ] res in discrimen venit, Cretensibus praeler opinionem subito erumpentibus. F. I.]

[78. εὐθείς κοιλάδες] vertitur *antra immania*, nescio quo iure. εὐθείς ἱππότεαι sunt II. 135. sensu non minus obscuro. Fortasse verba seiungenda: εὐθείς, κοιλάδες. *loca ardua et convalles.* F. I.]

80. Προεντραπισθείς] Ita cum Codice hoc verbum corrigi mendose editum a Cornelio.

*Ibid.* Ἐπτασήμαντος] Hoc verbum, quod alibi non reperias, adhibet Theodosius, ut indicet exercitum Saracenorum fuisse septies a Graecis victum ac profligatum, quod quidem inferius magis aperte testatur. Compositum autem illud est ex ἑπτὰ et σημεῖον, quasi Graeci septem tropaea exerint. [Ἐπτασήμαντος esse potest exercitus septem cladium tamquam nota inustus. F. I.]

94. Ἐκ τῶν ἀδύλων] Romanum Imperatorem incognitis equitibus stipatum exercitui suo a facie barbarorum fugienti mirabili modo apparuisse, verbisque ad praelium confirmasse, nullus ex superstitionibus historicis commemorat, nec dubito, fictam esse fabellam ad ornatum poematii.

[108. ὄντες ἐκ σκοτίους] male explicatur: *quamvis extra tenebras.* Ex tenebris orti dicuntur barbari, quia luce religionis christianae carent. Vid. Not. ad Anth. Pal. p. 18. nr. 85. F. I.]



115. *Μεμηνότα*] Mallet *μεμηνότες*, quod carminis explanationi magis cohaereat. [Bene habet *μεμηνότα*. diem illi abominabantur, tanquam hostem in ipsos furentem. F. I.]

117. *Λελειμμένοι*] Qui nempe superstites evaserant ab accepta clade. Audi Leonem Diaconum: *Tandem multis eorum caesis in fugam vertuntur per angusta viarum cedentes. Romani vero eos insequuti dire trucidabant; qui vero hactenus superstites erant, ac quotquot ardor belli non demessuerat, proiectis armis in praecipua vertebantur.* Vid. Pagium *ibid.* pag. 875. Cornelius a Codicis lectione recedens edidit *λελεγμένοι*.

126. *Ἐπαττον*] Nihil hic verbum *ἔπαττον*, nec dubito, quin sit legendum *ἔπαττον*.

127. *Τίς*] Cornelius legendum esse coniecit *τίς ὄς*, quoniam *et carmen, et sensus melius se habebunt.* Sensus certe, addita particula *ὄς*, magis perspicuus foret, sed carmen nullo modo melius se haberet, quam nihil in eo desit ad senarii complementum. Quare nihil esse addendum arbitror, praedictamque particulam potius esse subintelligendam.

P. 387  
Col. 1

*Ibid.* *Ἰδομενεύς*] Idomeneus rex Cretensis, qui maxime in Troiano bello inclaruit. Hic cum post eversam Troiam cum suis reverteretur, et dira tempestate eius classis ageretur, devovit Diis sacrificaturum se rem, quae ei primum occurreret. Itaque filium, qui primus ei obviam venit, sacrificavit, vel, ut aliis placet, sacrificari iussit, ob quam causam a civibus regno pulsus, Salentinum Calabriae promontorium divertit, ubi civitatem condidit.

